Turpe eſt aliorum manibus quærere,quod apud ſe inuenire debet,c.cum in cunctis, num.1.de electio.& electi poteſta. 19
Tutor quilibet ſolus adminiſtrare poteſt:, ſecus eſt in delegato, qui ſine condelegato nihil facere poteſt, & id quod dicitur de tutore. idem procedit in iudicibus ordinariis,c.prudentiam,nu.14.de offi.& poteſta.iudi.deleg. 55
Tutor ſuo periculo actorem conſtituere poteſt,c.accedens,nu.5.de procur. 72
Tutor & procurator in iuramento deciſiuo iurare debent in anima ſua,c.præſentium, nu.5.de teſtib.& atteſta. 111
Tutor poteſt agere contra eccleſiam,à qua beneficiũ habet, c.cum ſacerdotibus,nu 1.de poſtul. 70
Timor in electione non eſt tantæ efficaciæ, vt electio non valeat, niſi prius proteſtarentur electores ſe eam ducti timore facere, & quid ſi non proteſtantur,c.Cumana,nume.1.& 2. de electio. & electi poteſtate. 59
Timor iuſtus intruſionis ſufficit ad reddendum electionem nullam,c.bonæ memoriæ,nu.3.de electio. & electi poteſta. 24

V

Vacante ſede ex quæ iuriſdictionis ſunt, deuoluũtur ad capitulum, e.eam te,de reſcrip.nume 4. 5
Vacillatio eſt cauſa ſufficiens repellendi teſtes,c.cum eccleſia.nu.6.de cau.poſ.& proprie 92
Vagationis delictum ſufficit ad priuationem eccleſiæ, capitul. extuæ, numero 4. de cleri. non reſiden. 145
Vaſalli ad quæ ſeruitia teneantur dominis,c.ſicut,nu me.2.de iureiur. 117
Vaſallus an poſſit iudicium dimittere, item an pares omnes ſint vocandi,capitul.cæterum, ſub nume.3. de iudi. 80
Velum conſecrationis à quo, & à quibus dari debet, c.ſubdiaconos,nu.1.de tempo. ordi. 42
Vectigalia publica conducere non poſſunt clerici, c. magnus epiſcopus,nu.4.de obligatis ad ratiociniaordi.vel non. 48
Vendicatio rei competit etiam contra non poſſidentem,c.cum ſuper,nu.8 de ſen.& re iudi. 127
Vendicatur eccleſia, res vero corporalis certis finib. diſtincta peritur,c.cum venerabilis.nu.2.de relig. domib.vt epiſcopo ſint ſubiectæ. 179
Venditio & miſſio ex ſecundo decreto, infra quod tẽpus ſit facienda,c.dilecto filio,num.3.de verborum ſignifica. 235
Venditio ſit rata,niſi contra latitantem, c.dilecto,nu. 3.de verb.ſignifi. eo.
Venditio, iuſta vel alius contractus beneficio reſtitutionis reſcinderetur,c.quod ſicut, nu.6.de electio.& electi poteſta. 26
Vendi.& hypo. rei, ex teſtamento competunt etiam pro legatis,c.Raynaldus,num.3.de teſtam. & vlti. voluntą. 266
Venditiones factæ à prælatis ſine conſenſu capituli, an valeant,capitul.cum cauſa,nume. 1. de ſen.& re iudic. 126
Venientes ex tranſuerſo, ſemper remittendi ſunt ad iudicem,qui cognoſcit inter alios,c.humilis doctrina,nu.4.de maio.& obed. 68
Verba,committo tibi voluntatem meam,quid important,capitul.cum tibi, nume.2.de teſtamen. & vlti. volun. 165
Verba in compromiſſis conditionaliter ſunt intelligẽda,c per tuas literas,nu.2. de arbi. 78
Verbum teſtis ambiguum interpretatur pro eo, contra quem producitur,c.in præſentia, nu.9.de probationibus. 103
Verba,quod,vel quæ,ſicut ponuntur in literis,videntur ad aliquid poni,c.ex ore ſedentis, nu.1.de priuil.& exceſ.priuil. 220
Verba, ſi abſque liberis, quid important,c.Ioannes, de teſtamen.& vlti.volun. 167
Verborum conceptio eſt inſpicienda, vt ſciatur quæ ad ſucceſſorem tranſeant,c.quoniam,nu.3.de offic. & poteſta.iudi.deleg. 53
Verba cum effectu recipienda ſunt,c. in literis,ſub nu.1.de offi.iudi deleg. 52
Verba priuilegii vel indulgentiæ, cur Papa non largiſſimè interpretatur,c.licet, num.4.de translatio. præla. 38
Verba matris & filiæ quid important,cap.ſi vero, ſub nu.2.de ſen.excom. 225
Verba,ſine ſtrepitu iudicii,& de plano, quomodo ſint iutelligenda,c.olim,ſub nume.1.de accuſatio.& inquiſi. 204
Verba,fratres,vel filios, in literis Papæ poſita, quid importent, capitul.quam grauí, nume 1.de crimi. fal. 214
Verba iſta,ratione Archid. vel ad eius Archid.ſpectãtibus, &c. comprehendunt non ſolum iura, quæ debentur ex iure vel priuilegio, ſed etiam contra quæ debentur ex conſuetudine, cap. dilecto filio, ſub nu.2.de offi.Archid. 50
Verbum,præter,de ſui natura eſt excluſiuum, c.dudũ, nu.19.de elect.& electi poteſta. 36
Verum eſſe id præſumitur, quod in inſtrumento dicitur de perſonis, quæ in inſtrumento nominantur, capitul.cum in iure,nume.5.de offi.& poteſta. iudi. deleg. 59
Veritas dici à procuratore cum iuramento an poſſit, capitul. præſentium, numero 10. de teſtib. & atteſta. 106
Veritas an & quando ſit celanda,capitul.cauſam, ſub nu.1.de teſtibus cogendis. 112
Via,eſt duplex,quæ ducit nos ad vitam,c,maiores,nu. 4.de baptiſ,& eius effect. 187
Vicarius an habeat iuriſdictionem ordinariam, c.tua nobis,nu.1.de offi.vicarii. 51
Vicaria quando habeat locum,c.prouideas, nume.1. de offi.vicarii. eod.
Vicariæ cognitio & iuriſdictio ordinaria ineſt, c. Archid.nu.1.de offi.Archid. 50
Victor prior,ſi vult ſuſcipere defenſionem cauſæ,præferturilli,cui nunc de nouo alius mouere cępit cã,

Index nouus.

Vniuerſitas ſi conſtituit procuratorem, ipſe dicitur ſyndicus,c.cumeauſam,numero ſecundo, de iurã. ealum. eod.
Vnctio ſacra quam habeat ſignificationem,c.cum venniſſet,nu 1.de ſacra vnctione. 46
Vnio quot modis fiat,c.nouit,nu.1.ne ſede vacante aliquid innouetur. 156
Vno ex duobus procuratoribus conſtitutis mortuo, an poſſit ſuperſtes agere, & quid ſi duo in aliqua cauſa conſtituti ad defendendum,vnus confitetur, alter negat,cap.in noſtra,numero.2. & 3. de proeur. 70
Vnus ſi pro pluribus admittitur, tantum poteſt vox eius,quàm ſi omnes voces ſuas dediſſent,c.ſcriptũ eſt,nu.4.de elect & electi poteſt. 31
Vocandus eſt citatus ad teſtes recipiẽdos,vel ad aliũ articulum ſpiritualem,licet ſit contumax,c. eccleſia,ſub nu.1.de elect.& electi pote. 34
Vocare ſuffraganeos ad confecrationem Archiepiſcopi quis poſſit,mortuo Archiepiſcopo,c.nec epiſcopi,de tempo.ordi. 43
Vocatio admonitio an ſit neceſſaria in notoriis,capitulo cum ſit Romana,nu.2.de appel. 131
Voces eorum qui conſpiratam perſonam nominauerunt,non præſtabunt rei ſuffragium,c.bonę memoriæ,nu.6.de elec.& electi pote. 30
Voluntas an ſola faciat aliquem irregularem, & in nu.4.c ſignificati,nu.1.de homi. volun. vel caſualí 211
Voluntas teſtatoris poteſt alibi impleri,ſi in certo loco ab eo conſtituto fieri non poteſt,c.nos quidem, nu.1.de teſta.& vlti.volun. 134
Voluntas non exitus ſpectatur in maleficiis,c.nuper à nobis,nu.1.de bigamis. 49
Voluntas priuata an poſſit facere aliquid contra generalem conſtitutionem,& contra leges, c. in noſtra,nu.3 de procur. 70
Vota an hi habeant diſpenſationem,c.de peregri. nu. 2. de voto & voti redemp. 176
Vota,in quibus offeruntur temporalia,non improbãtur,c.ſcripturæ,nu.2.de voto & voti redem. eod.
Vota & habitus ſuſceptionis differentia,c.perlatum, nu.3.de his quæ vi metuſue cauſa fiunt. 73
Votum conditionale an ſit validum vel non,c.in elec. de elect.& electi poteſta. 38
Votum quando dicatur ſimplex, & quando ſolenne, c.porrectum,nu.5.de re.& tranſe.ad relig. 173
Votum an poſſit commutari,c.de peregri.nu.1.de voto & voti redem. 171
Votum irritatur ex cõditionis ſiue generalis ſiue ſpecialis defectu,c.ſcripturæ,nu. 1. de voto & voti redemp eod.
votum ſolenne ſicut non tenet poſt matrimoniũ contractum,ita poſt ſponſalia de futuro non tenet votum ſimplex,capitulo veniens,nu. 1. qui cleri.vel vouentes. 194
Votum an & quando impediat matri monium, c. fraternitatis,nu.5.de rigidi.& maleſi. 196
Votum ſolennizatur per habitus ſuſceptionem,& an ſine habitu votum poſſit ſolennizari, c.inſinuante, nu.2 qui clerici vel vouentes. 194
Votum quid ſit,& quis poſſit vouere vel non, in nu. 2.c,veniens,nu.1.qui cleri vel vouentes. eod.
Vouens quando peccet exigendo debitum coniugale,c.dudum,nu.4.de conuer.coniug. 175
Votum ſolenne quando & quo caſu dicatur, in nu.3. c.dudum, nu.2.de conuer coniug eod.
Vouere qui poſſunt,c.ſcripturæ, nu.2.de voto & voti redemp. 176
Votum continentię quando impediat matrimoniũ, c.ex parte, nu.1.de conuer.coniug. 175
Votum quid ſit, & per quantum tempus firmetur,c. ad noſtram, numero 3. de regula. & tranſeun. ad relig. 172
Votum inuita vxore factum,quando impediat matrimonium,c. quidam,nu.1.de conuer. coniug.t 74
Votum continentiæ vel religionis non dicitur propriè ſolenne, niſi ſit de præſenti, c.per tuas,nu.1. de voto & voti redemp. 177
Vſucapio & præſcriptio,an & quando currat contra pupillum, & an currat contra Eccleſiam & Rempub.c.requiſiuit, nu.2.de reſti.in integ. 74
Vſura quid ſit, & an liceat fideiuſſori recipere vltra ſortem, nu.2.c.plures cleri.nu.1.de vſuris. 213
Vſura an contra hatur ex ſola intentione, c.conſuluit nos,nu.1. de vſur. eod.
Vſura non tolliturper periculi ſuſceptionem,cap.neganti, nu. 1.de vſur. 214
Vſura an & quando contrahatur in emptione, &c.
Vſurarius ab excuſetur,ſi nullus repetat ab eo,vel ſi nunciet,& in nu.3. & etiam in nu.4.c.quia fruſtra, nu.2 de vſur. 213
Vſurarum repetitio an & quando datur hæredi, & contra hæredem. & quid iuris,ſi hæres non poteſt ſatisfacere illis,à quibus vſuras accepit,cap. Michael laicus,nu.1.de vſur. 214
Vti cibariis paganorum an ſine aliqua indulgentia quis poſſit,c.quam ſit laudabile,nume. 1.de Iudęis & Saracenis. 208
Vulneranerunt cum duo aliquem, quis eorum teneatur de homicidio, c.ſignificaſti,num.3.de homici. ulnta.vel caſuali. 211
Vxor ordinati non poteſt cogi,vt intret religionem, c.coniugatus,nu.1.de conuer.coniug. 174
Vxoris taciturnitas in ordinando an ſufficiat,c.coniugatus,nu.2.de conuer.coniug. eod.
Vxor poteſt repetere dotem,ſi videt maritum vergere ad inopiam,c per veſtras,nu.2. de dona.inter vrum & vxorem 199
Vxoris ſatisfactio pro dote,quo caſu teneat,vel non, cap.per veſtras, nu.1 de dona.inter vir.& vx. eod.
Vxor eſſe quomodo probetur,& quæ ſant in reſtitutione vxoris probanda,c.ex parte,num.3.de reſti. ſpoliatorum. 99
Vxoris vel mariti ingreſſus in quibus caſibus valeat,vel non,in nu.3.4.& 5.c.quidam,nu.2. de conuer. coniug. 174
Vxor an admitti poſſit ob aliquam cauſam, & quid de ſponſa,c.quemadmodum,nu.3.de iureiur. 118
Vxor quamuis ad mandatum iudicis dimiſſa ſit, nichilominus agi poteſt, c.cauſam,nu.2. de offi.& poteſta.iudi.deleg. 53
Vox propria in ſpiritualibus alicui prodeſt, c. cum in iure,nu.4.de elect. & electi. poteſta. 29

Explicit Index,quem nouiſſimè præter Baldi Margaritam huic diuino operi addere curauimus, vt facilius hinc vnaquęque materia atque verborum ſenſus pateant. Quantæ autem vtilitatis id fore ſtudioſis examauimus, ex ſe facilè quiſque inſpiciet,cum ſerie hac alphabetica omnia tali ſtudio iuſerere curauimus,vt maiora quidem deſiderari nequeant.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

INNOCENTII QVARTI PONTIFICIS MAX. IN QVINQVE LIBROS DECRETALIVM.

Acutissima Commentaria, quamplurimis Adnotationib. illustrata, feliciter incipiunt.

SVMMARIVM.

1 *Ventris appellatione venit mens apud Ezechielem, secundum Inno.*
2 *Quæ impulerint Innocentium ad glossandas Decretales.*
3 *Negociorum intricatio, & casuum varietas, reddit Decretales intellectu difficiles.*
4 *Decretales ante corruptæ, & ab Inno. emendatæ, quæ sint.*

PROOEMIVM.

1 LEgitur. In Ezechiele. 3. c. Vētertuus comedet, & viscera tua complebuntur volumine isto, quod ego do tibi. † Per ventrem, qui escas recipit, mens intelligitur, quæ rerum ac scripturarū notitias recipit, coquit, & digerit meditatione solicita, & frequenti. Viscera autem implent, cum desiderium, voluntas, & intētio intimo sapore scripturarū satiantur. Sunt. n. multi, qui multa legunt, sed vacui recedunt, qui mente quidem intellectū percipiunt, sēd in cordis desiderio seruanda non ponunt, similes illis, qui, vt dicit Hiere. venerūt ad hauriendū aquā, sed vasa sua vacua reportauerunt, & iō confusi sunt pariter & afflicti. Vos igitur harū scripturarū & sacrarū constitutionū lectores, carū intellectū sanum in ventre mentis vestræ percipite, coquite, & frequenti meditatione digerite, & mentis desiderio intra mentis viscera seruanda reponite, non ad vanam gloriam, nō ad thesauros congregandos, sed vt rectè causas tractetis, & iusto liberamine terminetis. † Quas vt facilius intelligere possitis, quasdā glossas appositimus, sicut ex diffinitionibus quotidie & continue apud sedem Apostolicam emergētibus, ac ēt ex necessitate tex. quarūdam Decretalium corruptarū in regiſtro eiusdē sedis vigilanti studio inquisitarū plenius colligi potuerūt, cuius tex. corruptio, & veritas ad eiusdē loca trāsmittanti per ordinē adnotata. † Nec miremini, si alicubi sunt difficiles ad' intelligendū, quia hoc facit intricatio negociorū & casuū & varietas, qui in eis, vt melius potuimus, extricantur. Igitur tā Doctor, quā Auditor, dū in scholis legunt, multa de prædictis glosis poterunt omittere, & studio cameræ pro discussionibus, & diffinitionib. causarū pro tempore reseruare, sic comestū volumen istud diuisim efficietur in ore ipsorū facile & delectabile, sicut mel, qđ prius videbat difficile: solicite attendētes, qp in hoc vol. multi casus, & articuli vtiles & necessarij tā in consiliis animarū & pēnitentiali foro, q̄ in regendis & disponēdis ecclesijs, & rebus ecclesiasticis, & prælatis, & ēt qualiter circa personā suā & subditorū ipsi prælati se hre debeāt aduersitatis tempore, sunt expressi, quos glossatores alij
4 omiserunt. † Istæ sunt Decretales, quæ corruptæ erant, & sunt fm verā literā regiſtri emēdatæ. Prima est de ele. bonæ me. M. in fi. vbi dicebatur, confirmantes, dēt dicere, duximus confirmandā. s. quondā, fm qp in pen. gl. ibi no. Secunda est eo. ti. Auditis, in prin. & ēt in fi. In prin. vbi dicebatur, vnā de G. Arch. & alterā de R. subdia. debet dicere, vnā de R. Arch. & alteram de Magistro R. subdia. Itē vbi sequitur. decanus cū pauciorib. in ipsum R. & cantor cum pluribus in dictum Arch. cōuenissent. debet dicere, & cantor cum pluribus in G. Arch. cōuenissent. Item vbi sequitur circa fi. à nominatione dicti Arch. recedentes. debet dicere, à nominatione dicti V. Arch. recedentes. Item vbi sequitur, de nouo præfatū subdia. debet dicere, de nouo Magistrum R. subdia. cum esset subdia. eligere præsumpserunt. Tertia est de offi. ordi. quanto, vltra medium. vbi dicebatur, fm Abbatis consilium. debet dicere, fm arbitrij tui consilium. Item corrigitur decre. de sen. & re iudi. cū inter vos, alia eo. titu. cum l. & A. corrigitur, sicut apparet inferius, vbi super eisdē decre. no. Quarta est de appel. cum speciali, circa fi. vbi dicebat, Iudex ex officio suo procedet. debet dicere, procedit. Itē corrigitur tex. de appel. cōstitutus, vt apparet inferius, vbi super eadem decre. no. Quinta est de cle. nō resi. in eccle. vel prēben. ex tuæ, in pluribus locis. primo deest tex. vbi dicebat, suas deseruerunt ecclesias. debet addi, vt iuxta sanctiones canonicas eis debeant merito spoliari. & sequitur, contra eos procedatur. debet addi hoc modo, vt ipsos, &c. Item vbi sequitur, ab episcopali Administratione, debet dicere, ab episcopatuū. Sexta est de præbendis & dignitatib. pro illorum, circa medium, & est ibi defectus literæ. nam vbi dicitur, prædictum Magistrū de præbenda & canonicatu Santon. ecclesiæ, &c. debet ibi addi, prædictum Magistrum cum cōsensu & voluntate tua, frater episcope. de præben. & canonicatu Santon. ecclesiæ, &c.

ADDITIO.

a ¶ Inn. Hic Inno. fuit Genuensis, & de illustri geate Flisca, & ex Comitibus Lauaniæ, qui hunc apparatum fecit, non ut sibi crederetur, vt ipse attestatur in c. innotuit, ante fi. infra de elec. & dicit Host in c. solet, infra de sen. excom mu. in 6. quem refert ibi. Io. An. se multotiens audiuisse ab Inno. qp nolebat, qp istæ suæ gl. facerent ius. Scias tamen qp Arch. in c. pia, infra de except. in 6. dicit, qp hic Inno. tanquam expositor excellit alios, & fuit pater & organum veritatis, & dicit Abb. in c. at si clerici, infra de iud. qp fuit subtilis nimium. & adde qp Arch. melius omnibus intellexit mentē Inno. fn quod refert Imo. in c. testimonium, eo. tit. de testi. & vide eundem Imo. in l. ex diuerso. ff. solu. mat. & Ana. in c. continentia, col. 2. de cle. percu. qui dicunt Inno. fuisse nimis subtilē. & adde qp Pau. de Cast. in consi. 337. inci. quia exceptiones, in prima parte colūnæ. Item vbi dicebatur, confirmantes, dēt dicere, duximus confirmandā. s. quondā, fm qp in pen. gl. ibi no. Secunda est eo. ti. Auditis, in prin. & ēt in fi. In prin. vbi dicebatur, vnā de G. Arch. & alterā de R. subdia. debet dicere, vnā de R. Arch. & alteram de Magistro R. subdia. Itē vbi sequitur. decanus cū pauciorib. in ipsum R. & cantor cum pluribus in dictum Arch. cōuenissent. debet dicere, & cantor cum pluribus in G. Arch. cōuenissent. Item vbi sequitur circa fi. à nominatione dicti Arch. recedentes. debet dicere, à nominatione dicti V. Arch. recedentes. Item vbi sequitur, de nouo præfatū subdia. debet dicere, de nouo Magistrum R. subdia. cum esset subdia. eligere præsumpserunt. Tertia est de offi. ordi. quanto, vltra medium. vbi dicebatur, fm Abbatis consilium. debet dicere, fm arbitrij tui consilium. Item corrigitur decre. de sen. & re iudi. cū inter vos, alia eo. titu. cum l. & A. corrigitur, sicut apparet inferius, vbi super eisdē decre. no. Quarta est de appel. cum speciali, circa fi. vbi dicebat, Iudex ex officio suo procedet. debet dicere, procedit. Itē corrigitur tex. de appel. cōstitutus, vt apparet inferius, vbi super eadem decre. no. Quinta est de cle. nō resi. in eccle. vel prēben. ex tuæ, in pluribus locis. primo deest tex. vbi dicebat, suas deseruerunt ecclesias. debet addi, vt iuxta sanctiones canonicas eis debeant merito spoliari. & sequitur, contra eos procedatur. debet addi hoc modo, vt ipsos, &c. Item vbi sequitur, ab episcopali Administratione, debet dicere, ab episcopatuū. Sexta est de præbendis & dignitatib. pro illorum, circa medium, & est ibi defectus literæ. nam vbi dicitur, prædictum Magistrū de præbenda & canonicatu Santon. ecclesiæ, &c. debet ibi addi, prædictum Magistrum cum cōsensu & voluntate tua, frater episcope. de præben. & canonicatu Santon. ecclesiæ, &c.

SVMMARIVM.

1 *Fidei mensura quædam est, ad quam quilibet tenetur, sicut est credere Deum esse, articulos autem fidei implicite tenentur credere rudes.*
2 *Ecclesiarum prælati & animarum rectores fidei articulos explicite scire debent deque eis omni poscenti rationem reddere.*
3 *Papa & superiores prælati possunt dispensatiuè certis ex causis minus literatos in temporalibus sustinere.*
4 *Clericis ob paupertatem non valentibus studio vacare, an sufficiat scire, sicut simplicibus laicis, & in quibus casibus non excusentur.*
5 *Clericis an liceat iuris scientiam, seu quamlibet aliam fidei cognitioni præponere.*
6 *Laici melius faciunt, si intendunt ingenium fidei cognitioni, quam cæteris scientijs, licet non peccent vacando alijs disciplinis.*
7 *Fides implicita quantam & qualem habeat vim.*

De sum. Trini. & fide Catho. Rubr. 1.

CAP. I.

1 FIrmiter credimus. De fide teneas, qa† quæ iam est fidei mensura, ad quā qlibet tenet, & q̄ sufficit simplicibus & etiam fortè omnibus licis scilicet quia oportet quēlibet adultum accedētem ad fidem credere, quia Deus est, & est remunerator omnium bonorum. Item oportet eos alios articulos credere implicitè, idest credere verum esse, quicquid credit Ecclesia Catho. † Hanc autem mensurā ex
2 cedere debent prælati ecclesiarum, quicunq; curam animarū habent, quia debent scire articulos fidei explicitè & distinctè, qui continentur in symbolo. s. Credo in vnum Deum, & quicunq; vult. 38. dist. c. 1. & 2. &c. seq. Episcopi enim plus scire de-

bent,

Universidad de Deusto Biblioteca

bent, quia de eis scire debent reddere rationem omni posce-
ti 36. dist. § ecce, 38. dist. omnes non tñ dicimus, ꝙ incontinē-
ti teneantur prædicti de omnib. respondere, sed præhabita de-
3 liberatione, & ētiã oportuerit, cum consilio aliorum. † Non
negamus tñ, quin Papa, & alij superiores prælati possint dispē
sare ex certis causis minus literatos, & minus industriosos in
4 temporalibus sustinere. ĵ de renun. nisi cum, §. pro defectu. † De
clericis autem inferiorib. satis vr̃, ꝙ si essent pauperes, qui non
possent intendere studio, quia non habent Magistros, vel ex-
pēsas, quia oportet eis proprijs manibus quærere victũ, qđ eis
sufficiat scire sicut simplicibus laicis, & aliquantulum plus, si-
cut de sacro altaris quia oportet eos credere, ꝙ in sacro altaris
conficitur verum corpus Christi, & hoc ideo, quia circa illud
quotidie & continuè versantur plus, q̃ laici. Si autē haberent
Magistros, & expensas ad discendũ, tunc peccarēt, nisi plus ꝓ-
ficerent in cognitione distincta fidei q̃ laici: debent tñ ab eo, q
imponit eis pœnitentiam de ignorantia, vel potius de negligē
tia sciendi scrutari, vt diligenter attendant, quare in eis nõ pro
ficiunt, vel propter duritiam ingenii vel quia eos oportuit cir
ca alia opera charitatis intendere, puta circa exhibita necessa
ria confratribus suis, vel pauperibus, vel hospitibus, & idem di
cendum est de alijs operibus bonis: nam cum non teneantur
ad explicitam cognitionem articulorũ, bene licet clericis illis
5 explicitæ cognitioni postponere alia opera pietatis. † Itē etiã
ex causa possunt illi scientiæ præponere alias scientias, vt si ve
lint addiscere scientiã iuris, vt pauperes in iudicio defendant,
ne opprimantur, non peccant: tñ credimus, ꝙ non debent ita
præponere scientiã cognitioni fidei, quin in ea proficiant. & be
ne vr̃, ꝙ semper plus deberent intendere circa cognitionē præ
dictorũ, quam circa cognitionem iuris, post q̃ expēsas habeāt
6 ab ecclesia, nisi in cõtrarium eos iusta causa moueat. † Item vr̃, ꝙ
etiã laici, quibus Deus dat talentum subtilis ingenij, ꝙ melius
faciunt, si suum ingenium impendant in cognitione prædicto
rũ, quamuis non videatur ꝙ peccāt etiam si eis nõ intendant.
vr̃ autem eis sufficere, ꝙ talenta sibi credita, non abscondant
in terra. i. in terrenis. sed bonis operibus insistāt. in tantum au-
a tē valet implicita fides,[a] vt dicunt quidam, † ꝙ si aliquis eam
7 habet s. ꝙ credit quicquid Ecclesia credit, sed falsò opinatur
ratione naturali motus, ꝙ pater maior, vel prior sit filio, vel ꝙ
tres personæ sunt tres res à se inuicem distinctæ, ꝙ non est hæ-
reticus, nec peccat, dũmodo hunc errorē suum nõ defendat,
& hoc ipsum credit: quia credit ecclesiã sic credere, & suã opi-
nionē fidei ecclesiæ supponit: quia licet male opinetur, tñ nõ
est fides sua, imo fides sua fides est eccle. ĵ. c. dãnamus, circa fi.

ADDITIO.

a ¶Implicita fides. Adde Directorium iuris, quod fuit fratris Petri C. fuel ordi. Minorum, li. 1 & Host. hic, qui dicit, quod fides implicita tunc excusat ab hæresi, quando factum non contradicit verbis. nã si contradiceret, non excusat. & ideò, quia facto datur voluntas intelligi. l. reprehēdenda. C. de insti. & sub. si dupliciter. n. declaratur volũtas, verbis. s. & rebus, vt not. in l. de quib. ff. de leg. & vide Card. in cle. 1. eo. ti. & Spe. in ti. de hæret. ac B. Tho. 2. 2. q. 2. art. 6.

SUMMARIUM.

1 *De fide publice disceptare non licet, excusaretur tamen quis, si ad hæreticorum confusionem, vel ad veritatem elucidandam disputaret.*

CAP. II.

Damnamus ergo. [Defendere.] Hoc. n. nullatenus licet:
1 imo, quod plus est, † nec disputare de fide licet publicè turbis coadunatis causa tumulatus, vel suę perfidiæ defendendæ. C. de fide Catho. l. pen. Si autem ad confusionem hæreticorum, vel ad veritatem clarificandam disputa-
a ret aliquis non crederem malum,[a] vt fecit Syluester Papa.

ADDITIO.

a ¶Non crederem malum. Adde B. Tho. 2. 2. q. 10. art. 7. quem vide distinguentē & per dicta Inno. hic probatur sua distin. & vide gl. in c. nos, 96. dist.

SUMMARIUM.

1 *Canonum conditori, & creatoris vicario, subdita est omnis creatura.*
2 *Administratores cæterique ordinarij, ratione casuum emergentium licitè leges transgrediuntur.*

De constitutionibus. *Rubr.* 2.

CAP. I.

Canonum statuta. [Non abrogatorum.] ne sit contra, 16. dist. c. j. & 29. dist. c. 1. & 36. q. vlti. c. vlti. & infra de purg. vul. c. fi. [Ab omnibus.] Idest subditis,
1 ne sit contra C. de legi. digna. hic enim non est bona gl. † quia conditori canonũ, & vicario creatoris subdita est omnis crea-
a tura.[a] [In actionibus.] Idest ciuilibus. [Iudicijs.] Idest criminalibus, 20. dist. de libellis, Instit. de offic. iudi. in princ. [Suo.]
2 Idest malo. similis expositio, 3. q. 9 puta. † Administratores tamen, & cęteri ordinarij quandoque licitè ratione casuũ emergentiũ leges transgrediuntur, vt in Auct. iusiurandum, qđ pręsta, ab his, qui administra. acci. circa prin. collatione 3. hoc non placet. nam sicut in eadem auct. continetur, vtrique parti tam in priuatis, quam in publicis contractibus iurant seruare iustitiam: vnde dicimus, quod administratori non licet à iustitia discedere. Nec obstat prædicta auct. vbi dicit, seruabo æquitatem, secundum qđ mihi visum fuerit iustum, quia illud intelligitur extra iudicium vt in officijs dandis. Vel etiam in iudicijs in his, quæ commissa sunt eius arbitrio, sicut in iudicijs dãdis, & similibus. ff. de iure deliberãdi, l. j. 3. quæst. 3. de inducijs. & in dispensationibus, j. quæst. 8. exigunt. & in pęnis, saltem in extraordinarijs criminibus, quamuis & idem credimus in or-
b dinarijs, si Iudex ex causa [b] eas viderit temperandas. ff. de pę. l. aut facta. §. fi. ff. de pę. capitalium, j. dist. vt constituerētur, 86. dist. tanta: 23. q. 5. circumcelliones, arg. 2. quæst 3. § notandũ. sed illud intellige sine causa, vel post sententiam. in sententia enim & in ordinario crimine pęnam temperare potest, vt dictum est, & arbitri etiam leges transgrediuntur. ff. de arbi. qualem, extra de renun. in præsentia. [Suo.] C. de sen. nemo. 37. dist. relatum, infra eo. c. fi.

ADDITIONES.

a ¶Et sic etiam infideles. Adde eundem Inn. in c. quod super his: col. j. in fi. infra de vo. & ibi Abb. & Abba. in c. fi. col. 1. in fin. infra eo. & adde Old. in consi. 36. incip. infrascripti sunt articuli. & in consi. 51. inci. Iudæus, & in consi. 87. inci. quæritur. an Princeps. Pet. de Ancha. in repe. regulæ, ea quæ, col. 34. versi. sexto quæro, infra de reg. iu. in 6. & in consi. 15. inci. spiritualis iudex, & ibi de Iudę. & in c. gaudemus, infra de diuor. & per Abba. in c. postulasti, de Iudæ. & adde Aug. de Anch. in li. de potestate Papæ, & qualiter Iudæi teneantur. l. Arriana, per Alex. de Imo. in consi. 2. col. 2. ver. denique, in 2. vo. & vide etiam aliquid per Fran. Aret. in consi. 158. & ibi an Papa condendo legem generalem comprehendat Iudæos, & si aliis possit eos punire pro crimine ecclesiastico, vel mixto Adde tamen, ꝙ in concernentibus salutem animarum Papa non cogit Hebræos, ita d. Barth. Soc. in consi. 66. col. 6. ver. 3. in prima parte.

b ¶Ex causa. Feli. hic in 4. col. ver. fallit septimo, pro hoc dicto Inno. multa cumulat, quæ vide per te Et vltra ea ad Inno. hic adde Alex. de Imo. in consi. 65. col. 3. ver. accedit, in 1. vol. & etiam adde, ꝙ iudex propter minorem ætatem potest minuere pęnam statuti, ita Bal. in l. & si seuerior. C. de infam. & Abb. in c. 2. infra de deli. pue. refert & sequitur Fran. de Aret. in consi. 132. colum. fi. ver. venio ad secundum.

SUMMARIUM.

1 *Constitutio an & quando liget ignorantem.*

CAP. II.

Cognoscentes, Et infra. [Culpa.] Fallit in casibus, 22. dist. renouantes, 27. q. 2. qui multorum. infra de cleri. coniug. sanè vel etiam vbi causa suberat, & sine culpa, infra vt li. non contest. quoniam frequenter. [Dispendijs.] Nisi sit iuris constitutio naturalis, vel nisi sit expressum in iure, ꝙ præterita respiciat, 10. q. j. sic quidam. C. de leg. leges. infra de vsu. cõtu, infra de elect. cum in cunctis. [Dispendijs.] Idest damnis,
1 vel retractationibus. † [Ignorantes.] Constitutio enim nõ ligat ignorantem, 32. quest. 4. dixit Sara, 82. dist. proposuisti, 21. dist. §. his ita. tamen ex quo est publicè promulgata, non põt prætendere ignorantiam, 16. dist. quo dictis. infra de postula.
a præla. c. 1. nisi fortè dilucidè [a] suam probaret ignorantiam.]

ADDITIO.

a ¶Dilucidè. Card. in consi. 32. in prin. dicit hoc dictum singulare, & de hoc vide latissime per Abba. & Feli. hic, & vltra allega. per eos adde, quod hoc dictum Inn. refert etiam & sequitur Alex. de Imo. in consi. 71. colum. 1. versi. & ideo, in primo volumine.

SUMMARIUM.

1 *Potestas à Christo in Papam, quibus verbis fuerit translata.*

CAP. III.

Translato. [In Christum.] & ab eo in successores eius per illa verba, Pasce oues
a meas,[a] infra de elect. significasti. vel per illa, Ite docete oẽs gentes, de consc. disti. 4. propriè. [Sacerdotio.]
1 Idest Leuitico, ne sit obiectio de Melchisedech, † qui fuit ante legem. [Eadem.] C. de nup. si libertam, j. q. j. sicut Christus.

ADDITIO.

a ¶Pasce oues. Adde eundem Inn. in c. quod super his, col. 1. in fi. & sequitur infra de vo. & in c. licet ex suscepto, col. 2. infra de foro compe. & ibi Abb. in 9. col. & in sua dispu. incip. Episcopus, & quidam rector, col. 19. & vide hic Feli. col. 5. ver. & adde, qui alleg. concord.

CAP. IIII.

Nam concupiscentiam [Nesciebam.] & sic nec reprobanda censebam. [Hoc.] Idest cõcupiscentiam prohibere. [Omnia.] Idest omnia genera malorum, si. 47. distinct. bonorum.

SUMMARIUM.

1 *Dictis sanctorum Patrum, vel aliorum ab ecclesia receptorum, quando stare liceat.*

CAP.

CAP. V.

1 2 Ne innitaris. [Dicenda.] 37. dist. relatum. no. † ꝙ dictis sanctorum Patrum,[a] vel aliorum ab ecclesia receptorum stare licet, & qui dicit, quod ipsi dicũt, non potest de temeritate redargui, nisi ea diceret, quæ retractata sunt, sicut August. multa retractauit de dictis suis, vel nisi sint per ecclesiam correcta. 26. distinct. c. 1. & 2. & 32. distinc. §. 1. in fine. Si vero sancti diuersas opiniones inter se habeant, vt de corpore beatæ Mariæ assumpto, vel de Salomone damnato, licitum est cuique, quod vult dicere. Si vero nulla diuersitas inter sanctos inuenitur, necesse est vsque ad vnum iota seruare, quod dicunt. 15. distin. cap. si. postquam opuscula eorum a sancta ecclesia sunt auctenticata: olim autem ante, quã essent auctenticata, licitum erat ea tenere, vel non, 9. dist. noli, ego, quis.

ADDITIO.

a ¶Sanctorum patrum. Vide Feli. hic, & adde eundem Feli. in c. 2. col. antepen. & se. infra de rescri. & in c. qualiter & quando, el 2. infra de accus. in prin.

SUMMARIUM.

1 *In quibus casibus locũ hēat cõstitutio fauorabilis canonicorũ residētię.*
2 *Nunquid præsentes, irrequisitis absentibus, facere possint bonam & honestam constitutionem.*
3 *An quicquid maior pars facit, totum facere videatur.*
4 *Singularis consuetudo ecclesiarum an sit attendenda in qualitate & quantitate beneficiorum.*

CAP. VI.

Cum omnes. [Et infra] ꝙ cõstitutio istorum canonicorum non fuit iusta canonicis, qa futuris in futurum dabant pęnam, si abessent: sed sibi præsentibus, si in futurum abessent, nullam imponebant pęnam, & iõ non erat lex communis, vel generalis etiam circa idem. i. in pęnis imponendis in futurum absentibus. Item si istorum cõstitutio erat æqua in futuris, qui in modico tenebantur ecclesiæ, quare non erat æquior eis præsentibus, & qui ex perceptione beneficiorum præter istorum magis ecclesiæ tenebantur? Item constitutio de vineis, & earum fructibus cõicandis in futurum præmissa ratione nõ erat iusta, sed ex eo iniustior apparebat, ꝙ ex radice cupiditatis procedebat, quia præter fructus vinearum suarum per constitutionem suam debebant habere
2 partem etiam de fructibus vinearum decedentiũ canon. † Sed oppones, quare non potius mandauit, ꝙ omnes seruarent cõstitutionem hanc fauorabilem, quæ tendit ad residētiam, quã faceret seruari consuetudinem antiquam, quæ erat residentiæ contraria, & maximè cum ad hoc cogi possunt antiqui ꝓpter rationem hic assignatam Patere legem, &c. Respon. quia nul
a lus erat, qui hoc peteret. Item quia [a] non fuerunt vsi hac constitutione, licet fecissent, & verba cum effectu sunt accipiēda. ff. quod quisque iur. l. 1. Vel dic illud habere locum, vbi lex teneret, licet esset iniusta, sed vbi lex non tenet, sicut hic, quia nõ poterant facere consti. sine episcopo. ĵ. eo. c. pe. non habet lo-
b cum [b] illud edictum, quod quisque iur. &c. credimus tamen, ꝙ si eps faceret constitutionem istam, quæ hic continetur, excepto de vineis, quod bene teneret, dummodo haberet cõsensum capituli sui, & alia, quæ interuenire debēt, quia hæc constitutio tantum ratione constituentium est iniqua, quia per se tantum constituebant, & quia illud constituere non poterāt, & non ratione constituti. non. n. iniquum est, ꝙ antiqui canonici in suis consuetudinibus remaneant, & noui, qui scienter legem nouam admiserunt, ea ligentur, quia constitutio futura respicit. s. eo. cognoscentes, 31. dist. ante. ĵ. eo. c. fi. fateor tñ, ꝙ æquius esset, ꝙ omnes hac lege ligarentur, nisi scandalum impediret. si ergo timetur scãdalum, bene faceret eps, qui eos cõstitutione non cõprehendit. Caueat tamen eps, ne & nouis legem imponeret, quæ scãdalum induceret, si ordinaret, ꝙ illi, qui de cętero fierent canonici, à carnibus abstinerēt, vel nigrũ habitum portarent. nam hæc cõstitutio non teneret, vel de facili reuocaretur, arg. ĵ. de vi. & hone. cleri. Deus. [Quisque.] ff.
2 quod quisque iur. l. 1. † [Coæquetis.] Sed nonne isti præsentes poterant omnia statuere aliis irrequisitis? vt 10. q. 2. hoc ius, & 7. q. 1. factus. ĵ. de elect. cum inter vniuer. So. bene possunt facere bonam & honestam constitutionē, sed ideo hoc nõ valuit, quia pro suo cõmodo in præiudicium aliorum, & malo zelo, & contra consuetudinem approbatam ecclesiæ factum est, 4. dist. erit. aliquando. n. contra approbatã cõsuetudinem sine licentia dñi Papæ facere non licet. & contemptores consuetudinum quasi præuaricatores legis habendi sunt, 11. dist. in his rebus. vel dic melius, quod hoc non poterant sine consensu epis-
3 copi, infra eodem, c. pen. & fin. † Adhuc obiicitur, quod maior pars facit, totum facere videtur. infra de his, quæ fi. à ma. par. ca. c. 1. tu dic, si aliquid est commune pluribus non vt collegiatis, sed vt singulis, nõ valet, quod fit à pluribus, nisi omnes cõsentiant, siue simul, siue separatim. ff. de serui. rusti. prædi. per fundum. nisi concedant rem in naturali vsu, quod facere potest vnus solus, socijs inuitis & contradicentibus. Instit. de rerũ diui. §. religiosum, & nisi in casu infra de iure patro. postulasti. si vero sint plures vt collegium, distingue. aut sunt aliqua faciēda ex necessitate, vel vtilitate ecclesiæ, vt alienationes, electiones, institutiones, & similia, & tunc sufficit, quod legitimè & bene facit maior pars, infra de electio. licet. & de his. quæ fiunt à ma. parte ca. cum in cunctis, & c. fi. dũmodo non contemnãt eos, qui vocandi sunt, infra de elect. quod sicut ex literis. Sed in alijs, quæ ex necessitate, vel vtilitate ecclesiæ non fiunt, sed propter vtilitatem canonicorum tantum, puta cum diuiditur
c præbenda. non valet, nisi omnes consentiant,[c] quia pro codē est, ac si ageretur de iure quo ad singulos pertinet, vt hic, & l. per fundũ. secus autem dicerem. si hæc constitutio, vel etiam diuisio præbendarum fieret pro vtilitate ecclesiæ, quia tunc sufficeret maior pars, infra de his quæ fi. a ma. par. ca. c. fi. & tũc cõsentire debent tanquam collegium, nõ tanquam singuli, infra eodem cum M. nõ segregatim. l. hodie in vno loco vnus, & cras in alio loco alius, infra de elect. in Genesi. hæc quæstio nõ habet hic locum, quia non dicitur, ꝙ omnes canonici non fuerunt præsentes. [Coęquetis] arg. pro paritate beneficiorum, infra cap. cum M. 16. quęst. 7. c. 1. & quæst. 2. §. his, in fi. vers. non eius. §. pro socio, & §. sicut tres. contra, infra eo. c. fi. 12. quæst. 2. Vulteranæ, & ca. nobis, & ca concesso, & ca fi. 64. dist. cõsuluit.
4 † Sol. in qualitate & quantitate beneficiorũ singularis consuetudo ecclesiarum attendenda est, quæ si præscripta est, præualet iuri scripto, arg. infra de præben. relatum, & de exces. prælato ad hęc, & de sepul. certificari. Si vero nulla appareat consuetudo, puta quia quandoque paria sunt beneficia quãdoq; imparia, vel quia ecclesia de nouo constructa est, tũc dicas, ꝙ omnia, quæ de communi cellario exeunt ad quotidianum victũ æqualiter diuidenda sunt, & ea, quæ dantur pro indumentis, iuxta personarum meritum, locum & ordinem plus vni, quã alii diuidi debent. nec enim est contra. 16. quæst. 7. c. j. expone enim, ibi mouentur, idest moueri debent.

ADDITIONES.

a ¶Item quia. Hanc soln. reprehendit hic Io. de Imo. & refert & sequitur Alexã. in l. 2. in prin. ff. quod quisque iuris.

b ¶Non habet locum. Adde quod idem Inno. in c. cum venerabilis, circa me. infra de excep. Bal. in l. si quis testibus, col. j. C. de testi. & etiam refert Alex. in l. 1. col. 2. ver. in gl. in ver. noui iuris. ff. quod quisque iur.

c ¶Omnes consentiant. Aduerte, quia Henri. Bohic hic in 2. col. in ver. aut quęris de ijs, tenet, ꝙ imo cum possint sigillatim & particulariter consentire iuxta notata per Arc. in c. j. in gl. j. 63. dist. & ꝙ in electione est speciale, ꝙ debeāt collegialiter consentire, refert ꝙ hoc tenet Io. And. in c. j. de rebus eccle. non alie. in 6. & Compo. in c. cum te. infra de rescri. licet dicat Spec. tenere contrarium in tit. de syndic. in princ. & vide eundem Henric. optime distinguentem circa hoc. in c. tua nuper, in 2. col. infra de his, quæ fi. a præla.

SUMMARIUM.

1 *Nunquid laici statuentes de rebus ecclesiæ male faciant.*
2 *Statutum in alterius præiudicium an valeat.*
3 *Lex seu rescriptum in præiudicium naturalis iuris an valeat.*
4 *Ius merè ciuile in quibus casibus tollatur.*

CAP. VII.

1 Quæ in ecclesiarum. Et infra. [Cõstituerũt.] † Malè faciunt laici facientes statutum de rebus ecclesiæ, cum in eis non habeant iu-
2 risdictionem, 10. dist. c. j. 96. di. bene. ĵ. de re iud. cum causa. † Super rebus etiam laicorum hoc constituere non possent, cum tale statutum esset in lęsionem iuris alterius, & eius iuris, quod ad aliquem spectat, vel acquiritur de iure naturali, vt sunt dominia, obligationes, & huiusmodi, & non datur à iure ciuili, vel ab Imperatore. vt actiones, vt si. de iusti. & iure, ex hoc. Institu. de rerum diui. §. ferę, & §. præterea, quod per alluuionem. Vnde rescriptum, vel pragmatica sanctio, vel annotatio concessa in præiudicium talis iuris non valet. C. si contra ius. l. fi. Nam & naturalia iura sunt perpetua. Instit. de iure na. §. pe. Et sicut rescripta non valent, ita nec leges, vel consuetudines, cũ rescriptum sit lex. C. de leg. l. 2. In casibus tamen valet rescriptum in præiudicium talis iuris. C. de præscriptio. l. fin. C. de
3 vend. re. fisc. l. 1. † Et dico non valere legem, vel rescriptum
a in præiudicium naturalis iuris, nisi iusta causa [a] interueniat, ne sint contraria. C. de bo. dam. per totum. ff. de religio. si quis sepul. C. pro quibus causis ser. pro proęmio. liber, per totum. vbi vero rescriptum, vel statutum lęderet ius alterius in eo, quod ad eum pertinet de iure ciuili, puta in actionibus, quæ sunt

ADDITIO.

a ¶Nisi iusta causa. Hoc refert & sequitur Pe. de Anch. in cõs. 207. inci. in q. supra dicta, col. 3. circa fi. Abb. in c. 2. inf. eo. & vide Bal. in l. fi. C. si contra ius vel vti. pub. & Pe. de Anch. in consi. 25. inci. in q. supradic. col. 1. & ꝙ statutũ ex iusta causa auferat ius tertio, adde Alex. in consi. 42. col. 5. ver. 10. & vlti. in 1. vol.

sunt proditæ de iure ciuili, vt ff. de orig. iuris. l. 2. si ex eo perimatur ius omnino, vel ex toto deneget agendi potestatẽ, non valet, nisi adijciatur, non obstante lege aliqua. ff. de le. 3. si quis in prin. C. de testa. auct. hoc inter liberos. Nam & vltimæ voluntates vim legum obtinent. in Auct. de nup. § disponat itaq; col la 4. Sed & tunc, vt quidam dicunt, licet sustineatur, q̃ auferat actionem, tamen quin reddat iustitiam, auferre non potest, cũ esset contra ius naturale. si vero non auferatur, ius, sed differatur, tenet. C. de preci. imp. offe. quoties. Idem vbicunque statutum, vel rescriptum concedit, quod lex dicit posse concedi. ff. de sena. nuptæ. De iure autem naturali dixi dominia ad aliquẽ pertinere. i. de iure gentium, q̃d dr naturale, quia naturali rõne inductum est. Instit. de rerum diui. §. singulorum. ff. de acre. do. adeo. §. cum quid. quod etiam dicitur naturale ius, quia apud omnes generaliter est. C. si contra ius. l. fi. Insti. de iure uatura. § ius autem gentium. † Potest autem dici, q̃ ius mere ciuile modo supradicto tollitur, si ille, qui habet iurisdictionẽ, super eo iure de hoc facit legem municipalẽ, sicut dicitur de cõsuetudine, quod illud tollit, vt no. infra de consue. c. 1. & c. cũ consue. ius autem naturale, idest gentium, non potest tollere in totum ius ciuile, sed potest distinguere, detrahere, addere,
2 & adiuuare. nam dicit Euangelium, [a] In ore duorum, &c. infra de testibus. c. in omni. & tamen canones, & leges quandoque plura requirunt, 2. quæst. 4. ca. 1. & 2. C. de testibus, testiũ. C. de testa. l. fin. ad hoc expresse dicunt leges. ff. de iust. & iu. l. ius ciuile, & l. ius autem, § fi. [Legitimo] & in aliis forma seruata, 10. quæst. 2. hoc ius, 12. quæst. 2. sine ex. C. de sacrosan. eccle. iubemus, sed tunc, si læsa esset ecclesia, competeret in integrũ restitu. infra de in integ. rest. requisiuit.

ADDITIO.

2 [a] Nam dicit Euangelium. Et sic sentit hic Inno, q̃ Papa potest dispensare, & limitare ius diuinum. Ad quod adde eundem in c. super eo, in fi. ĵ. de biga. & in c. post translationem, in fi. & quæ ibi notaui. infra de renun.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus cum canonicis an minuere possit præbendas, & dignitates.*
2 *Ecclesia cathedralis seu collegiata, nunquid statutum facere possit sine episcopi consensu.*
3 *Rectores ab vniuersitatibus assumpti an iurisdictionem habeant, vel vniuersitas ipsa.*
4 *Semel contra priuilegium faciens, an illud perdat.*

CAP. VIII.

CVm accessissent. [Canonici.] Isti canonici volẽtes; obtinere primiceriatũ pro Archidiacono isto, olim proposuerunt coram Papa de vacatione primiceriatus. modo autem, quia reuocatũ erat negocium ad audientiã Papæ, per appellationẽ, vel alio modo proponebat Arch. pro se, & procurator capituli pro capitulo. proponebat autem dictus Arch. collationem primiceriatus sibi factam auctoritate Apostolica cõfirmari, & ꝑcurator capituli contradicebat. [Tãto] q̃ nulla iusta causa præpediti essent. ĵ. de concess. præb. q̃a diuersitatẽ, 28. di. de Sirac usianæ, 2. q. 6 § anteriorũ, & §. ad hæc.
1 † [Sedis] sed nunquid eps̃ cum canonicis posset minuere prẽbẽdas, vel dignitates? ar. q̃ non, de cõsec. dist. j. vasa, 25. q. 1. quę ad perpetuam, & q. 2. quicunque. ĵ. eo, ex parte, & ĵ. de offi. archipresby. c. fi. ff. de decuri. generaliter. §. pe. dic, q̃ eps̃ cũ capitulo ex causa post minuere. ĵ. de instit. c. 1. & 2. & ĵ. c. proxi. & 21. dist. in. nouo. possunt. n. dignitates diuidere, diminuere, & mutare. 16. q. 1. præcipimus. ff. cõmu. præ. si quis duas, & ff. de neg. gest. cũ aliter, & ĵ. de præb. vacãte, 63. dist. §. verum, 63. di. quorũ vices. Item solus eps̃ cum canonicis ecclesiæ potest certum numerũ canonicorũ statuere. ĵ. de vi. & hone. cle. q̃n. & etiã dignitates, quas ipsi canonici statuere, tollere possunt soli canonici. Quod intelligo verũ, vbi collegiũ pertinet ad canonicos, & vbi dotatæ sunt ab eis dignitates, q̃a si ab alijs sint dotatæ ẽt a laicis, sine eorũ. i. laicorũ consensu tollere non licet,
2 16. q. 7. monasteriũ, & c. rationes. † Alij tñ dicunt, & fortè melius, q̃ nullum statutũ potest facere ecclesia siue cathedralis, siue alia, sine consensu epi. ĵ. de consue. cũ consuetudinis. ĵ. de his, quæ fi. a pla. sine plen. cap. c. nouit, & c. seq. nisi fortè essent aliqua minima, arg. ad hoc, quia eps̃ est caput cathedralis ecclesiæ, & ẽt aliarum. ĵ. de testa. requisisti, & sine capite nihil faciẽdũ est. De alijs tñ vniuersitatibus satis posset dici, q̃ super rebus suis possent facere statuta, arg. ff. q̃d cuiusque vni. l. 1. §. 2. Ire arg. ad hoc, q̃ si præpositо suo dant iurisdictionem super se. C. de iur. om. iudi. l. fi. ergo per eãdem rationẽ possunt facere statuta, sed arg. ĵ. C. de monopo. l. 1. Sed illud potest intelligi de iniqs statutis. ff. q̃d cuiusq; vni. l. 1. §. 2. sed pœnã non possunt adiicere suo statuto, cũ nullã jurisdictionẽ habeant ipsæ vniuersitates & pœnas imponere pertineat ad iurisdictionẽ. si autẽ haberet aliquam iurisdictionẽ, posset pœnã adijcere, arg. ff. si quis ius dicen. non obtemp. l. j. vniuersitates autẽ, quæ habent iurisdictionẽ, possunt facere statuta super oĩbus, quæ ad iurisdictionẽ suam pertinent, sicut & consuetu. inducere pos-
3 sunt. ff. de legi. de quibus. † Et est notandũ, q̃ rectores assumpti ab vniuersitatibus habent iurisdictionẽ, & non ipsæ vniuersitates: aliqui tamen dicunt, q̃ ipsæ vniuersitates, deficientibus rectoribus, possunt exercere iurisdictionẽ, sicut rectores, quod
4 nõ credo. c. dilecta, de excess. præla. † [Cõtrauenerint.] Hic collige, q̃ si quis facit semel contra priuilegiũ, perdit illud. ĵ. c. ꝑxi. ĵ. de præben. pro illorũ, 11. q. 3. priuilegiũ. C. de iure do. l. si creditor. arg. cõtra. C. de epis. & cle. l. generaliter. & delictũ per sonæ. 16. q. 6. si episcopum. ĵ. de arbi. cum tempore, infra de priuil. accedentibus. nam, vt ibi dicitur, priuilegium non amittitur, nisi præscriptum fuerit contra illud per 40. annos. So. notauit hic Vinc. quod priuilegium aut datur ad faciendum, & tunc si is, qui impetrauit, non vtitur spatio 10. annorũ, perdit illud. ff. de nundi. l. j. aut consistit in non faciendo, & tunc si Papa reseruauit sibi aliquid iuris in eo iure, quod renunciat, vel eo loco, non potest tali priuilegio expresse renunciari, infra de arb. cum tpe, sed tacitè potest spatio 40. annorum, de priuileg. accedentibus, vel in tali casu potest opponi priuilegiũ contra renunciationem; vel sententiam. s. vt non fiat præiudiciũ Romanæ ecclesiæ, etiam post sentẽtiam, infra de priuile. cũ olim. Si autẽ nihil sibi reseruauerit in eo, potest illi spatio 30. annorum renunciari, 7. quæst. j. quam periculosum. ĵ. de priui. si de terra. Sed Io. no. hic, q̃ si ille, qui impetrauit priuilegium volũtarie & directè nullo exigente, qui ius eligendi diceret se habere, faciat contra illud, etiam vnico actu perdit illud, vt hic, & c. proxi. & infra de prẽben. pro illorum. C. de pac. inter emp. & ven. commissoriæ. si vero non seruat priuilegium, vel non tuetur se eo, perdit priuilegium legitimo tẽpore, infra de priuileg. accedentibus. in illa autem decre. accedentibus. & si de terra, intelligitur soluisse fortè non voluntariè, sed quia fortè execrabatur lites. ff. de ali. iudi. mu. cau. fa. l. 3. vel quia priuilegium non habebat paratum ad manus. arg. 2. q. 7. plerique. Itẽ conuentus non fecit contra, sed vnus tantum. Item cũ ex præsumptione nitamur tantum, nõ ita de facili præsumitur renũciare decimis, vbi nullã recipit ꝓpensationem, sicut priuilegiũ dignitatis excluſæ, vbi recipit cõpensationem, quia & si redditus minuantur canonicorum, dignitas tamẽ augeat. magis. n. delinquit, si directè venit contra priuilegium, quã si non vtitur eo, arg. 84. dist. quisquis. infra de sen. excom. contingit. C. de excusa. tu. voluntariè. C. de his, qui spon. mu. su. l. j. lib. 11. quoniã leuiter perdit priuilegium. ff. de diuor. l. fi. Alij dicunt, q̃ si priuilegium est odiosum, perditur per vnum actum. si fauorabile non perditur, nisi legitimo tempore præfcribatur ꝑ priuilegium. Vel melius, si priuilegium datum est fauore personæ, si semel facit ꝑ priuilegium, perditur: si datum est in fauorem ecclesiæ, vel religionis, non perditur, nisi contra illud fuerit præscriptũ legitimè, plus placet quod no. ĵ. de priuile. accedentib

SVMMARIVM.

1 *Nunquid valeat protestatio proprio facto contraria.*
2 *Canonia quid sit, & quid præbenda.*
3 *Laicus canonicus esse non potest, licet præbendarius esse valeat.*
4 *Recepti in canonicos & fratres, an electionibus & alijs capituli tractatibus interesse debeant.*
5 *Pactum de iure factum an simoniacum sit.*
6 *Electio ad vacaturas præbendas, an valeat.*
7 *Præbendæ quo casu communicari non debeant.*
8 *Diligentia alicuius in re aliqua, an sibi obesse possit.*
9 *Nunquid contra ius innouata valeant.*
10 *Voluntaria alienatio rei litigio. licet prohibeatur, an prohibeatur, etiã necessaria.*

CAP. IX.

CVm M. [Socijs.] Quorũ procurator erat. [Venientes.] ff. de leg. & cõ. de quibus. ĵ. c. proxi. hæc allegatio est partis, quia non venerat ꝑ constitutionem. præbendarum, licet canonicos elegerint vltra numerum prẽbendarum. vel dic, quòd constitutio erat, quod tantum. 14. essent canonici. [Duos.] Et male. vnde nõ tenuit electio, infra de præben. maioribus, & c. tuæ. quãuis ibi loquatur, de electione præbendarum, & non iure canonicatus, in quibus est magna diuersitas, vt no. infra de præben. dilecto. vnde illis capitulis non obstantibus, videtur tenere electio. si enim non teneret hæc electio, quare infra mandaretur de eorũ prouisione. [Ad eam.] j. ea vacante duos elegerunt non. n. elegerunt ad præbendam, sed simpliciter in canonicos alioquin cassanda esset electio ĵ. de præb. tuæ. nec ẽt præbenda inter eos diuidi debebat, alioquin cassaretur electio. ĵ. de ꝓb. dilecto. Vel dic, q̃ ꝓbẽda inter eos diuidi debebat, sed nõ erãt electi ad ꝓbendam diuidendam, sed simpliciter electi in canonicos, & postea seꝑatim simpliciter ordinauerunt de præbenda diuidenda,

denda, quod fuit illicitum. ĵ. de præben. c. vacante, & sic tenebat, quod factũ est de electione, & non quod factũ fuit de diuisione. non. n. se contingunt prædicti actus. i. actus electionis, & actus constitutionis illius. i. q̃ simul fructus prębendæ inter se dividerent. ĵ. de re. permu. ad quæstiones. plus placet, quod no. ĵ. de præben. dilectus filius. T. & c. tuæ. [Alium] de quinto non fit hic mentio, quia forte capitulum non confitebatur de electione eius. vel melius, ideo inserius supprimit de quinto, quia vna prębenda vacabat, quæ vni ex quinq; poterat assigna-
2 sa] idest confirmatione sententiæ. [† Noluit] sicut nec tenebatur, licet posset. ℣. e. super quæstionum. §. si duo. & hoc verum dicimus. alij dixerunt, q̃ si habet perpetuam impotentiam, delegare non potest: si talem, p̃t. ff. de va. mu. l. vlt. alij dicunt, q̃ si impotẽtia facti teneatur, potest committere: sed impotentia iuris, non. sed cessante impotentia iuris per in integ. resti. vel alio modo, renascitur potentia committendi. C. de cu. furi. l. 3. cum alijs. & hoc quidem confitemur, q̃ committere potest: sed dele. non tenetur recipere subdele. [Per alios] hoc habet locum, vbi tantùm duo dele. sunt, & cum clausula prædicta, s. q̃ si ambo &c. nam si tres essent deleg. tũc posset interuenire casus, vbi sic exponendum est, non potestis interesse per vos, vel per alios. nam si tertius sit mortuus, vel alias excusat legitimè, vnus ex duobus etiam alio inuito poterit committere vices suas, supra eod. licet. infra eod. cap. fin. §. 1. & sic tunc intelligitur, non potestis interesse per vos, vel subdelega. Ratio autem diuersitatis satis patet: quia cum tantùm duo sunt delegat. nunquam potest uenire ad eum casum, quòd alter per alium possit cogno-

cognoscere de eã dele. sed vbi sunt tres, p̃t euenire, ut in casu p̃dicto. tñ nec tunc semper per aliũ p̃t cognoscere: sed tunc tm, qñ tertius excusatur, & tm̃ penes duos remanet iurisdõ. [Confirmauit] quia ex parte ecclesiæ. S. M. hæc petita erant. ℣rium ex parte ecclesiæ. S. Agathæ, alias. n. snĩa re non potuisset, ut no. ℣. e
3 cum contingat. †[Confirmamus] contra huiusmodi confirmationes Domini Papæ, quæ fiunt cum causæ cognitione, non est aliquis audiendus, nec potest aliquis iudex cognoscere sine speciali mandato Papæ, infra de confir. c. 1. & 2.

SVMMARIVM.

1 *Canonicus si pro canonico detur iudex, recusatur vt suspectus.*
2 *Delegatus causam committit appellatione remota.*

CAP. XXXV.

Cum R. cano. Ianuen.

[Socii] †hic habes. q̃ si canonicus pro ca-
1 nonico detur iudex recusatur vt suspectus. ℣. c. insinuãte. 3. q. 5.
2 accusatores. [Ap. re.] †no. speciale. q̃ dele. cãm cõmitt it ap. resimile. ℣. e. pastoralis, in fi. sed hęc decre. continet. gratiam ius. n. ecclesiæ esset, q̃ hanc exceptionem inimicitiarum proposuisset coram dele. & nisi admisisset, appellasset, infra de ap. vt debitus. sed tanquam vir prouidus in vno prouidit laico, scilicet quòd reuocaretur iurisdictio huiusmodi, & in alio canonico, quòd ad eius voluntatem fieret commissio.

SVMMARIVM.

1 *Reuocandi sunt testes ad concordiam, quando agitur, an quis appellauerit ante, uel post sententiam excommunicationis.*
2 *Confessio partis valet contra se, sed pro se non.*
3 *Excommunicatio ad hoc, ut plene si iusta, & quod differatur absolutio excommunicati, oportet causam absolutionis non solum esse rationabilem, sed & manifestam fuisse excommunicatori.*
4 *Potest aduersarius impetratis literis super confirmatione sententiæ agere de infirmat one.*
5 *Non infirmet iudex sententiam, si reus de iure suo, nec etiã actor probet.*
6 *Quando actor non probat affirmatiuam, tũc fingitur probata negatiua.*

CAP. XXXVI.

Cum contingat interdum.

[Vel alias.] In vna lite-
ra non admitteretur aliquis, qui vtrunq; diceret, s. & se post ap. excõicatũ, uel alias iniuste, cum debeat proponere certum, & non sub disiunctione, nisi forte ignoraret tps excõicationis. nã forte excõicator fecit priuatè. & scire non pt, an ap. præcesserit excõicationẽ, vel e conuerso, qa tunc admitteret. ff. quorũ leg. l. j. de in inte. rest. pstitutus. [Impendant] hoc hẽt locum qñ iniuste excõicauit. [Denuncient] hoc hẽt locũ, qñ post ap. excõicatus est. † [Post appe.] Superfluum vr recipere testes super hoc, an appellauerit ante snĩam excõicationis, vel post, quia sic per testes ad pcordiam reuocandi sunt, s. ut ap. præcesserit, & secuta sit excõicatio, ut infra de testi. cum tu. sed respon non esse super fluum, quia forte testes ipsi dicent excõicationem præcessisse ap. nec ex parte excõicati apparebunt aliquę probationes, q̃ pre
2 cessit ap. †Sed dices: sicut inter testes vtriusq; partis facienda est concordia, ita inter testes vnius partis, & cõfessionem alterius, quod non fateor: quia confessio partis valet ℣ se, sed pro se non. ff. de iter. ac. de ætate. uel potes dicere illam concordiam non esse faciendam, nisi uel pares sint probationes, vel dicas nõ esse recipiendas vtrasq; probationes super hoc, an præcesserit excõicatio snĩam, uel è conuerso: sed super hoc, an sit appellatio legiti-
3 ma necne. †[Iuste] idest ex iusta[a] & uera causa, sed non tunc ma-
a nifesta excõicatori, qñ ipsum excõicauit. sed modo coram superiore iudice, a quo petitur absolutio, excõicator vult ostendere, q̃ pro vera & iusta causa ipsum excõicauit, quod non sufficit, quia oportet q̃ ad hoc ut plene iusta sit excõicatio, & q̃ differatur absolutio excõicati, q̃ causa excõicationis nõ solum sit rationabilis: sed etiam q̃ fuerit manifesta excõicatori, ℣. de sen. ex. sacro. §. 1. de verb. sig. cum olim. si autem ℣rium dicere velles, s. q̃ exceptio manifestæ offensæ non impedit absolutionẽ, expresse est ℣rium. ℣. de rescrip. ab excom. in fi. vbi dicit, q̃ hæc cognitio, s. an offensa sit manifesta necne, relinquitur illi, a quo petitur absolutio. [Indigeat] tanquam excõicatus, vel ante legitimam ap. uel post ap. illegitimam. sed dicunt aliqui q̃. obtenta forma libelli, quæ hiç ponitur, s. peto sententiam excõicationis in me post ap. legitimam latam pronunciari nullam, non potest iudex pronunciare super iniusta excõicatione, si eam iniustã inueniat, uel ℣ sed tm̃ ad eum spectat, ut pronunciet snĩam esse nullã ex ea causa, s. quia lata est post app. legitimam: vel si hoc fuerit non probatũ, non iudicabit eũ excõicatum iuste, siue iniuste, quia non fuit petitum: sed tm̃ iudicabit, non probasti app. legitimam. quare non pronunciamus excõicationem non tenere. sed si ageretur ℣ aliquem petendo eum denunciari excõicatum, si non probet excõmunicationem, absoluet reum ab impetitione actoris. ff. de ex. rei iu. si mater. §. eadem, & §. & an ea-
4 dem, & §. actores. ℣. de fimo. licet Heli. & secundũ hoc exponesapparebit præsumptiue, vtrum sit excõicatus, an non, non in iudicio, vt insetur super hoc. vel pores dicere. q̃ nõ præsumptiue tantũ, sed vere apparebit, an indigeat absolutione, necne. nã cũ hic, s. in primo libello cõfiteatur, se esse excõicatum, licet adijciat post appel. & hoc nõ probet, restat ex pfessione eius, q̃ absolutione indiget, salte q̃ quoad forũ ecclesiæ. Hoc tamẽ scias, q̃ si post petierit absolutionẽ iuxta formã ecclesiæ, non negabit, vt infra sequitur. item dicunt quidã, sed nõ placet, quia si solũmodo petitur sententia, ẽt alia præter snĩam excommunicatio
b nis cõfirmari, non poterit snĩa infirmari. Est ergo sanũ[b] consiliũ, vt si vnus petat cõfirmari, alius petat infirmari. hoc non vr mihi sanũ consilium. imo si ab vna parte detur libellus, in quo petit sententiã, vel electionem, ℣ confirmari, vel infirmari, iudex de facili non dẽt dimittere libellũ alterius partis, in quo petat contrariũ primæ petitionis. quia potest obesse, si contrarię sententię ferentur super diuersis libellis, quod posset de facili fieri, & maximè si post li. prest. & maxime post quã multũ processum erat in cã, & iã de ea pstaret, reciperet ℣dictus libellus primo ℣dictorius. prodesse aũt alicui nunquã põt, quia in cã, quæ agitur p primum libellum, poterit probare quicquid posset probare, si ℣dictorium libellum daret. ff. de prob. circa, & hoc ℣. no. Sed quid vices fm eos, si fine causæ adiectione petijt infirmari snĩam in oẽm causam, & omne ius in iudicium deduxisse vr. C. de an. excep. l. vlt. & sic vr, q̃ tunc, ex quo non seruatur ei aliquod remedium, q̃ posset snĩa ferri super confirmatione. sed ipsi respondent, licet hoc totum ius simul deduxerit in iudicium. tñ si vnã tñ cãm fuerit prosecutus non præiudicat sibi, quia ex aliis causis agere possit. C. de iud. licet. ff. de iudi. habebat. Vel ponamus, q̃ vlterius agere possit ex aliqua cã, tñ potest esse verum, q̃ diebat ille, qui petebat infirmari snĩam, licet in probationibus defecerit. 2. q. 5. pleriq;. & non benefaceret iudex, qui super ea. ĩcõfirmatione snĩam ferret, & maximè cum non sit petita. decre, autem ista non ℣dicit: quia non dicit probationes recipiendas super confirmatione, quæ non fuit petita: sed super infirmatione, quæ petita est. †Item non ob. de ap. oblatæ. vbi dr, q̃ impe-
4 tratis literis super confirmatione snĩæ potest aduersarius agere de infirmatione. Respon. q̃ illa decre. melius facit pro. q̃ ℣. nam & ipsi fatentur, q̃ impetratis hmõi literis ẽt aduersarius p agere de infirmatione, quod illa decre. dicit. alij dicunt melius, qđ petita cõfirmatione snĩæ excommunicationis, aduersarius pro se in ℣rium nulla petitione data potest inducere probationes suas, & fertur snĩa pro reo, si probauerit cãm, quare infirman-
5 da sit, & dicet iudex infirmamus talem sententiam. † Si vero nihil probaret deus de iure suo, nec etiam actor, tunc non infirmabit iudex sententiam: sed tantum absoluet reum ab impetitione actoris, & hoc satis hic expresse dicit, arg. ff. de iureiurã. sed & si po. § j. ff. de proba. circa eum plus placet, q̃ siue quis petat snĩm pro se latam confirmari: siue petat sententiam ℣ se latam infirmari. Item siue sit snĩa absolutionis rei siue condemnationis rei, si liquet iudici ad plenum de veritate: siue per confessionem: siue alio modo, secure confirmet eam iudex, uel infirmet. sed si non constet sibi, melius est, q̃ eum tñ absoluat tam ab obscruatione iudicij, quam ab impetitione rei. de hoc no. de confir. ca. 2. Item dicimus arg. prædictarum legum, q̃ qñ petit snĩa nulla nunciari ex certa causa, puta quia lata sit post app. legitimam, si aduersarius vult probare snĩam tenere, quia nulla appellatio præcessit, vel si præcesserit illegitima, admittendus est. sed si ex alia causa vellet probare eam non tenere, puta quia nõ fuit iudex, qui tulit sententiam, non est admittendus. quod sic probo: quia etiam ipse, qui dedit libellum, ad hoc probãdum, s. quod ex alia causa ẽt iniusta excõicatio non esset admittẽdus. imo si feretur snĩa ℣ eum, vel pro eo, hoc non obstante, q̃ super hoc snĩatum est, iterum posset ex alia causa agere, & multo fortius non potest inducere probationes super iusta, uel iniusta excõicatione, nisi super hoc in modum reconuentionis porrige-
6 ret libellum: quia sibi de iure negari non posset. † Sed opp. fm hoc vr, q̃ nunquam sit facienda differentia in sententia pro reo ferenda, quia semper fingit probauisse, quia negatiua aliter probari non pt, nisi quia fingitur probata, ex quo actor non probat affirmatiuam. Rñ. q̃ magna est differentia in prolatione snĩæ, vt dictũ est: quia licet sufficiat reo, q̃ actor non probauit, quantum ad hoc, q̃ absoluatur, fm q̃ prædictum est, non tñ sufficit quo ad hoc, ut iudicet ℣rium, s. snĩam confirmandam, uel rem suam esse: nisi hoc probauerit. de hoc aũt no. ℣. de restit. spo. ex conquestione. uel potes dicere, q̃ in cã appellationis, vbi nõ est necesse dare libellum: & vbi ex prioribus actis proceditur, petita

ADDITIONES.

a ¶Ex iusta. Adde Bar. in l. multum. ff. de condi. & de. qui. all. Inno. hic, & refert etiã Fel. in c. ecclesia Sanctæ Mariæ. col. 7. ver. 20. supra de constitu.
b ¶Est ergo sanum. Petr. de Ancha. refert hoc, & sequitur in consi. 146. inci. in præ dicta q. col. j. circa fi.

Universidad de Deusto Biblioteca

ta cõfirmatione sñiæ proceditur etiã ad infirmationẽ.& hoc sa
tis expresse habet in auth.de his,qui ad iud.§.volumus. & dicũt
quidã idem, vbicunq; imploratur officiũ iudicis, siue sit in inte.
rest.siue petitio absolutionis.nã si petatur in integ. resti.ẽt si dan
da nõ sit in integ.restit.quia nõ tenuit ipso iure gestũ, super quo
petitur restitutio,tñ iudex, a quo hoc petitur , aliter prouidebit
non sententiando,quia de hoc actũ non est: sed prouidendo , ẽt
ꝙ gestum est,super quo petebatur restõ. non obsit agẽti , & non
prosit reo,& ita præcipiat reo agere,ac si illud gestũ non interue
nisset.ff.de mino.verũ.§. ex facto. nã officiũ iudicis latissime pa
tet:sed hoc non placet rõnibus supradictis. [Eius] excõicatoris,
vel excõicati simpliciter.i.ita ꝙ non obijciatur sibi, ꝙ intolerabi
li errore expressit sit excõicatus. non enim prosequitur hic ter-
tium casum. [Audiẽdus] nisi vellet probare se pro manifesta of-
fensa,vt quia non paret rei iudicatæ, excõicationis sententiã ꝓ-
tulisse.ĩ.de verb.signi.ex parte,& c.seq.[Impendenda] dummo-
do satisfecerit.[Absoluendũ] ab ipso delegato,vel potius remit-
tendus est ad excõicatorem,etiam si in literis contineatur, iux-
ta formam ecclesiæ absoluas,ad excõicatorem remitti præcipia
tur.& hoc ea rõne,quia delega.ea ratione,qua delegans procede
re debet, s̃.de rescrip.super literis. not. ꝙ post absolutionem ex-
cõicatus aget condõne ex hac decre.ꝙ decernat excõicationem
iniustam, & excõicator ẽt agere potest , vt decernatur excõica-
tio iusta,vt hic apparet,& hoc ipsum satis colligitur. ĩ. de sentẽ.
ex.sacro.vel super hoc ipsum implorabit officium iudicis.

SVMMARIVM.

1 *An committatur, quod est meri imperij.*
2 *Omnis alienatio interdicitur coadiutori.*
3 *Committens simpliciter vices suas,totum committere videtur.*
4 *Spoliatus sicut ante restitutionem accusari non potest , ita nec de eius criminibus inquiri.*

CAP. XXXVII.

Venerabili fr. N. archiepiscopo.

[Plenarie] ad mobilia & immobilia , & etiam fructus. 3.q.2.c.2.
1 & 3. ĩ.de rest.spo.grauis [suspectus] † hoc est meri Imperij & tñ
committitur. ſm l.autem secus est.ff.de offi.eius cui man.l.j.qđ
autem est mixti imperij,committitur. s̃. eo. ex literis.similiter
& ꝙ est iurisdictionis.ĩ.e.c. vlti. [Coadiutorem.] 7.q.j.scripsit,
quamuis.& hoc ꝙ datur hic coadiutor ex prouisione fuit forte,
quia hic eps per laicalem potentiam erat electus.vnde etiã post
probationẽ suspitionis non dẽt amoueri penitus ab administra-
tione,alias aũt de iure cõi est , ꝙ suspectus de dilapidatione amo
ueri dẽt penitus ab administratione, ĩ.de simo.licet.3.qõ.2. quia
[Vices] sola cõmissio dele.etiam si subdeleg.consentiat expresse
recipere delegationem.tñ si res est integra,puta , quia subdeleg.
nõ processit ad citationẽ,vel aliquod aliud,deleg.si vult, põt re-
uocare delegationem,& si moritur subdel.re integra, dele.reas-
sumeret causam,ar.s̃.e.licet,& sic iudicauit Papa Inn.IIII.[Cõ-
silio] idest cõsensu.ad officiũ.n.eius pertinet prohibere malã ad-
ministrationẽ,& curã adhibere,vt bona fiat.7.q.j. quia super.se
cus esset si nõ daret ei officiũ coadiutoris,qa tunc sufficeret eius
consilium requiri.ff.de admi.tu.pater,& no.s̃.de ele. cũ in vete-
2 ri.ĩ.de ac.c.vlt.†[Alienationis.] Not. coadiutori interdici oẽm
alienationẽ,& idẽ intelligo de visitatore, & eo cui cõmendatur
3 ecclesia,de qua no.s̃.de ele.dudũ ecclesia Romana.†[Vices]no.
simpliciter cõmittendo vices suas in totũ cõmittere vr̃, de hoc
no.s̃.eo.super quæstionũ,§.si duo.[Cõtra mãdatũ] itẽ no.si or-
do nõ seruat, cassari processum, s̃.de rescr.cũ dilecta. & intelligi
4 tur de ordine,qui studiose seruari mãdat.ff.mã.diligẽter.† [Ad
inquirendũ.] No. sicut spoliatus non põt accusari ante restõnẽ,
ita nec de eius crimin.inqri.3.q.j.c.j.& 2.& 3.p totũ.[Suspectus]
q̃uis rñderi posset nõ cassatã,quia iniustã, sed quia ꝯ formã man
dati,simile s̃.de rescri.cum dilecta.[Functus] s̃.eo.in literis.

SVMMARIVM.

1 *Viduæ an sint de foro ecclesiæ.*
2 *Miserabiles personæ an sint sub ecclesiasticis iudicibus, & quid sit speciale in miserabilibus personis, in nu.3,& vide in nu.4.& 5.*
6 *Error facti, seu iuris impedit prorogationem.*

CAP. XXXVIII.

Significantibus M.

[Mentiens] nõ fraudulenter, sed simplicitate ducta.
alias.n.si fraudẽ fecisset,etiã si dñs nollet de ea facere iustitiã , tñ
illæ literæ possent elidi per exceptionem doli in impetratione
commissi.s̃.de rescri.super literis. vbi autem simplicitate facit,
quamuis in hac forma non habuisset literas: sed illa,ꝙ prius dñs
requireretur,tamen dño requisito procedẽt iudices dele. vt hic.
ĩ.de fo.comp.ex teno.& no.de hoc.s̃.eo.ex literis. vel potes di-
cere,ꝙ literæ non valent,nisi dñs eorum fuerit requisitus. nã nõ
est iudicis hmõi dele.dicere, vade , & primò prosequere ius tuũ
corã iudice seculari,& si ipse non fecerit,ego faciã. sed ipse per se
prius debet instare,& post instãtiã, & denegationẽ ad auxiliũ ec
1 clesiæ veniet.†[Iurisdõnẽ] no.viduas nõ esse de foro ecclesiæ.ĩ.
de fo.cõp.ex tenore.nisi quantũ ad hoc,ꝙ ꝓprijs iudicib. non fa-
ciẽtib.eis iustitiæ cõplemẽtũ , ecclesiasticus iudex faciet. ĩ.de fo.
comp.ex tenore.ar.83.dist.desolatos,& c.188.dist. eps Gu.& si
suus iudex incipit ei iustitiã facere , nõ est iudicis ecclesiastici di-
cere,da breuiores terminos,vel sñiam pro muliere:sed tunc põt
procedere ad cognoscendũ iudex ecclesiasticus qñ primus dñs
expresse dicit se iustitiam ei non redditurũ , vel alias est notoriũ,
ar.ĩ.e. statuimus. sed si suspectus esset de malitia , dicunt quidã,
ꝙ sibi posset præfigi terminus.ĩ.quẽ procedat,ar.ĩ.qui fi.sint le
gi.causam,lator.ĩ.de rest.spo. frequẽs. vel ad minus vt incipiat
procedere.alij tñ ꝯdicunt.sed si viduæ essent pauperes, sicut cęte
ri pauperes,etiã non negligentib.dñis,vel iudicib.suis , nõ tñ de
oppressione eorũ,sed ẽt de aliorũ,iurib. possunt conqueri eccle-
siæ.24.q.3.si quis de potentib.ĩ.de ver.sig. super quibusdã. imo
de expoliatione pñt ꝯqueri,ẽt si sint diuites , alijs iudicibus ordi-
narijs omissis. ĩ.de fo.cõp. ex parte. idẽ intelligimus de peregri-
nis omnibus qui sunt de foro ecclesiæ quo ad res,quas ferunt, &
iniurias,& ꝯtus,qui in peregrinatione fiunt. 24.q.3.si quis Ro.
& c.seq.idẽ ẽt de mercatoribus.si in theloneis,i.leolis,vel peda-
gijs grauenẽ, vt eisdẽ c.idẽ in libertis in ecclesia manumissis , vel
ecclesiæ cõmendatis,& ꝯfugiẽtib.ad ecclesiã.C.de his,qui ad ec.
ꝯfu.87.di.eos qui,& c.se.idẽ in pęnitẽtib.11.q.j.aliud.idẽ de offi
cialib.suis,& rusticis,& filijs,& libertis,& vxore,& seruientib.ff.
ad muni.assumptio.12.q.2.ecclĩarũ.ff.de iu.om.iu.cũ qdã.C.de
epis.& cle.l.j.& 2.79.dist.iudicatũ.pupillorũ autẽ & orphanorũ
cãs audiet ecclĩa negligẽte iudice seculari eis facere iustitiã , ẽt si
sint diuites,sicut de viduis diximus.87.di.desolatis,in relig. idẽ ĩ
senib.87.di.c.j.idẽ de quibuslibet libertis,& nõ ecclĩæ ꝯmẽdatis.
87.di.liberti.nã oẽs hi miserabiles personæ dicunẽ, quorũ oĩum
curã ecclesia hr̃e dẽt.87.dist.c.vlti.idẽ in expositis.87.dist. c.vlt.
idẽ in cęcis,& mutilatis mẽbris,& leprosis,& captiuis, & debili-
bus,& diutino morbo fatigatis.C.qñ inter pu.l.j.ĩ.de censi. licet
& furiosi.ĩ.de rest.spo.c.j.C.de epi.au.iudices. nã miserabiles p-
sonæ sunt. ꝑ maiori aũt parte ꝑdictæ psonæ, si sint diuites cogũ-
tur sub iudicib. suis ordinarijs rñdere , si volũt sibi facere iustitiæ
2 cõplemẽtũ, ĩ.de fo.cõp.ex tenore.† Itẽ dicũt quidã , ꝙ si qs vult
tales miserabiles psonas ꝯuenire sub iudice seculari , vel ordina-
rio,ꝙ nunquã possunt excipere,ꝙ dẽat sub ecclĩa esse:sed si in iu
dicio, vel extra iudiciũ grauenẽ iniustè , tũc possent appellare ad
ecclĩas,vel ẽt suos aduersarios p simplicẽ q̃rimoniã ꝯuenire co-
rã ecclesia.87.dist.libertos.§.libertis & nos quo ad appellationẽ
non credimus eos verũ dicere,qa si est appellandũ gradatim, fie-
ri dẽt vt a seculari iudice ad ꝓximũ secularẽ iudicẽ superiorẽ ap
3 pellet.2.q.6.anteriorũ.†Sed obijcies, qđ est spãle in miserabilib.
psonis,cũ ẽt oĩb.ecclesia dẽat reddere iustitiã, si iudices secula-
res sunt negligẽtes. ĩ.de fo.cõp.licet rñ.horũ simplice q̃rimoniã
aliqñ ecclesia audit,ẽt nõ requisitis dominis,& semper audit ,
qñ priores dñi renuunt eis facere iustitiam,nec dr̃ eis.ire ad aliũ
ꝓximũ superiorẽ. sed in alijs nõ se intromittet ecclĩa, quousque
aliquẽ superiorẽ hẽt,ad quẽ recurrere possit, & hoc ẽt dicit pal.
decr. sed miserabilib. psonis statim iudice ordinario negligente
facere iustitiã ꝓcedet,& sic intelligo caplm,ex tenore, & 87.di.
4 & hoc ideo,ne diu ꝑ iustitia laborent,† Itẽ dicimus,ꝙ ẽt ꝑdictę
psonæ,si habito respũ ad ea q̃ possidẽt,sint paupes, sed magnas
hr̃editates,vel castra petant,nõ veniet ad ecclesiasticũ iudicẽ,nisi
prius deficiat secularis,qa cã cessat ꝑ qua toleratũ est,ꝙ iudex ec
clesiasticus cognoscat,ẽt nõ negligente seculari,s.qa de modica
re agit.Alij aũt dicunt , ꝙ nunquã ꝑ miserabilib. cognoscet iu-
dex ecclesiasticus, nisi prius eis seculari iudice deficiẽte. sed si qs
p violentiã eis bona auferat,tũc defendet eos ecclesia,& suis etiã
supplicationib.& beneficijs iuuabit eos. & sic intelligunẽ c. pro
5 eis faciẽtia,& ĩ.e. c. si. Cruce signati ẽt ab ecclĩa defendunẽ.† Itẽ
no.ꝙ viduæ,pupilli , & oẽs miserabiles psonæ pñt alios trahere
ad curã Imperatoris,& Imperator vt eos citet , dẽt eis esse fauo-
rabilis & benignus,& si aliqđ rescriptũ impetreẽ ꝯ eos, nisi expſ-
se de miseria eorũ faceret mentionẽ,nõ valet.C. qñ inter pu.l.j.
[Dẽre] & male,qa debebãt dicere,nisi prius dñs negauit sibi iu-
stitiã facere.alij ꝯ.[Pręsumpserũt] & male.nã talis cõuentio,vel
pactũ nõ ꝑiudicat in tantũ,qđ redire cogant ad eos,q anteq̃ adi-
rent põt eorũ volũtas immutari,ũt ff.de iu.om.iu.si ꝯuenerit.so-
lũ.n.hoc põt petere pęnã,vel ad interesse agere , si est cõpromis-
sum, & venit ꝯ illud , & non põt prohibere litẽ corã suo iudice
agi.ff.de arb.si rẽ.C.de arb.l.j.sed ꝯ.C.de pac.si qs ĩ ꝯscri.sup hoc
dixerũt qdã illã l. intelligi , vbi pactũ fuit in scriptis redactũ.hæc
decr.qñ sine scriptis pactũ intercessit:sed hoc reprobaẽ.C.de pac.
pactũ,qđ bo.fi.alij dixerũt.l.loq de reo,hãc decr.ĩ actoř.sed hoc
ex lr̃a falsum esse apparet,& ppea nõ dẽt licere reo , qđ nõ licet
actori,ff.de reg.iu.nõ dẽt.alij dixerũt iõ ex eo pacto agi, qa vesti
tus nõ fuit ꝯtus cohęrẽtia.ff.de iudi.hæres.§.j. Tu dic illã l.loq,
quãdo pactum paratur ad declinãdam iurisdõnem , vel verius,
quando ponitur pactũ ad vnum certum iudicem habendũ. sci-
licet

licet eñ quis habet plures iudices ordinarios, sicut est Bononiæ,
vbi scholares habẽt epm,ptãtem,& Magistrũ suũ,si faciat scho-
laris pactum de litigando sub vno,tenet. sed si velint prorogare
ex pacto iurisdictionẽ ad eũ,cuius iurisdictioni non subsunt, nõ
præiudicat,si cogantur inuiti corã eo litigare, vt hic. ff. de iuris.
om. iudi.si cõuenerit. Item cum isti delegati interlocuti sint per
literas hmõi se procedere nõ debere,& alias nõ essent iudices or
dinarij,eorũ iurisdictio prorogari nõ poterat. C.de iuris.om.iu.
6 priuatorũ.† Itẽ & si alias essent ordinarij,quia tñ isti non videbã
tur intendere ad prorogationẽ prædictã , sed quasi priori com-
missioni innitebant,quasi ex debito,cũ non tenerent,& ita erra
bãt vel in facto,vel in iure,quorũ vtrunq; ꝓgationẽ impedit.
ff.de iuris & facti ignorãtia.l.j.in prin.ff.de iuris.om.iud.nulli,in
prin.& §.j.iõ iustũ est,qđ hic Papa diffinit. vel dic, ꝙ non fuit cõ
promissum,ꝙ redirent ad iudicem deleg. nisi sicut erat de iure.

SVMMARIVM.

1 *Arbitri an habeant iurisdictionem delegatam, & an ab eis possit appellari, in num. 2*
8 *Recusatus ꝑcedere potest.nisi intra terminum sibi datum probet causas recusationis.*

CAP. XXXIX.

Suspitionis causa.

Faciunt.s̃.eo. præterea. [Ad hoc.] s.ad probandum causas
suspitionis,vel ad inducendum testes ad illas probandas , vel ad
testes reprobandos,vel ad sñiam ferendam,& hmõi.[Ab ipso.]
1 Qui vt suspectus recusatur.† [Sine quib.] Hic dicunt quidã hos
arbitros delegatã iurisdictionem habere,& ex eo , quod est. ĩ.de
ap.cum speciali,in prin.vbi innuitur,ꝙ ex delegatione Papę pro
cedant, arg. s̃.eo.ex literis.& si fuerit appellandum, appellabitur
ad Papam,non ad delegatum:quia si hoc diceretur.s.ꝙ appella-
retur ad delegatum,sequeretur absurditas. s.ꝙ vlterius recusare
non possent , quos in vno negocio. s. applõnis pro se iudices eli-
gunt,4.q 2.si quis re.delegare aũt,quia sunt arbitri,non possunt.
sed ꝯ,si iurisdõnem habent,ergo eã possunt alij delegare. s̃.e.pa
2 storalis,in prin.ĩ.eo.qm, in prin.† Item ab eis poterit appellari,
quæ satis sunt absurda.pp hoc dicunt alij hos arbitros iurisdõnẽ
non habere.& dicunt,ꝙ ad eos pertinent omnia, quæ faciunt ad
hũc articulũ.s.terminos assignare,probationes recipere,& arbi
triũ promulgare,& similia,quæ puri arbitri pñt.ff.de arbi.sed in
ter.§.2.nec decre.cũ special.,dicit hos delegatos, sed ex mãdato
Papæ teneri ad quædã,quæ nõ faciũt eos haberi iurisdõnẽ, vt ꝓ-
bat s̃.de rescri.cũ contingat. decre.aũt ex literis , nõ loquitur in
arbitris,sed in iudicib. Sed dices , si nõ habent iurisdõnẽ quis co-
get partes,si non fuerint in terminis, vel si non pareant sñiæ , cũ
recusatus super hoc ptãtẽ non habeat,vt hic?nã in oĩb.eis suspe
8 ctus est,vt hic. † Itẽ pęna non est apposita , ad quã agi possit.rñ.
licet pęna non sit promissa,tñ arbitriũ hoc modo implebit:quia
nisi ĩ.terminũ sibi datũ probet causas recusationis procedet re-
cusatus.ĩ.de app. cũ speciali. & licet in termino ad aliquod cer-
tũ assignato abesset aliqua pars, licet aliqui ꝯdicant , non crede-
rẽ recusatũ debere procedere,nisi totus effluxerit terminus arbi
tris deputatus,vt in palle.decre.cũ speciali.posset tñ dici, sed nõ
bene,ꝙ si in terminis , vel alijs cõtumax fuerit , ꝙ statim recusa-
tus resumet iurisdõnem suã,& si adhuc restet de termino depu-
tato arbitris,sicut ĩ alijs arbitris dr̃.ff.de arb.arbiter,& l.sicut dies.
§.pen.& non ex oĩbus.C.de arbi.l.2. [Cogẽdi.] Et ſm l. cogun-
tur per delegantẽ, si est pñsens in prouincia , vel si ipse est absens,
per alios ordinarios iudices pñsentes.C.de iu.cum speciali.per su-
spensionẽ,vel excõicatio.33.di.quorundã , 74.dist. Honoratus,
s̃.eo.sane,vel indicta mulcta.ff.si quis ius di.l.j vel captis pigno-
rib.Insti.de sati.tu.§.vlt.Insti.de excu. tu.j. rñ.ff.de li.ag.si qs.§.si
qs ex his [Alter] si tertius dissẽtiat,nos idẽ dicim⁹, ẽt si sit absẽs.
sẽp.n.à iure ĩtelligiẽ illa cã adiecta,ꝙ si ñ oẽs,duo vestrũ,ar.hic.

SVMMARIVM.

1 *Nunquid interdictũ vel excõicatio possit venire in pactũ vel cõditionẽ.*
2 *Cum quis culpa sua omisit soluere,cum potuit,non debet prodesse ei.*
3 *An liceat pacisci de sententia ferenda.*

CAP. XL.

P. Et G. per literas Apostolicas:

[Tuam] Delegatam , quæ est alia ab ordinaria. nã ex delegatio-
ne posset vbiq; sñiam executioni mandare. s̃.eo.significasti , si
q̃n,sed extra ordinariè tantum in subditos.Item si delegata pos-
set extendi.posset subditos quoslibet delegantis excõicare,ordi
narius autẽ prorogatus,licet posset suos subditos excõicare,non
tamen alios:sed põt omnes iudicare,sed non alias punire. alij ꝯ-
1 dicunt.† [Vt si ĩ.] Non credimus interdictum,vel excõicationẽ
posse venire in pactũ,vel conditionẽ , cum tantum ꝯ contuma-
ces sint istæ sñiæ promulgandæ,& incorrigibiles,11.q.3.nemo
eporum,24.q.3.nã sacerdos,ecce.quantũcũq; ergo ꝑcessit pactũ
de excõicando si nõ soluerit in termino,quia posset esse ꝙ tunc
cõtumax non est,qa libenter solueret,sed nõ põt,non debet ex-
cõicari.ff. de pac. si vnus. §. si pac.ꝑterea necessaria est monitio.
2 ĩ.de sen.excõ.sacro.† Sed dices hoc verũ esse, vbi post pactũ nũ-
q̃ potuit soluere.sed vbi potuit,cũ culpa sua omisit,nõ debet ei
ꝓdesse.ff.cõmo.si vt certo.§.sed interdũ.ff. locati, videamus.§.
sed hoc.cũ suis ꝯcordantiis.Sed respon.qa licet fuerit tũc culpa-
bilis,modo non est,nec est simile de actio.ꝯmodati,& aliis,quæ
dantur ꝯ eũ, qui est in culpa, & excõicatione,q̃ non danẽ , nisi ꝯ
ꝯtumacẽ & incorrigibilẽ, vt in c.palle sicut iusiurandũ in litẽ ff.
de ie lit.iur.videamus.§.vlt.& l.in actionib.nisi in casu.C.e.alio
sed hac rõne vr̃,ꝙ nec sic ferri posset,te excõico,nisi solueris vs-
que ad talẽ diẽ.sed ꝯ.ĩ.de app.ꝑterea,arg.ĩ.de re iud.ꝙ ad con
sultationẽ,& vr̃ per oĩa simile.nã & si hic nõ soluit.ĩ. de termi-
nũ,cũ tñ posset,licet fuerit in culpa,nõ tñ dẽt incidere ĩ excõica
tionẽ ex cessatiõe solutionis,q̃ est añ terminũ.qđ ex eo apparet
ꝙ si post soluat vsq; ad terminũ non indiget absolutione , & qa
vsq; ad vltimũ instans liberatur soluendo.ff.de ver.ob. qui con.
ĩ.de sen.exc.nuper.sed nec in fine termini est ꝯtumax, quia sol-
ueret libenter,si hr̃et vnde.& inde est, ꝙ nõ est,ꝙ imputeẽ ei.ff.
de dona.nã in his.respõ. supradicta nõ esse similia. nam vbi sta-
tim fertur sñia,sed suspẽditur effectus,licet nõ debeat fieri, 2.q.
6.biduũ.si tñ feraẽ,tenet,& est iusta,5.q.j. quidã. vnde non solũ
requiritur ꝯdemnato,ꝙ non sit negligens,sed oportet eũ diligẽ-
tẽ in adimplendo,qđ sñialiter iudex mandauit.ff.de rei ven.vti-
que.& inde est,ꝙ si negligẽs sit medio tpe inter sñiam & termi-
nũ solut õis ꝯgregare pecuniã,excõicatio suũ sortiẽ effectũ.imo
quod plus est,si medio tpe inciperet labi facultatib. si tunc non
faceret,dicerẽ adueniente termino excõicationẽ suũ sortiri ef-
fectũ arg.op.ff.de admi.tut.quotiẽs.§.nequaquã,& §.ꝙ si in diẽ
& eodẽ modo,si ꝯdemnatus sum dare hominem & is mortuus
est culpa mea:vel seruus,qui custodiẽdus erat,fugit,teneẽ ꝯdem
natus.ff.quod met.cau.sicut ex.§.si homo,& §.seq.ff.de rei ven.
si ab hoĩe, & l. seq.non tñ agetur ex sñia, nec incurret excõica-
tionem , nisi finito termino.ff.de ver.ob.nulla.ꝯ.ff.de ver.ob.l.
hoc iure.secus, si sine culpa sua , uel subdito facultatib. laberet:
quia tunc nullo tpe ageret ex sñia, põt intelligi durãte impedi-
mẽto.nã impedimẽto cessante, si nõ solueret , ẽt post terminũ,
cum posset soluere,tũc vr̃, ꝙ excõicatio sortiaẽ effectũ , ſm qđ
no.ĩ.de pig.significante,in gl.pe.facit.ff.de le.2.Titia.§. vsuras,
& quod ibi no.ff.q satis.cog.l.sciendũ.§.fin.& C.de ser.pign.da.
ma.l.si creditorib.in ꝯ no.C.in q.cau.in inte.rest. non.l.j.& ibi
vide per Cy.& de his,q not.insa.l. minorib.& ẽt vr̃,ꝙ in termi-
no,quo non posset soluere,debeat ꝓstari,ut ibi no.in gl.ante-
pe.nec incurreret excõicationẽ,vt dictis legib. probat. ff. de ad-
mi.tu.ẽt ꝯtu.nisi esset malæfidei possessor ab initio, nec cãm liti
gãdi hr̃et.ff.de rei uen.itẽ si ver.§.ult.ff.de le.j.cũ reus. ff. si cert.
pet.quod te.inf.qđ me. cau. sup eo. sed tunc, qñ fuit malefidæi
possessor,nec habuit cãm litigãdi , si post sñiam moriaẽ seruus,
vel ęquus,uel fugiat ante,q̃ sit in aliqua mora post sñiam, licet
teneãt ad ęstimationẽ rei amissæ,ut in ꝑdictis legib. non tamen
incidet in excõicationẽ.Ratio diuersitatis, qa de interitu teneẽ
pp morã,ĩ qua sp fuit,ex quo cępit esse malęfidei possessor, nec
causam litigandi habuit, sed de excõicatione non teneẽ,nisi pp
sñiem,q̃ non ligat,nisi pp morã,uel culpã post sñiam, & cõtra
tenorem sñiæ ꝯtingentem , & post terminũ in sñia positũ. ubi
ergo ista non ꝯtigerunt, non tenebit excõicatione. Intelligo igr̃
sic.excõico te , nisi solueris vsq; ad Pascha cum possis tunc sol-
uere.non possit tũc,sed culpa tua commissa post sñiam,& ꝯ te-
norẽ eius redditus ex impotẽs. aliogn, si intelligerẽ siue possis,
siue culpa tua, intolerabilẽ errorẽ exprimeret. vnde nulla esset
3 sñia,inf.de sen.exc.per tuas.s̃.e.cũ contingat. † Alij tñ dñt sem
per eũ cadere in excõicationẽ ẽt si nulla mora fuit, uel culpa.nõ
obst.ꝙ dr̃,qa caderet intellectus eius in similẽ intellectũ,ac si ex
primere errorẽ:qa licet i id cadat,uel inde error sequaẽ: tñ qa ñ
exprimit nihilominus teneret sñia 2.q.6.si sñia . id tamẽ iudex
post q̃ hæc cognouerit , sine ulla difficultate absoluere dẽt. hęc
habẽt locũ ubi sñia lata est sub ꝯdõne,qđ aliqnid fiat in futurũ:
aliogn sit excõicatus.secus aũt esset. ubi sentẽtia ferri dẽt pure
q̃ nõ posset ferri iusta. nisi incorrigibilẽ, ut dictũ est. sed licet di-
xerim,quod non licet pacisci de sententia ferenda , neque corã
ordinario,neque coram delegato,intelligo sine causæ.cognitio
ne,2.q.j.nemo.nã aľs si sit ordinarius aliorum non litigantium,
possunt prorogare iurisdõnem suam.sic possis me excõicare,si
fuerit iustũ,uel si probata fuerit cã excommu.ut in c.nemo, ar.
ff.de iud.l.j.[Iurisdõni.] Dele.uel ordinarie: non tamen ordina-
riam,sed dele.prorogare intendebant.de hoc no.s̃.eo.de causis.

SVMMARIVM.

1 *Minor 20.ann.sed maior 18.possit esse iudex ordinarius, delegatur,& arbiter.*

CAP. L.

Cum vicesimum.

[Annum.] Minor 20. ann. dummodo sit pubes , iudi-
care potest quasi ordinarius,ut hic,argu.ff.de iud. cum præto,
in me r

Universidad de Deusto
Biblioteca

in medio. maior aũt 20. ann. à quolibet delegari põt, & cogi ꝓferre ſnĩam. minor aũt 20. ann. ſe maior 18. vtraq; parte conſentiente põt eſſe delegatus: alias non, niſi à Principe, ſed nõ cogit ꝓferre ſnĩam. Itẽ ſi minor 18. dele. à quolibet ordinario ẽt vtraque parte conſentiente eſt dele, non tenet eius ſentẽtia: ſecus, ſi à Principe, quia tunc & tenet ſentẽtia, & cogit ꝓferre, cũ dubitã dũ nõ ſit de his, quos Princeps elegit, 17. q. 4. §. valde. arbiter aũt ꝓmiſſarius ẽt vtraq; parte pñte & ꝓſentiente non põt eẽ minor 25. ann. nec cogit proferre ſententiã, nec lata tenet, arg. ff. de arb. cum lege. C. de aduo. di. ſancimus. ff. de iu. quidam. [Dari.] A. quolibet, qui delegandi habet poteſtatem, non tantũ a Principe. [Quam a Principe] ſed ſi a Principe facta etiam minori 18. ann. tenet dele. ff. de re iudi. quidam.

Vno delegatorum. Si delegatio facta eſt perſonæ non loco, ſ. eo. quoniam Abbas, vbi de hoc no. ſ. eo. licet. [Exẽpto.] Et ſi eſſent tres, vel plures: quia verum eſt penes omnes iuriſdõnem eſſe, & non penes remanentes tñ, vnde eorũ ſententia nõ tenet. ff. de re. iu. duo ex. ff. de arb. itẽ. ſi. §. vlt. & l. ſeq. & no. de hoc. ſ. eo. cãm. [Expreſſum.] Verbi gratia, ꝙ ſi non omnes, vt ſ. eo. prudentiam.

SVMMARIVM.

1 *Poſſunt partes renunciare his, quæ pro ſe introducta ſunt, non autẽ eis, quæ pro publica vtilitate, vel ex officio ſuo.*
2 *Non debent magna miniſteria delegari.*
3 *Ad hoc ut ſciatur, quæ tranſeant ad ſucceſſorem, inſpicienda eſt verborum conceptio.*
4 *In miniſterio diſpenſandi cum irregulari quis ſit eligendus.*
5 *Excommunicatio & diſpenſatio de ſui natura habent admixtam cognitionem & iuriſdictionem.*
6 *Non põt is, cui cõmiſſum eſt prouidere alicui de bñficio, alij demãdare.*

CAP. XLI.

Quoniam apoſtolica. [Conſentiãt] Supra eo. prudentiã. vbi de hoc no. [Conſentiãt.] Secus, ſi partes nõ ꝓſentiãt. Itẽ ſecus, ſi nõ
1 ſint ibi partes: ſed ex officio ſuo mãdet. † [Præter q.] q. d. vbi inter partes agitur, poteſt aliis delegare. ſed vbi inter partes nõ agitur, ſed Papa ex officio ſuo partib. inquiſitionẽ, vel prouiſionẽ cõmittit, vel quicquid aliud, tunc ſi mandat Papa, ꝙ perſonaliter interſit, delegare non poteſt. Ratio diuerſitatis, eſt, qa in primo caſu partes poſſunt renũciare his, q̃ pro ſe introducta ſunt, non aũt eis, q̃ pro publica vtilitate, vel ex officio ſuo. ff. de pac. iuriſ. §. pen. & vlt. ĵ. de ſo. compe. ſi diligenti. †† [Eligere.] Vbi
2 magna ꝓmittunt, & eodẽ modo intelligitur, quod in ſeq. §. df. ſ. ꝙ certũ miniſteriũ delegari nõ põt. debet. n. ſubintelligi de magnis miniſteriis, ſicut eſt prædicare, & alia hic cõtẽta, & ſimilia, & hoc relinquendũ eſt arbitrio iudicis, q̃ magna ſunt, vel parua. in minorib. aũt miniſteriis bñ fit ſubdelegatio, niſi in reſcripto ꝓtineret, ꝙ ei ꝓmittendo elegit fidẽ, vel induſtriã eius: qa in hoc caſu nõ ſubdelegabit vt hic. [Cõmiſſum.] Cõtra. ĵ. de ſen. excõ. mulieres. ff. de admi. tu. ita. §. geſſiſſe. ff. de ꝓcu. ſeruũ. j. reſpõ. So. illud habet locũ in tpalib. miniſteriis, hoc in ſpiritualib. & in his q̃ fiunt in judicio, ſine iuriſdõne tamen. ff. mand. ſi procuratorẽ. §. ſi quis. ſi. n. haberet iuriſdõnem, delegare poſſet. ſ. e. c. in prin. & c. paſtoralis. vel illud generale eſt, hoc ſpeciale. vel melius, quando aliquis ſua auctoritate põt aliquid facere, tunc non eſt vis ſiue per ſe, ſiue per aliũ faciat, niſi ſpecialiter prohibeat, vt in ĵriis. ſed ubi ſua auctoritate non põt facere, ſed alterius, tũc locũ habet, quod hic dr̃. ſ. ꝙ non põt alij cõmittere. † Sed quæro,
3 an ſucceſſor, qñ eſt ſcriptũ non expreſſo nomine ꝓſonæ, ſed dignitatis tũ, vel loci, hoc poſſit ꝓficere? argu. ꝙ ſic. ſ. eo. quoniã Abbas quidã reſpondent ad hoc, vt ſciatur, q̃ trãſeant ad ſucceſſorẽ, inſpiciẽdã eſſe ꝓceptionem verborũ, in quib. fortè deſignabit, ſe certã perſonam ad hæc tãtum eligere vel etiam deſigna bit, ꝙ ad ſucceſſorẽ tranſeat, & inſpicienda eſt inde facti natura primo, vel potius miniſterij, puta vtrũ miniſterium delegari poſſit cõiter, & ꝑ alios impleri, vel nõ. nã ſi non poſſit cõiter ꝑ alios impleri ſine vlla iuriſdõne, vt eſt miniſteriũ recipiendi teſtes, excõicãdi, vel abſoluẽdi, trãſit ad ſucceſſorẽ, ar. op. auct. ut nulli iud. §. hoc vero iubemus. C. de cadu. tol. l. j. §. pro ſecundo. ſi uero tale ſit miniſterij, quod cõiter ab aliis nõ impleat, ſicut eſt prædicare Crucẽ, ubi exigitur perſona literata, & quæ prædicet opere, & ſermone, & idẽ in miniſterio iungendi pẽnitentiã.
4 † In miniſterio aũt diſpẽſandi cũ irregulari eligatur homo, qui non ſperet in pecuniæ theſauris. & quia pauci ſunt, nõ iõ transmittuntur ad ſucceſſores, ar. op. C. de cadu. tol. l. j. §. ne aũt. ordinarius aũt hoc licite cõmittit. ĵ. de off. ord. inter cętera. & c. vlti. aliis aũt vr̃ melius, ꝙ licet ꝑdicta diſtinctio locũ habeat in legatis ꝓp præſumptã voluntatẽ teſtatoris: non tñ habet locum in aliis, ubi certũ miniſteriũ demandat: quia ſi mandet miniſteriũ recipiendi teſtes ſiue abſoluendi excõicatũ, ſiue qdcunq; aliud, tunc nec per aliũ exerceri põt, nec trãſit ad ſucceſſorẽ. Et eſt ratio, quia nõ ille, cui mandatur miniſteriũ, vr̃ facere: ſed ille, qui mandat, & ideo per aliũ facere non põt. ſecus aut ẽ in delegato; qa ille habet iuriſdictionẽ, & ideo eã delegare põt. ſ. e. c. in prin. & per ſe facere dr̃, quãuis de ſucceſſore poſſet probabilius dubitari. Alij dicunt, & vt vr̃ bene, ꝙ quæcunq; pars iudiciorũ cõmittatur, iuriſdõnem habet ille, cui cõmittitur, ſiue ſit receptor teſtiũ, ſiue citator, ſiue auditor allegationũ, argu. op. ſ. eo. ex literis. & ſi dicas, in quibus poterit exercere iuriſdõnẽ in ꝑdictis? Reſpon. receptor teſtiũ vtetur iuriſdõne ad teſtes cogẽdos, & à falſo cõpeſcendos, & alia hmõi. citator vtetur iuriſdõne ad terminũ prorogandũ, vel minuendũ, ſi ſuperior nõ ꝓhixit, & ẽt vt prę cipiat citato, ꝙ corã citatore cõpareat citationẽ recepturus, & alia hmõi. dicimus ẽt, ꝙ citator põt cũ citare per curſorem, qui ſolã operã exhibet, vel ẽt per literas. & idẽ videndum eſt in aliis partibus iudicij perſonis delegatis, & de hoc not. ĵ. de re iu. cum Bertoldus. quod aũt hic dr̃ de excõicatione, & diſpenſatione, intelligitur, quando hoc mandat ſine cauſæ cognitione fieri, licet generaliter: niſi cauſa ſubſit, debeat cũ cauſæ cognitione fieri, & mediante iuriſdõne. ſunt tũ quædam alia, quæ de ſui natura nõ requirunt cognitionẽ, vel iuriſdictionẽ, ſicut eſt prædicare, pẽnitentias iniungere, alijs beneficiũ dare, & hmõi, quæ alijs committi non poſſunt. ſed & his aliquãdo adijcit iuriſdõ. ſ. vt ꝺicti
5 res, vel impedientes cõpellant. & in his & in cõſilibus, licet poſſit cõmittere iuriſdictionẽ adiectã. ſ. ꝙ alias cõpeſcãt ꝺictores, nõ tamẽ põt cõmittere illud miniſteriũ, quod ex ſui natura non habet admixtã cognitionẽ, & iuriſdictionẽ, ſicut eſt prędicare. † Sed obijcies de excõicatione, & diſpẽſatione, quæ ſui natura habẽt admixtã cognitionẽ, & iuriſdictionẽ. Sed reſpon. illud eſſe verũ, niſi expreſſe mandaret, ꝙ ſine cauſæ cognitione excõicaret, vel diſpenſaret, ſicut hic intelligitur. Nec ob. quod in ſuperiori §. dr̃ de inquiſitione, q̃ procedit ex officio, & q̃ ſui natura habet cognitionẽ, vel iuriſdictionẽ annexã, & tamen cõmitti non põt. Illud, n. ideo eſt, quia ibi eligit induſtriã perſonæ, nec ẽt eſſet malũ in inquiſitione. ſ. ꝙ ſi ẽt cõmittatur cũ cauſæ cognitione, tamen cõmitti non põt, quia ibi induſtriam perſonę elegiſſe vr̃. [Excõicare.] i. denunciare aliquos excõicatos, vel abſolutos. nã ſi mandaret Papa alicui, ꝙ ſnĩam excõicationis in aliquẽ ferat, non debet eã ferre, niſi cũ cauſæ cognitione, & monitione ꝓmiſſa, 2. q. j. nemo. ĵ. de ſen. excom. ſacro. Sed dices Papa cognouit, eum, de quo agitur, ſnĩa excõicationis innodandũ, certè tunc & ipſe ferre ſnĩam debet. ff. de iu. de qua re. tamen hoc caſu ſi dominus Papa, vel alius, qui de iure poteſt ferre ſnĩam ꝑ aliũ, vt ſunt illuſtres, mandet alicui, ꝙ eã ferant, non eſt neceſſaria eius cauſæ cognitio, ſed tunc ẽt fateor hanc decr. locũ habere, vt eã non
6 debeat alij delegare. † [Miniſteriũ.] Hac ratione dicimus, ꝙ ſi alicui cõmiſſum eſt, ꝙ prouideat alicui de aliquo bñficio, ꝙ hoc alij demandare non poteſt: quia ſiue certũ officiũ, ſiue miniſteriũ demandet, qđ ꝑſe exercere debeat delegãs. ſ. prouiſionẽ clerici, vel collationẽ ꝓbendæ, alij demãdauit. & idẽ vr̃, ſi in ĵris dr̃, exequaris. ſed ſęcus eſt, ſi dicat, compellas, vel facias prouideri.

SVMMARIVM.

1 *Conſeruatores ex quibus cauſis dentur.*
2 *An liceat per teſtes probare notorium maleficium.*
3 *Factũ à cõſeruatoribus nõ tenet niſi vocatis illis, qui deliquiſſe dicuntẽ.*
4 *Conſeruatores recuſari non poſſunt.*
5 *Vbi notorium eſt maleficium alijs, ſed non iudici, oportet quod ſuper hoc requirat probationes.*
6 *In notorijs neceſſarius eſt aliquis ordo.*

CAP. I. in VI.

Statuimus. [Vt conſeruatores.] † Not. conſeruatores
1 aliquando dantur, vt defendant aliquos ꝺ raptores, & ꝑdones. alij dantur ꝺ eos, qui aliquorum priuilegia infringunt. aliqñ generalius dantur. ſ. vt defendant aliquos ab ofbus iniurijs, & offenſis, & in nullo ꝑdictorum caſuum aliquã habẽt indaginẽ ꝓſeruatores, niſi in hoc, vt vocent eos, qui moleſtatores & iniuriatores dicuntur, & ſi vocati venerint, interrogabũtur, an prædictas moleſtias, & iniurias irrogarint: & ſi eas confeſſi fuerint, tanquam ꝺ manifeſtos iniuriatores procedent, vt hic. ſi vero negẽt, cum per negationem facta ſit res dubia. C. qui. ad li. procla. non li. 1. 2. non ꝑcedent: & ſi proceſſerint, non valet tãquã excedentes fines mandati, quia non ſunt manifeſti iniuriatores, & iuriſdictio ꝓſeruatorum limitata eſt tãtum ꝺ manifeſtos. arg. op. ff. man. diligenter. ſ. de reſcr. cum dilecti, niſi forte ad eo de facto, vel de iure eſſet eorum maleficium notorij, ꝙ inficiationi locus non eſſet: quia tunc valeret proceſſus ꝺ tales. ĵ. de coha. cle. & mu. tua, & c. veſtra, 2. q. j. manifeſta. imo & ſi ante, q̃ limitaret, vr̃ idem debere fieri 87. diſt. defenſionis, & c. libertos.
2 † Sed quid ſi per teſtes vellent probare maleficium notorium? Reſpon. ꝙ per teſtes malè probatur maleficium notorium, ſed per qualitatem facti. ſ. de transla. epiſ. quãto de hoc no. ĵ. de coha. cle. & mu. tua. Itẽ ſi confiteatur maleficiũ factũ: ſed dicat ſe iure id feciſſe, non intromittet ſe vlterius ꝓſeruator. Sed quæres, pone

pone fert ſnĩam excõicationis, quia aliã ferre non põt ꝺ ꝓtumacẽ, & poſtea conſtat eũ eſſe iniuriatorẽ, ſed nõ manifeſtũ, numquid in veritate eſt excõicatus? dicunt quidã, quod ſic, licet iniuſtè iuriſdõ ei detur ſuper oẽs iniuriatores, qualis eſt iſte, licet occultus. Alij dñt ꝺ, vt primo dictũ eſt, eodẽ iure vt iſti cenſentur priuilegiati q̃ ſuos iniuriatores, vel malefactores excõicare pñt. nã non intelligit. niſi de manifeſtis. ſicut & illud intelligitur, qđ ſequit, liceat tibi alienata malè reuocare. nã non intelligit, niſi de his, de quib. pſtet ꝓfeſſionem, vel rei euidentiã. de hoc no. ſ. de ele. noſti. ĵ. de re. eccl. non alie. ẽpi qui. & hæc vera intelligo in cõſeruatorib. nam iudices eccleſiaſtici ordinarij bene cognoſcent ẽt de occultis violentijs, vt no. ĵ. de ſo. ꝓpe. cum ſit generale. itẽ illud, quod dr̃ circa mediũ huius gl. ver. ſ. qui confitetur factũ, ſ. dicit ſe iure feciſſe, nõ eſt vlterius cogẽdus a conſeruatore, non eſt ſemper verũ, vt ĵ. de coha. cle. & mu. tua, in glo. illud.
3 † Itẽ no. ꝙ iſti ꝓſeruatores, & alij quib. datur iuriſdõ in certas pſonas, vt quando mandat, ꝙ ꝓſecant ꝺ dictores per ſen. eccle. & hmõi, ſemp vocare debent illos, qui dñr deliquiſſe: alias non tenet, quod fit ꝺ eos, 2. q. j. c. j. & q. 6. plataam. niſi eſſet ſnĩa excõicationis, q̃ forte tenet, ſi factũ eſſet notorium: qa ſnĩa excõicationis tenet ẽt non ſeruato ordine: ſed tanẽ iniuſta eſſet abſq; difficultate relaxanda. imo prolator ipſius puniendus eſt. ĵ. de ſent. excõ. ſacro. ſed nec ꝺ hos malefactores valet ſnĩa, niſi ſint manifeſti, vt hic. de hoc no. ĵ. de ꝑb. ꝓ illorũ, & de ꝓceſ. ꝑb. ꝓpoſuit. ſi aũt vocati ꝓtumaces fuerint, tunc conſeruator, & alij ſimiles ꝓ ꝓtumacia poſſunt procedere ꝺ eos: ſed ſi ferrent aliquam ſnĩam excõicationis. vel aliã pro violentia, vel alio delicto, non tenet, niſi eſſet manifeſta, vt hic. vel niſi prius ſnĩarent, ꝙ eſſet manifeſta iniuria: quia ex tunc ẽt ſi non eſſet manifeſta iniuria, tñ tenet ſnĩa, ſi non appellaret ab ea. ſed ĵ. ſ. de reſcri. paſtoralis. § fi. vbi dr̃, ꝙ ludex per expreſſionẽ perſonarũ habet iuriſdictionem ſuper eos. Sol. huius ꝺrij colligitur ex tenore reſcriptorũ: quia ibi dicit, ꝙ partib. vocatis audiat ꝙeſtiones nominatorũ, & ẽt no minandorũ. ſed hic dicit, ꝙ partib. vocatis tm ꝺ manifeſtos violentos procedat. vel dic, ꝙ hi conſeruatores non poſſunt quod
4 prohibere ꝙ nihil fiat his quoꝝ conſeruatores ſunt, ſine ordine iudiciario, arg. ĵ. de ſim. querela. † [Manifeſtis.] Ex hoc apparet, ꝙ recuſari non poſſunt conſeruatores, arg. ĵ. de app peruenit, & c. propoſuit, & ꝙ procedere poſſunt abſente parte ꝓtumacia, vt no. ĵ. de coha. cle. & mu. c. veſtra, [Ad alia.] Præterq̃ in notorijs: quia in notoriis bene habebunt indaginem, arg. qa committit conſeruatorib. iuriſdictio in eis, ergo & omnia ſine quib. illa non poſſunt explicare. ff. de iuriſ. om. iu. l. 2. ſed nõ poſſunt venire ad puniendũ aliquos de notoriis malefactis, niſi eos
a citent,[a] & niſi ciratos & ꝓtumaces puniant in expẽſis. & alias. ſ.
5 eo. de cauſis. ff. ſi quis ius di. non obtem. l. j. † Item ſi maleficium
b eſt notoriũ aliis, ſed nõ iudici, oportet [b] q̃ ſi ſuper hoc requirat probationes, & ẽt cogat aliqñ teſtes, quib. intereſſe debent partes, 2. q. j. in primis. ĵ. de te. c. 2. † Itẽ in notoriis aliqs ordo neceſſarius eſt. ĵ. de iureiu. ad nrm. ſed ille, q̃ fecit illud, qđ dr̃ maleficium: ſed dicit ꝙ illud non eſt maleficium, ſed illud faciendo vſus eſt iure ſuo. vr̃ ꝙ in hoc caſu admittet probationes vtriuſq;: quia aliter non põt explicare iuriſdõnem ſibi commiſſam. itẽ quia reus, non actor offenſus parat viam iudici cognoſcendi de his, dũ proponit exceptionẽ talẽ, ꝙ non deberet procedi ꝺ eum ſi vera eſſet, & ſæpe quis habet ex beneficio alterius, ꝙ ex ſe habere non põt. ſ. de temp. or. c. pen. Hoc aũt ſatis vr̃, ꝙ non põt ꝓſeruator inquirere de maleficio ex off. ſuo. quia non eſt iſte modus procedendi in notorio, niſi fortè procedat ad inquirendum an factũ ſit notoriũ, & ẽt in hoc caſu. ſ. ſi maleficiũ eſt notoriũ, ſed non non malefactor. ſed ſi per teſtes probat de aliquo, ꝙ fecit ille malefactor, ſed non probat, ꝙ ſit notoriũ, nec nocebit ſibi talis probatio. & hoc ideo vr̃, quia non põt ꝓſeruator procedere, niſi ꝺ notorium, qualis non eſt iſte: quia licet de occultis circunſtantiis poſſit inquirere ꝓſeruator, & de his quæ ſunt acceſſoria notorio, non põt tñ inquirere de occulto facto, vel de occultis perſonis, q̃ ſunt principalia. De ordinario aũt, utrũ per has ꝓbationes poſſit procedere ꝺ cũ, dicut no. ſ. de ele. bonę memo. ſi autem ille, qui fecit maleficiũ, bene ꝓfitetur illud, ſed dicit illud notorium, bene põt ꝺ eum procedere ꝓſeruator: quia licet illud maleficiũ non fuerit notoriũ facti euidentia, eſt tamen notoriũ per ꝓfeſſionẽ ſuã, quia plurib. modis fit aliqđ notoriũ, ĵ. de coha. cle & mu. c. veſtra. & dicunt quidã, ꝙ teſtes, qui inducũtur ſuper notorio, debent dicere factũ eſſe notoriũ. & ſi q̃ratur, quo ſcit: põt dicere, ꝙ ego fui præſens, & vidi, quãdo publice in platea multis præſentib. fecit illud. imo plus vr̃, ꝙ ẽt ſi dicat, ego non vidi, quando fecit maleficiũ, ſed vidi, ꝙ ductus fuit corã iudi. & interrogatus de maleficio nõ negauit, vel ꝓfeſſus fuit. ſ. ꝙ ſic publice fecerat. quidã aũt dicunt idẽ. ẽt ſi coram multis cõfitetur. Itẽ ſi dicit, ego non vidi, quando fecit maleficiũ, ſed vidi eũ fugientem, vel ibi latentẽ, & ꝓp hoc nullo mõ ſe excuſantẽ, & non ſuberat cauſa, quare ſe non excuſaret, vel quia de hoc cũ aliquib. tranſegit. ff. ex qui. ca. infa. l. athletas. § fi & l. ſe. & ſic eſt multa talia inuenire. Alij tamen dicunt ĵ. iuriſdõ aũt horum eſt quaſi meri imperiũ & ſupremũ inter alias iuriſdões. item ex hoc apparet, ꝙ iuriſdõnem habent & ẽt cognitionẽ aliquã: q̃ ſnĩa excõicationis ferri nõ põt ſine cauſæ cognitione, 2. q. j. nemo. expone ergo ſic literã, quia non habebunt indaginẽ, ſupple in notoriis. Itẽ non habẽt iudicialẽ indaginẽ cũ effectu: quia ſuper ea non iudicant, ſed tm̃ ſe inſtruunt, ut iuſte poſſint excõicare. Itẽ non dñr habere iudicialẽ indaginẽ ex ui literæ, ſed ex ꝓſenſu partiũ, quia eſt inculpatus. dicit, ego feci vtens iure meo, & hoc paratus ſum ꝓbare. & quenit. ꝙ ludex de hoc cognoſcat: qa aliter cũ factũ ſit notoriũ, excõicabit conſeruator. tunc aut inculpans ꝓſentiet, qđ recipiant ꝓbones, & ſic eõi conſenſu prorogat iuriſdõ. aut non ꝓſentiet, qđ recipiant eius probationes ſuper hoc. & ſic ludex non excõicabit cã non cognita. ĵ. de ſen. exc. ſacro. Itẽ ex quo iuriſdõnem habet, vr̃ qđ uſq; ad annũ poſſit reuocare ſnĩam ſuã. ſ. eo. q̃renti. itẽ ꝺicta ratione vr̃, qđ ſi notorius offenſor excõicatus veniat. ĵ. annũ, & dicat cognoſcite de quantitate dãni, quia volo ſatisfacere, qđ de hoc debet cognoſcere p teſtes, & alio mõ ad ſui inſtructionẽ partib. ꝓſentib. & ſi nollet actor, qđ cognoſceret ꝓſeruator, eũ abſoluet.

ADDITIONES.

a ¶ Citent. quod in notorio requiratur citatio partis, & adde eundem Inn. in c. j. de offi. dele. in 6. Fran. de Are. plene in ſuo conſi. 165. col. 3. & ſeq.

b ¶ Oportet quod ſuper hoc. Adde, quod pro hoc facit tex. in l. hæc autem. §. j ff. ex qui. cau. in. poſ. ea. ubi eſt tex. quod ubicunq; certa qualitas requirit ad tandandam potentiam iudicis, ut poſſit procedere eo modo, quo procedit, non eſt ſatis illam qualitatem eſſe veram, niſi etiam de ea iudici conſtet facit ex quod dicit Bar. in l. ſi finita. § alias. ff. de dam. infe. & in l. mulrum intereſt. ff. de condi. & demon. ubi non valet conceſſio primi decreti contra conſuetudinem, niſi prius conſtet iudici per acta, & ſit conſuetudo, & quando notorium tribuit iudici iuriſdictionem de eo debet conſtare iudici parte citata. adde late Franc. de Aret. in d. ſuo conſi. 165. col. 8. in prin. col. ſeq. poſt medium. Et dicta per eum ibi adde ad Inn. in c. tua, infra de coha. cle. & mu. & ibi de veritate dictorum Inn. in d. c. tua. & in c. veſtra, eo. titu.

SVMMARIVM.

1 *Legatus Papæ quædam poteſt, etiam ſi non exprimantur in literis.*

De officio Legati. Rubrica. 30.

CAP. I.

Universidad de Deusto Biblioteca

CAP. XII.

Dilecta filia in Christo. [Canonicas.] quæ non sunt professæ,
& possunt hr̄e proprium,& matrimonium ↄhere. vt 12.q.5.c.
1 vlt.& tales multæ sunt in Alemania. † [Suspendat.] No.hic ꝙ
Abbatissa potest suspendere clericos suos ab officio, & benefi-
cio.Et hoc est ea ratione,quia ex consuetudine iurisdōnem ha
a bet[a] ordinariā.j.de arb.dilecti.alias.n.est ↄ ius cōe. C. de arbi.l.
vlt.excōicare āt nō pt̄,ut hic absoluere.j.de.sen.exc.de monia-
lib.ratione inuenies.j.de pę.& re.noua.vel pt̄ dici,quia ex con-
suetudine induci non pōt, ut interdictum de iure ponere pos-
sit,sicut nec excōica.nec hic dicit Abbatissę interdictum tenere.

ADDITIO.

a ¶Iurisdictionem habet. Alle.Fran.Are.in l.fi. C.de arbi.& adde, ꝙ etiam dicitur habere dignitatē,vt latè per Feli.in c.meminimus,col.2.vers.vlterius quæro, infra de accu.adde tamen, quod Abbatissa non dicitur habere prælaturam ordinariam,ita Tho.de Aqui.in 4.sen.dist.25.arti.2.

SVMMARIVM.

1 *Pōt capitulū iura ep̄atus prosequi,qn̄ in p̄iudiciū ep̄atus aliqd facit ep̄s.*
2 *Appellatio post præstitum iuramentum ad quid valeat.*
3 *Præsumitur contra appellantem extra iudicium,nisi prosequatur.*
4 *Laudabiles & prescriptæ consuetudines seruandæ sunt.*

CAP. XIII.

1 Dilecti filij Arch. [Capitulum.] † No.capitulū prosequi iura ep̄atus, qn̄ ep̄s ī
præiudicium ep̄atus aliquid faciat.& idem intelligitur,si sit ne-
gligens,arg.12.q.2.non liceat.& est multum no.dignū, ꝙ capi-
tulum non solū appellauit pro iurib.ep̄atus, sed ēt sup his cām
prosequitur:& ēt eis pro sequentib.ep̄s absoluitur. & hoc est ea
ratione,quia hæc absolutio non personā,sed rem tangit, cuius
noīe capitulum appellauit,& egit,& quia hæc spiritualia & di-
gnitates ecclesiæ sunt cōia,& cōiter tenentur ab ep̄o, & sic licet
ep̄s sit caput non tn̄ pt̄ & c ut j.de uer.sig.cum clerici. [Exige-
res.]Cum effectū,quia præstitit,ut in fi. innuitur.vel dic, ꝙ ap-
2 pellatio præcessit iuīm, sed postea iurauit. † [Appellauerunt.]
Ad quid valet appellatio post præstitum iuīm? Rn̄.ad hoc ap-
pellatur,ne exigeret aliquid occasione præstiti iuī insoliti,& ↄ
consuetudinem aliorum præstiti, cum hæc appellatio esset ex
probabili & verisimili causa interposita. nam non est verisimi
le,ꝙ aliud iuīm solitus esset præstare ille ep̄s,quam alij. Dicunt
quidam, quod non debet Patriarcha exigere aliqua occasio-
ne illius iuī ↄ appellationem. & si exigeret,& ep̄o præstaret an
te,q̄ super principali procedatur,reuocat.quod non placet. de
hoc no.j.de app.bo.me.non tn̄ credo,ꝙ tales appellationes, q̄
fiunt extra iudiciū à grauamine,sufficiant ad citationē, nisi ite-
rum citetur à iudice.nec ad hoc , ꝙ appellatus debeat cōparere
in termino,quē appellans extra iudiciū præfixit in electionibus,
s.de ele.statuimus.si āt vult in termino comparere,pt̄ ēt,& ha-
bet beneficium constitutionis, quæ est.j. de app.cordi,& illius
decre.oblatæ.quia si appellans terminum,quē præfixit appella-
tioni præueniat, uel alias malitiosè supplātaret,appellationis li
teræ non ualebunt.si.n.ↄdiceretur, sequeretur ꝙ quis posset ci-
tare aduersarium,qn̄ vellet,& alia absurda,ar.ↄ.j. de app.cum
fit.Quidam tn̄ dicunt, & hoc iuīm præstitum fuit post appella-
tionem ex probabili & verisimili cā emissa,& ideo post talē ap-
pellationē nec præstandū,nec recipiendū fuerat iuīm,& si post
appellationē probabilē præstetur ante,q̄ per illud iuīm aliquid
fiat,dēt reuocari iniqua adiectio iuī, ut in prælleg. decre.hoc
non placet quibusdam per oīa.non.n.credunt, ꝙ pp.eā appella
tionē emissam quis debeat dimittere vti iure suo,sicut nec Papa
pp prohibitionem.C.debi.ven.pig.imp.non po.l.j.C.de rescin.
ven.si maior.ff.pro emp l.pe.nec ob.decre.bo.mem. nam ideo
ibi restituitur,quia erat in possessione, & fructus redduntur,qa
ratione possessionis debentur. Itē hoc petierunt ibi. s.se reduci
in eum statum,quo erant tp̄e appl̄onis emisse, & erant in pos-
sessione,& ideo in ea reduci fuerunt.sed hi,qui appellant,ne p̄-
stetur iuīm,vel ne occasione iuī præstiti aliud exigat non sunt
in possessione horum,quia non soluere,& non exigi iuīm pos-
sideri nō pn̄t,nec sunt talia,quæ possint possideri, vel quasi.vn
de nō pt̄ restitui in hmōi possessionē. sed si alias appellat extra
iudicium,ad hoc valet appl̄o , quia nouum possessorē puta cū,
qui emit post ap.facit ma.fi.possessorē.quod ex eo apparet , qa
si post probauit rem suam esse restituet fructus medij tp̄is.C.de
rei ven.si fundū.non autē id dico in veteri possessore, arg.ff.pro
emp.l.pe.cōparant. n.appellationē extra iudicium inhibitioni,
siue denunciationi,cum forte ēt posset dici,ꝙ idē est,si appellet
extra iudicium sine cā ꝓbabili,vel verisimili.s.ne molestet eū,q
in pos.est.sed hoc non placet,quia dēt probare possessionem,&
possessio restituetur possessori cum fructib.Et idē si appellat,ne
emas fundum,quia suus est,quia oportet eū probare fundū suū,
3 & post restituet. † Itē si aliquis appellet extra iudiciū præsumit
ↄ eū,nisi prosequat. j.de dolo, cū dilecti. & pt̄ dici,ꝙ vbi appel-
latur ēt extra iudiciū,implorabit reuocationē eorū,q̄ facta sunt
post appl̄onē officio iudicis petēdo reduci in statu, quo erat tp̄e
appellationis emissę,cū alias,si nō appellasset oporteret eū intē
tare interdictū recuperandæ possessionis, arg.pdi.decr.bo.me.
& q̄ ibi diximus hic repete.vbi.s.in interdicto necesse est proba
re se possedisse,& spoliatū esse.sed hic.s.ubi appellat,non hēt ne-
cesse probare possessionē,vel spoliationē:sed solūmodo statū,ī
quo erat.Vel dic,ꝙ qn̄ sic appellat extra iudiciū,appellās pt̄ pe
tere reduci in eū statū,in quo erat tp̄e appl̄onis emissæ, & hoc
petito rectè tenebat ēt ↄ non spoliantē, nec recipientē scienter
à spoliatore,ut prealle.decr.bo.me.ↄ quos non habet locum in
terdictū.j.de resti.spo.cū ad sedē, sed ↄdictio ex decr.sæpe.Alij
tn̄ dicunt,nec ↄ talē. s.non spoliantē prædictam petitionē. ad-
mittendā.Itē ad aliud valet prædicta appel.quia quicquid post
ap.talē fit,dūmodo probetur veritas causę app.ē à iudice, pu-
ta sn̄ia excōicationis,uel alia nulla est.j.de app.dilec.& c.ad au-
dientiā,cū alias sn̄ia excōicationis:& ēt aliæ tenerēt,licet essent
iniustę.Est & alius magnus effectus huius ap. quia non obstabit
ei prosequenti app.hæc exceptio excōicationis.j. de exce.cum
inter.si āt non appellasset, sed tn̄ per simplicē querimoniā iret
ad superiorē,obstaret sibi dicta exceptio.caueat igit sibi,qui ap.
hanc vult prosequi,ut dicat,peto reuocare quicquid factum est
post ap.alias.n.si omissa cā ap.ageret,obstaret exceptio excōica
tionis,& hanc ap.ēt extra iudiciū factā vltra annū prosequi non
pt̄.j.de ap.ↄstitutus.& credo, ꝙ ēt possit præfigere terminū ap.
suæ,arg.de ap.sæpe.licet aduersarius cōparere nō teneat,ut iam
dictū est.Itē si nō prosequatur appellans ap.suā,punit in expen-
sis.s.de rescri.ex parte. fi.j.de ap.cū sit Ro.itē reuocant causam
ad superiorē,qd qualiter fiat,ne.j.de his, quæ fi.à ma.par.ca.cū
in cunctis.Itē nō valent literæ super eo,de quo appellatū est,nisi
de ap.faciat mentionē,ut in pal.decr.ex parte S. & quia sic pro-
ceditur in hac ap.extra iudiciū facta, sicut in ea, quæ fit in iudi-
cio,patet ꝙ ęque nō ob.excep.excō.nec distinguo,appellet quis
à iudice suo,uel aduersario.j.de ap.bo.me.quāuis aliqui distin-
guant,& hic adde, ꝙ no. j.de ap.ad audientiā.Itē app.extra iu-
diciū non suspendit effectū ēt eorū, quę p̄cedunt ap. sed eorū,q̄
sequuntur tn̄, j.de ap.constitutus, vbi no.sed illa,quæ fit in iudi
cio,suspendit effectu ēt eorū,quæ p̄cedūt app.ff.ad Turpil.l.j.§.
4 fi.†[Consuetudinis.]Hic vult dicere, ꝙ licet ep̄s iurauerit serua
re oēs ↄsuetudines,quas hactenus ep̄i Castellani exhibere ↄsue-
uerūt Patriarchæ Graden.tn̄ prætextu prædicti iuī ↄsuetudines
non laudabiles,uel ēt laudabiles,sed nō præscriptas seruare nō
tenetur.sed per hoc probatur.quod dr̄ hic, nō tollit, quin alias
legitimę ↄsuetudines seruent.sed de laudabilib.& præscriptis di
cendū est,ꝙ licet seruādę sint alias,non tn̄ pp tenorē huius iuī.
[Ad alios.]puta quia est ibi aliquod capitulum de seruāda con
suetudine & erat ↄsuetudo de soluēdis aliquib.iurib.annuatim,
qd̄ nō est licitū à nouo prælato exigere, q̄uis licitū sit iurare ꝓ
obedientia,s.de elec.significasti.iuīo.n.solito nihil addendū est.
quia si permitteretur aliquid addi,aliqui cupidi dignitatis aliqn̄
insolita & indebita adderēt,ↄ.j.de cēsi.significasti. vbi aliquod
nouum additur iuīo.s.de nouo cēsu soluēdo. Sol.hoc habet lo
cum in iuīs.quæ à iure,uel cōsuetudine gn̄ali addita sunt,qua
le est hoc iuīm,quod præstaret ep̄s ordinatus suis prælatis.j.de
iureiu.ergo sed illud iuīm, de quo illa decr.loquitur, nullo iu-
re inducitur,& iō licitum est cuiq; sibi prouidere per quascunq;
cautiones vult & pt̄,dummodo non sint ↄriæ iuī. [Teneri.]Et
bene,quia in præiudicium ecclesiæ præstitum iuīm non potuit
eum ligare.j.de iudi.c.2.hoc autem solum,quod post app.præ-
stitum est,vel ante, valet, quominus obseruetur, dummodo si-
ne interitu salutis æternę seruari possit.j.de iureiu.si vero.

CAP. XIIII.

Cum olim causa,& infra. [Priuati.] Forte quia scienter
elegerant indignum.s.de elec.scriptum. [Vacet.]Repete,quæ
diximus supra eo.his,quæ.

SVMMARIVM.

1 *Qui sunt in maioribus ordinibus,præferuntur alijs in portionib.& qn̄ in maioribus ordinib.cōstituti nō gaudeāt beneficio huius decre.habes in nu.2.*

CAP. XV.

Statuimus. [Ordine.]De hoc no. supra eo.c.j. [In portione.]Huic.decr.consonare vr̄ j.de iure-
pa.postulasti.hæc decr.loquitur s̄m consuetudinē vrbis,quę talis
est,ꝙ forte in oīb.ecclesijs sunt minores clerici, qui bene rece-
pti in clericos ecclesiarum,& ius canonicatus in eis habēt, & hi
faciunt inferiora seruitia.s.purgant ecclesias,accendunt lampa-
des,pulsant campanas.& in his seruitijs exhibēdis sunt per tres
vel quatuor ann.ante,q̄ percipiant beneficia,q̄ hic portiones ap
pellant.& licet ante ↄstōnē istā obtineret,ꝙ qui prius recipieba
tur,primo portionē reciperet, ꝑpea hanc cōsuetudinē remouet
& statuit,ꝙ qui sunt ī maiorib.ordinib.alijs p̄ferant. Sed his ↄdi
cere vr̄.supra de rescr.capl̄m. ubi dr̄, ꝙ non solum primo rece-
ptus debet alijs p̄ferri.sed ēt his , pro quibus primo scriptum est.
sed dic illud loq,vbi non est hæc cōsuetudo,vel nisi p̄bendæ sint
distinctæ.nā vbi p̄bendę sunt distinctę,q̄ cito receptus est,habet
ius in oīb.cōibus.s.de consti.cū M.j. de p̄b. dilectus. Itē ibi non
dicit,ꝙ plures haberent ius,& vnus esset p̄ferēdus,imo vnus so-
2 lus tn̄.s.ille,pro quo scriptū fuerat,ius habebat.† Itē no.[a] ꝙ pri-
a uile. huius cōstitutionis non habent clerici in maiorib. ordinib.
constituti, si ante eos alij in minoribus ordinibus cōstituti ius ha
beant,per quod petere possent futuras p̄bēdas,vel portiones, pu
ta quia recepti essent auctoritate Papæ,& ita ꝙ deberet habere
primas vacaturas p̄bendas.nā iniustū esset , ꝙ primo recepti per
receptionē secundorū ius suum amitterēt. licet secus sit in alio
casu,vbi recepti in canonicos nihil iuris habent , nec in præben-
dis vacaturis , neq; in portionibus , cū tales vacaturæ sint prohi-
bitæ,j.de conces.præben.vel eccle.non va.c.j.& dicimus genera
liter,ꝙ licet huiusmodi electoribus de prædictis canonicis sic re
ceptis eligere,quos volunt, & per hanc constitutionē tenent p̄-
ferre in maioribus ordinibus cōstitutos.& ēt, nisi ↄsuetudo ↄriū
teneret,ēt si eligerēt extraneū,teneret electio , & haberet p̄bēdā,
q̄uis in pęnā eorū tenent sibi interim intātū prouidere.j. de p̄b.
dilectus.Sed q̄res,quid si recepti sint auctoritate Papæ ad p̄bē. cū
se facultas obtulerit nā hic vr̄ aliud dicendū , ꝙ qn̄ recepti sunt
ad primas vacaturas, quia posset intelligi , ꝙ tunc tantū offerret
se facultas,qn̄ non essent aliqui maiores,qui essent minorib.præ
ferendi. sed nos idē dicimus in vtroq; casu , quia cū primis pri-
mo sit ius q̄situ, licet sint minores,q̄ scđo recepti,facultas se of-
ferret primo in prima vacatione,& scđo in secūda,& sic de alijs.
[Potiorem.]i.priorē.alias beneficia debent esse æqualia , vt not.
s.de consti.cū venissent.vel hic attendit specialem cōsuetudinē.

ADDITIO.

a ¶Item no. Adde,quod hoc dictum sequitur Inno.in c.quoniam , col. 5.supra de consti.& refert etiam Feli.in d.c.col.3 in prin.

SVMMARIVM.

1 *An episcopus excōmunicet Archiepiscopum delinquentē in sua dięcesi.*
2 *Episcopus super omnes sibi subditos dispositionem habet.*

CAP. XVI.

1 Cum. [Inferior.] † Hoc sic dicimus esse, ꝙ ep̄s Archiep̄m suum in sua diœcesi delinquentem non excōicabit,
nec ↄ eum excōicationē,vel accusationē ciuilē audiet, sed corā
dn̄o patriarcha,vel Papa conueniendus est,21.dist.si cōmittitur,
& c.fi.16.q.1.super.& est ad hoc ratio, quia iste Archiep̄s est in-
tra terram suæ iurisdictionis.s.intra suam prouinciam,sicut ep̄s,
vt no.s.de offi.ord.pastoralis,in prin.Item melius debet iudica-
re Archiep̄s suum suffraganeum , q̄ suffraganeus rōne criminis
Metropo.imo plus vr̄, ꝙ etiam si ep̄s hēret alium ep̄atum ex di-
spensatione extra prouinciā , ꝙ suū Metropolitanū ratione cri-
minis, vel ↄtus non posset cōdēnare pp prædictā rationē, arg.
prædicti capituli. Alii tn̄ hic dicunt ↄ Ar.pro his , 16.q j.c.j.j.de
priuil.cū capella.quāuis posset dici,& bene , ꝙ aliud est in ep̄o,
q vīr est subiectus Archiepiscopo:aliud est , si rōne alicuius ꝓfessionis sortiatur eius forū: ex delegatione aūt superioris pōt be
2 ne eū iudicare.[Inferior.]21.distin.inferior.†[Erexeris.]Ex quo
enim legitime episcopatus ↄstitutus est in aliquo loco , ipse ibi
super oēs habet dispositionē,& si ille Archid.fuerit.j. dięce.de-
signatā,sibi suberit.nisi priuil.defendatur,11.q.j regenda , & ca.
seq.s.de offi.ordi.cōquerente.sed si non esset ibi ep̄s,& cōicasset
eum pp delictum in ea cōmissum,teneret excōicatio ,ar. 6.q.3.
placuit.C.vbi de crimi.agi opor. Auc. qua in prouincia. qumauis & alij dicant hanc q.de maioribus ad ep̄m referendam. s. de
offi.Archid.c.j.& c.ad hoc , quia nec super Abbates iurisdictio-
nem habet,s.de offi.Archid.c.vlti.ergo multominus supra epi-
scopos intra eius Archid. situs. sed posset responderi illi decre.
ꝙ loquitur,quando nō habet iurisdictionem ordinariam super
mona.sui Archid.sed ratione criminis bene habet,vbi cessat cō
mune priuil.C.vbi de crimi.agi opor.auct.qua in prouincia. vel
dic,vt j de foro compe.cum contingat.[Videris.]Hoc ad arbi.
boni viri referendum est.ff.pro socio.si societatem.

SVMMARIVM.

1 *In negocijs vniuersitatum sufficit requiri rectores , vel idoneiorē partē.*
2 *Nedum episcopos seu alios prælatos,& saltem capitulum in arduis prouinciæ negocijs requirendum.*
3 *Potest is,cuius interest,quandoq; prohibere actorem, & reum litigare.*
4 *Nonnunquam ex transuerso veniens retardat prouisionem Papæ.*

CAP. XVII.

Humilis doctrina. [Prælatorum.] Omniū , qui ordinariam iurisdictionem
habet.s.de offi. Arch.cū ab.melius vr̄, ꝙ prælatos vocet ep̄s per
id quod,sequitur,& cathedralium capitulorum:quia si de mino
rib.prælatis intellexisset, bene sub eis cathedrales cōprehēdisset.
Sed quæres,quare non eædem personæ requiruntur de Bituricē.
Prouincia,quæ requiruntur de Burdeg.Respon.quia eorum in-
tererat,cum in visitatione primatis tenerentur soluere procura
tiones.j.de præscri.cū ex officij.Bituricen.autē pp cōpositionē
tenentur soluere procurationes. sed quare capitulum Bituricē.
Rn̄.quia in magnis negocijs sunt requirendi.j.de his , quæ fi.a
1 præla.c.nouit,& c.quanto.† Itē oppones,quare non oēs singu-
lariter requiruntur, quos res tangit,66.dist.c.j.C.de auct. præ.l.
l. fi. Rn̄. sufficit in rebus & negocijs vniuersitatū reqri rectores,
vel idoneiorē partem.C.de iur.ca.l.l.2.§. si aūt. vel dignitates ēt.
a ff.de cōd.& de. munici. in rebus autē singulariū[a] sunt vocā.di.s.
de consti.cū oēs.ff.de ser.vt.præ.per fundum.Et hęc est ēt ratio,
quare sufficit vocari præsentes. & non est necesse vocari absen-
tes.nā alias ↄ eos nō licet procedi,nisi specialiter vocar.nt.s.si ↄ
2 eos singulariter.& non noīe vniuersitatis ageretur.† [Requisi-
tis.]No.nō solū ep̄os,sed alios prælatos , & saltē capl̄m fore re-
quirendos in arduis negocijs prouinciæ,q̄uis canones antiqui di
cūt tn̄ de ep̄is,9.q.3.c.j.& 2.p totū. j.de p̄b.graue,vbi no. & no.
ꝙ super prouisione requirit eos dn̄s Papa. qn̄. n. aliquis aliquid
facit ex officio suo , ēt si in modū actionis officiū intentetur , &
maximè in ↄpositione requiri debent oēs,quos res tangit. ff. de
adop.nā ita.ff.de min.in causę.§. cā.Sed si nō vocet,nō minus te
net,qd̄ factū est,sed absentibus nō p̄iudicat.ff.de min.ēt si.§.vlti.
Alij tn̄ dicūt arg.eiusdē l.ꝙ nō tenet,qd̄ factū est. & pōt dici nō
tenere sn̄iam latam,nisi per edictū solenniter euocent. ff. q̄ sen.
si.ap.l.j.§.itē cū ex.sed bene tenet, ēt si non vocent singl̄r, sed nō
præiudicat his,qui non audierunt edictū,vel alias nō sint in cul-
pa.j. qui ma. accu. non pos. cū in tna. vbi autē non imploratur
officiū iudicis,sed actionē propriā habet ↄ reū, non tenet iudex
aliū vocare,nisi in libello fieret de alio mentio,& tali modo , ꝙ
ipsum absentē vel ratione proprietatis,vel possessionis, vel alio
modo ↄstaret causam ↄdictionis habere.s.eo.inter.sed reus pōt
nominare dn̄m in iudicio.C.vbi in rem act.l.2.j.vt li.nō cōtes.
3 qn̄ fre.† Itē ipse,cuius interest, pōt aliquādo ꝓhibere actorē &
reum litigare.s.qn̄ primo loco ad eū pertinet defensio.ff.de re iu
di.sępe.sed si nominet in iudicio,nec ipse se offerat iudex nō te-
netur vocare eum,cuius interest,quia in prædicto casu.s. qn̄ sci-
uit & potuit ꝓuidere,præiudicatur ei pp culpā suā,vel negligen
tiā suā, vt in prędic.ll.& j.de iudi.quāuis,vbi no.si autē nesciuit,
sibi nō prę iudicat:sed ille,qui se obtulit liti, cū non deberet , vel
cū non possideret,tenet ad æstimationē. ff. de rei ven. si is q.§.si
autē,& duabus l.præce.[Noluerint.] Assignata iusta causa , alias
non differt.qd̄ à maiori vel saniori parte fit.j.de his,q̄ fit. à ma.
par.ca.cū in cūctis.vel dic ꝙ isti prælati non ↄueniebant, nec cō
sentiebāt,vt capl̄m, vel vniuersitas , licet quo ad aliqua negocia
vniuersitatis sint.n.vt vniuersitas consentirent,simul conueni-
rent,& simul tractatū haberent.& inde est , ꝙ hunc ↄsensum nō
præstant vt vniuersitas,ꝙ cuiuslibet ↄdictio admittenda est etiā
sine causa,sed postea corā Papa expriment, & probabūt, & ideo
ēt singulariter singulorū requiritur consensus, quia negociū nō
b necessitatis,sed voluntatis[b] tantū est.†[Supersedentes.] No.ex
4 trāsuerso venientē retardare prouisionē Papæ , sicut retardat &
executionē sn̄iæ.j.de re iudi.cū super controuer.& est hoc, qui
ius suū prosequitur vel aliam iustā causam proponebat.Et no.q
hi venientes ex transuerso semper remittendi sunt ad iudicem
qui cognoscit inter alios.ff.de liber.cau.si pariter. & hoc intelli-
go verum,quando lis cępta pro parte tangebat de nouo venien-
tes, & interim priorū cognitio differtur: secus autem dicendum
est,si erat alius Archiep̄s,qui eadem iura primatiæ peteret , quia
tunc non esset remittendus ad eundem.[Ius.] idest ꝙ ipsi nō co-
gūtur præstare hmōi procurationes, de quibus præstandis in cō
positione dicebantur ēt alia q̄ in ipsa cōpositione ↄtinebant.[In
expensis.]Ex quo.n. Archiep̄i ↄuenerant, ↄdictores p̄sumunt te-
mere ↄdicere,& ideo ↄdemnant in expensis , ar.ff.de iudi.cū , q.
secus,si probabiliter ↄdicerent.ff.de leg. 2.qui solidum.§.etiam.

ADDITIONES.

a ¶Singularium. Et sic quando negocium tangit multos,vt singulos , singuli sunt vocandi.adde Inno.met.in c.in nostra,infra de iniu.Arch.in c. quia episcopi 5. q.3.& Docto.in c.Nicena.31.dist.refert hic,& sequitur Felin. in c.cum omnes, col.8.ver.in ea.glo.supra de consti.& vide etiam eundem Feli. in cum M. Ferra. col.14.in fi.supra de constitu.

b ¶Sed voluntatis est.Feli.alleg.& refert in c.cum omnes, col.2.ver. fallit secundo,supra de consti.ad hoc quando maior pars possit contrauenire , vel statuere cōtra id,quod oēs ordinassent,in quo Bal.& Ro.fuerūt cōtrarij,vt ibi vides per.

De treuga, & pace. Rubr. 34.

CAP. I.

TReugas. Hæc treuga canonica conuentionalis semper seruanda est,24.quæst.1.noli,ff.
de pac.conuen.& intelligo hoc de iusto bello , quod li-
cet omni tempore licite possit fieri , non tamen his
temporibus est cessandum,nisi vrgeat necessitas,vigesimaquar-
ta quæstione vltima , si nulla. vel loquitur de bello iniusto , à
quo licet sit semper abstinendum,quia tamen de facto non sem
per prohibetur , tamen his diebus fortius instabunt prælati pro
treugis , nec peccant hodie prælati , qui non seruant istam

Universidad de Deusto Biblioteca

cõstitutionẽ, qa nõ fuit morib. vtentiũ ap pbata. 4. di. §. leges. pt et dici hic loq. qñ est dubiũ, an sit iustũ, vel iniustũ bellũ, 23. q. 4. illi, qui. [Cõfirmet.] i. publice denũciet. s̃. de offi. le. studuisti, vbi de hoc no. [Triplex.] Primus est ꝓprij epi excõicatio. Scd̃s eporũ vicinorũ ꝯfirmatio. Tertius auxilij eorũdẽ adiectio. [Rũpit.] ff. de suc. auc. itaq; ff. de lib. le. l. 3. in fi. [Prębeat.] 90. di. c. pe. & vl.

CAP. II.

Innouamus. [Vt presbyteri.] 24. q. 3. si quis Romipetas. [Existentes.] In agricultura. n. tantum existentes gaudent priuil. C. quibus non ob. l. long. temp. l. vlt, animalia autem semper, arg. C. quæ res pign. l. pignorum.

De pactis. Rubrica. 35.

CAP. I.

Antigonus Episcopus. [Conuentus.] Corã ecclesiastico iudice ille, qui pactum non seruat. [Cohibuerit.] i. nisi pacta seruet, excommunicabitur. [Pacta.] Legitima, 20. q. j. puellæ, 18. q. 2. Cleutherius. ff. de pac. iurisgen. ait prætor.

CAP. II.

Quoties in conuentionibus. [Noster.] Et loquit de ecclesijs exẽptis, vel ẽt alijs, si qñ ordinarij denegant præbere assensum [Solidare.] i. ꝯfirmare, & intelligo hoc de ꝯfirma. q̃ fit cũ cãæ cogni. j̃. de ꝯfir. vti. c. j. & 2. alias nec dubitatiue auferret, nec ius tribuet. j̃. de ꝯfir. vti. cũ dilecta, & no. s̃. de of. le. studuisti.

SVMMARIVM.

Renunciatio inter aliquos facta, quomodo prosit noceatque alijs, inter quos non fuit facta.

CAP. IIII.

Cũ pridem [Pro causa.] Istic enim fratres agebant contra monasteriũ, & petebant restitutione cuiusdã ecclesiæ, quia semper se per ipsos monachos spoliatos dicebant. [Eos.] Monachos. [Liti. Hoc nõ fuit licitum. s. renũciare iura, quæ habebant in ecclesia, pro pecunia. [Prauã.] j̃. de trans. statuimus. ꝯ. So. hic erat suspitio turpis pacti, ibi non, quod præsumatur nisi per aliã præsumptionẽ tollat. [Prauã.] j̃. de præb. nisi. ꝯ. So. ibi dr̃ licitum iussione iud. sine vllo pacto aliquid dare, hic autem illicitum ex pacto. caueant tñ, qa nec hoc ipsum in intẽtione gerere dẽt. j̃. de simo. tua nos. [Fratre.] C. de procu. mãdato. C. de trãsa. in trãsactioni. [Renũciãs.] Purè, & sine pacto. [Resignauit.] Et sic ius resignasse vr̃, qđ in illis instr̃is habebat. ff. de pac. l. Labeo, & no. s̃. de renun. veniẽs. sed quõ prodest hæc resignatio nisi personis, inter quas pfecta est. ff. de pac. si vnus §. pacta? Resp̃o. qa publica psona est Papa. ff. rẽ pu. sal. fo. l. 2. in fi. & l. nõ quasi, & qa singlr & vr̃ super oẽs ecclesias hẽt plenitudinẽ ptãtis, 2. q. 6. decreto. multo fortius, q̃ alij prælati singulis ecclesijs acquirere poterit, ar. C. de trãs. psens, & ff. qđ cuiusq; vni. l. fi. vel negociũ hoc fit in ratihabitione monasterij de ac. ratã habẽdo receptionẽ instr̃orũ sibi ꝓdest. ff. de neg. ge. si pu. § sed si ego, & §. itẽ q̃rit. dũmodo noĩe monasterij sit gestũ, als non ꝓdesset. ff. de pro. sti. si seruus. & hæc vera sunt, nisi renũciauerit literis. sed renũciatio litis pt̃ fieri ẽt parte absente. C. de pac. postq̃, & fit hoc in odiũ litis. sic & hic. [Restitui.] s̃. de ele. cũ inter R. ꝯ. So. ibi restitui rigore iuris inspecto nõ vr̃, q dẽt restitui ad interdictũ, cũ ei renũciauerit. ff. de pac. si vnus. §. pac. & iõ dicimus loq de grã, vñ si als esset institutus non remoueret, 8. q. j. psentiũ.

CAP. V.

Accepimus. [Nominatim.] C. de pac. l. vlti. supra de fil. presbyte. ad extirpanda, conquerente. [Et manes.] Ipso iure.

SVMMARIVM.

Pactum turpe non valet, imo nec super eo iuramentum præstitum.

CAP. VI.

Cum clerici. [Ex ipsis ecclesijs.] Ecclesiæ sunt obligatę pro pensionib. ff. de iudi. si fideicõ. § fi. ff. de vsu. hactenus. ꝯ. j̃. de ꝯh emp. l. fi. §. fi. sed ibi ĩteruenit tantũ psonalis obligatio, & non fuerunt res obligatæ. [Detestabile.] j̃. de cẽsi. prohibemus. j̃. de præb. auaritiæ. imo sacramentũ super hoc præstitum non tenet. j̃. de censi. grauis.

SVMMARIVM.

Pactum contra, præter, & secundum leges, quid operitur.

CAP. VII.

Plerique, sicut accepimus. [Reprobam⁹.] i. seruandũ decernimus, quia ꝯ canones, 16. q. 1. si quis laicus, & c. decimas, & c. quæsti. & iõ si pęna pacto adiũgat, nec pactũ tenet, nec iusiurãdũ super hoc pstitũ. ff. de pac. l. iurisgẽ. §. vlt. & l. seq. ff. de ver. obl. si stipulet, & l. si stip. hoc modo. si vero pactũ est p̃ter legẽ, pactũ nõ valet, & pęna valet. ff. de ver. ob. stipulatio ista. §. alteri. si vero pactũ est f̃m leges, & pactũ tenet, & pęna, ita tñ, q alterum tantũ petat, q velit. ff. de pac. rescriptũ. §. si pacto. C. de pac. l. si pacto.

SVMMARIVM.

Pactum super rebus spiritualibus, an valeat.

CAP. VIII.

Pactiones factæ. [Spiritualibus.] Siue beneficijs, de quib. no. de ele. significasti. siue quibuscunque alijs, nisi forte spirituale veniret in pactum permutationis. j̃. de re. permu. ad quæstiones. [Oĩs.] j. q. 2. q̃ pio. [De alijs.] Conuentionibus. [Vergunt.] j̃. de iureiu. si vero. [Turpe.] Idest turpe factum. s. dolo, vel simoniace. [Turpe.] ff. de pac. iur. §. dolo. C. de inuti. stipu. dolo. [Vel rei turpis.] Scilicet de faciendo homicidio, vel consimili. [Iure.] ff. de pac. iur. §. pretor. quod consanguineam duceret in vxorem. [De facto.] ff. de re. iur. impossibilium, vt quod cęlum pedibus corporeis ascendat.

SVMMARIVM.

1 *Specialis transactio non obest alijs speciebus.*
2 *Vbi petitio & transactio est generalis, obstat exceptio in omnibus.*

De transactionibus. Rubr. 36.

CAP. I.

1 **Sicut graue, & infra.** [De trãsactio.] † Transactio specialis non obest alijs specialib. C. de transa. age. transactio generalis restringit ad ea. de quib. tractatũ est. ff. eo. qui contu. §. j. generalis transactio non rescinditur prætextu nouæ ꝓbationis. C. e. sub prætextu. specialis trãsactio in vno capitulo non impedit agi in alio. C. eo. l. pen. generalis trãsactio tenet de rigore iuris in oĩbus c. & parit excep. sed replicatione doli rescinditur. ff. de admini. tu. Lucius. §. tutor. indefinita vel specialis in alijs nõ obest, nisi in his de quibus actum est. C. de iu-
2 di. sed melius dr̃, † vbi generalis est petitio, & generalis transactio, obstat exceptio in oĩb. C. de pac. sub prætextu. ff. eo. nõ est. nisi reus fraudulenter occultauerit speciem, in qua deceptus est actor. ff. de pac. tres. vbi gñalis est petitio, & specialis transactio obstat exceptio. in ea specie tm̃. idẽ est si specialis est petitio, vel gñalis quantũ ad verba transa. C. eo. si de certa, & l. age. ff. eo. cũ Aqui. & l. qui cũ tu. §. vlti. C. ad velle. l. iubemus. si aũt vtrunque speciale, multo magis idẽ. ff. de pac. si vnus. §. pacta. [Decisionẽ.] In his oĩb. si superuenerit trãsactio, cassant hęc auxilia ꝯ eũ cum quo interuenit trãsactio, & super eo, de quo trãsactũ est, nisi dolo fecisset transactionẽ. ff. de pac. tres fratres. ꝯ alios. n. non sunt irrita instr̃a. & intelligo hæc vera, vbi vtraq; perfecta est cõpositio, alias vtetur instr̃is; quia fidẽ nõ ser. & c. C. de pac. c. eũ proponas. Itẽ hoc habet locũ vbi nõ prohibet trãsactio. [Decisione.] i. transactionẽ. [Præscriptione.] i. quia p̃scripsisset. j̃. de p̃scri. per totũ. [De lege.] Falcidia, q̃ ĩstitutio, vel hæredi, siue ecclesię, siue alij tribuit Falcidiã in bonis testatoris. ff. ad l. Fal. l. j. in princ. & in multis legibus idẽ. l. q̃ est. C. de don. si quis, & in multis alijs. [Priuilegio.] Quia erat vxor, q̃ habebat priuile. in bonis mariti. C. qui po. in pigno. ha. assiduis. vel fiscus in cęteros creditores, & ecclesia habet priuilegiũ, quod tantũ certis modis admittitur ecclesiæ rei alienatio. 10 q. 5 1. hoc ius. [Cui.] Transactioni. [Infirmitatis.] Quo ad solennitatem. C. de testa. omnium. imo & quo ad substantiã. nã & si ex certa scientia Papa aliquid approbet, necdũ quod cõfirmat, sed si solũmodo suo priuilegio inserat quod de
a iure non valet, firmũ erit, sicut statutũ laicorum [a] super ecclesijs valet, & pro cõfirmato habetur, si Papa illud in suis literis approbet, arg. ff. de pigno. fideiussor. §. vlti. [Auctoritate.] Quæ imposita fuit cum causæ cognitione, j̃. de confirmatione vti. c. j. & 2. alij contra, j̃. de concess. præben. & eccle. non va. post electionẽ.

ADDITIO.

a ¶Statutum laicorum. Adde quod Bal. in l. omnes populi, col. 6. ff. de iust. & iu. allegat Inno. hic, quem etiam refert Feli. in c. ecclesia sanctæ Mariæ, col. 2. in prin. supra de consti. & per Alex. plene in consi. 59. col. 3. in fi. in j. vol. Et vide ad propositum quæ ponit Fran. de Are. in suo consi. 15. col. 6. in prin. vbi allegando Specul. in tit. de instrum. edi. §. nunc videndum, ver. item opponitur, dicit quod si in confirmatione apponitur tenor rei confirmandæ, quod confirmatio tunc dicatur facta ex certa scientia.

SVMMARIVM.

1 *An sit licita transactio, & permutatio in spiritualibus, & vide in nu. 2.*

CAP. II.

Statuimus. [Archiepi.] Sine consensu autẽ eorũ non est licitum inferiorib. clericis alienare res immobiles, vel redditus annuos, in Auct. de alie. & emp. in prin.
1 17. q. 4. in venditionib. † [Compositio.] quidam dicũt, q in spiritualib. potest interuenire oppositio, sed transactio nunquam. j̃. eo. super eo. nos dicimus licitum esse transa. & permutationẽ in spiritualibus, dummodo ex vtraque parte tantum spiritualia & nihil tẽporale interueniat, vt hic, & j̃. e. de cetero, j̃. de decimis, ex multiplici. & c. suggestum. j̃. de re. permu. ad oẽs. & hoc idem dicimus in beneficijs, si petuntur iure proprietatis puta qa vna ecclesia petat ab aliã præbendã, quã dicit ad suã collationẽ pertinere. sed si aliquis clericus petat beneficiũ, nõ est licita trãsa. etiam si vtrinq; detur spirituale. j̃. eo. ꝯstitutus, n. si secundũ modum, q ponit. j̃. de præben. nisi essent. ꝯpositio aũt interuenire potest, j̃. eo. sup eo. talis. s. q ille clericus, q ius non hẽt, vel habere creditur, penitus renũciet iuri suo sine aliqua datiõe, vel q alius ius habens recipiat in canonicũ sine datione, j̃. e. sup eo. siue autẽ interueniat ꝯpositio, siue ꝓuisio in casu ꝯcesso, per q̃ clericus actor aliquid debeat hr̃e in ecclesia, s. reditũ, vel censum, nõ trãscendit psonam paciscentis, j̃. eo. super, & j̃. veniẽs. & c. de cætero. j̃. de præbẽ. nisi essent. i. naũt ex pactione ius aliquod tribuerent illi, q petit bñficiũ in ecclesia, hoc non pñt etiam tempore vitæ suæ, i. illorũ. q eũ recipiũt in canonicũ, vel aliud ius, vel officium, qa ex pactione non pñt tribuere ius, cuius collationẽ nõ habent. nã in transactione volũtaria, sicut in ꝯpositione necessari⁹ est ꝯsensus oĩum illorũ, quos res tãgit, s̃. de ma. & obe. c. si p̃dicta aũt sunt vera, nisi forte illi, q receperũt aliquẽ in canonicum ex cõpositione, haberent ius eligendi, nã tunc bene possunt successorib. præiudicare. in censu aũt, vel reditu assignato cuilibet clerico, vel ẽt in quacunq; alia ꝯpositione, vel trãsactione inter ecclesias mitas ext. iudicium maximè ad hoc, vt præiudicet successorib. oportet superioris authoritatem interuenire, vt hic, & s̃. de of. vic. ad hoc. j̃. eo. veniẽs, & c. sup eo. 12. q 2. abbatib. 17. q. vlt. in venditorib. item ad hoc, vt sine peccato teneat, oportet q credat se iustam cãm habere, alias sine peccato nõ tenebit, j̃. de insti. c. 4. i. q. j. si quis. neque. imo f̃m l. quantũ ad dolosum actorem non tenet transactio. ff. de ꝯdi. inde. in sum. in prin. sed si ex parte rei interueniat calumnia, tenet transactio: sed datur actio de dolo, si dolo induxit actorẽ ad transigendũ. C. de transact. l. sub prætextu. promissio aũt de beneficio, cum se facultas obtu-
2 lerit, licita est. j̃. de ꝯcess. præb. accedens. † [Cõpositio] distribuè lege, vt q subsunt epis, eorũ consensu vendant, vel ꝯponant, & q subsunt archiepis, vendant eorum ꝯsensu. & est aliqua cãæ cognitio, & decretũ necessarium in alienatione hac. 12. q. 2. abbatib. & c. si qua, & c. seq. abbates ẽt cum ꝯsensu prælatorem suorum alienare debent. 17. q. 4. in venditionib. epi aũt, si volũt alienare, debent habere ꝯsensum sui capli, si habẽt caplm, & si non habent, sui presbyteri. 12. q. 2. placuit. & olim ẽt necessaria erat authoritas ꝯcilij prouincialis, vel triũ epõrũ, qui deputabantur epõ ab archiepõ. 10. q. 2. casellas. sed si põt cõmittere, multo fortius officio eius põt, & sufficit eius authoritas, archid. vel abbatũ vel aliorũ minorũ iudicũ auctoritas non sufficit in alienatione ecclesiarũ suæ iurisdi. cũ capitula prædicta, s. abbatib. & sequẽtia hoc tantum epis cõcedere videant. de abbatib. aũt, qui hẽnt ecclesias ad se pertinentes plene iure, ab aliquib. dicitur, qđ pñt in eis præstare authoritatem archiepiscopi. authoritate Patriarcharum, vel Papæ hoc facient.

SVMMARIVM.

1 *Abbas, vel prior, transigere non potest sine capitulo, licet possit sine eo agere de rebus communiter ad eum pertinentibus.*

CAP. III.

Contingit interdum. [Habuerit] alias non valet trãsactio iur. j̃. de reb. eccl. nulli. secus in iudicio. ff. qđ cuiusq; vni. l. vlt. & no. s̃. de rescr. edoceri. [Habuerit] no. q licet abbas, siue prior, siue capitulũ possit agere de reb. cõiter pertinentib. ad eũ & ad capitulũ, sine eo nõ põt trãsigere [aliquot] maxime. nã idem cẽt, si seruata non esset, vel si. 4. ann. stetit, q non petiit restõnem in integrum, vlterius comperere nõ poterit: sed ante legem competere bene poterit, si lęsa esset ecclesia, etiam si concessisset.

SVMMARIVM.

1 *Legis aut principis authoritas duas res deducit in vnam naturam.*

CAP. IIII.

Veniens ad apo. [Excolũt] p colonos [necessaria.] j. q. j. §. si ergo [sacramẽta] prædiales. n. decimæ nõ rõne sacrorum, sed territorij dant. 16. q. j. decimas, & c. si quis laicus, & ideo superficialis cã vr̃ ista. sed sufficiens cã erat, qa prædia erant in eius parochia sita. [Sacerdotẽ] qa sine authoritate epi transigendi ext. iudicium prætem nõ hẽt vltra tp̃s vitę suę, vel alicui ius tribuere in ecclesia, sicut nec alienãdi. 17. q. 4. in vẽdõnib. j̃. de cen. significauit. s̃. c. de cętero, & repete q̃ dixi us. s̃. e. de cætero [tertiam tñ] quasi diceret de aliis suis terris nihil soluant. [Cõfirmatã] cũ cãæ cognitione, & nõ in cõi forma, quæ nihil iuris addit, & prærogatiuam de tpali in perpetuã. hęc certa sñia, qa auctoritas principis, siue legis ex nudo pacto dat actionẽ. ff. de pac. legitima, & q ꝯfirmat, dat. ff. de uer. sig. obuenire. ẽt princeps duas res deducit in vnã naturã. C. cõia de leg. l. 3. §. j. de cõse. di. 2. reuera. C. de rei vxo. ac. l. j. in pr. [Cõfirmatã.] 10. q. j. c. vlt. [Ipsos.] nã monachi de parte sua, & agricolæ de sua soluere decimas debent, & vbicunq; inueniãtur decimæ corporales, vendicari pñt. j̃. de deci. pastora. sed si abbas cõsueuit percipere decimas corporales, & aliquis non decimas corporales, sed iuris percipiendi petat, cum hoc sit tantũ apud abbatem, abbas tantum conueniatur, de hoc not. s̃. de maior. & obedientia, inter.

CAP. V.

Constitutus. [Fide præstita] in fi. C. de le. nõ dubiũ, ff. de pac iur. §. sed si quis. [Audiatis] quõ cum hi sunt simoniaci, postmodũ audiunt sup iure, qđ habent in ecclesia, cum pp simo. & si alias ius haberent, repellendi essent. j̃. de simo. insinuatum? Respon. q non dr̃ hic, q transactiones tales ꝯtineant simo. sed speciem simo. s̃. tir. proxi. cũ pridem. sed dices, quare ergo prohibentur? Respõ. quia non solum a malo, sed a specie mali cessandum est. 11. q. j. alium. j̃. de vita & ho cle. cum ab omni. item not. q non solum trans. sed etiam iuramentum super hoc præstitum reuocatur.

SVMMARIVM.

1 *Debet iudex, coram quo clericus petit beneficium vacans, dicens se ex electione ius habere, vocare ad quos pertinet electio, vel præsentatio, vt de iure contendant, si uolunt.*
2 *In petitione confirmationis semper electores, vel præsentatores requirẽdi sunt.*
3 *Quando liceat clerico pacisci super beneficio.*
4 *Non valet transactio, nisi fiat in ecclesia vtilitatem.*
5 *An liceat constituere census perpetuos ecclesiæ.*

CAP. VI.

De cætero noueris. [Extraordinarium] ordinarius. n. si ꝯcessisset, ecclesiã
1 censualẽ ꝯstituisset, vt no. s̃. c. 2. † [Aduersario] no. q si clericus bñficiũ vacans petit, dicens se ius hr̃e ex electione, & ideo petit suã electionẽ, vel ꝓuisionẽ ꝯfirmari: iudex, corã quo hic petit, dẽt vocare illos, ad quos pertinet electio, vel p̃ntatio, vt de iure ꝯtendant, si volunt. eps aũt, qui instituit, nõ est vocandus, qa nõ ꝯtendit, q ex suo facto agenti clerico posset ius quæri. nec obest, si dicis, q necessaria est cõfirmatio epi, vel ẽt institutio, quia hoc nõ est pp ius, quod habeat in electione, sed quia iurisdictionem hẽt eps, ex qua dependet ꝯfirmatio, & institutio, & iudex nõ debet uocari, ut defendat ea, quæ rõne iurisd. facit. 2. q. 6 hoc etiã. ꝯfitemur tñ, q tam eps, q̃ ẽt clerici eiusdẽ ecclesiæ possunt se opponere ei pp vitiũ personæ. j̃. de accus. accedẽs. Itẽ epo saluũ est ius, vt instõne, vel cõfirmatione, vel ordinatione, uel ẽt ex officio suo rõne suæ iurisdõ. inquirat ꝯ eũ. si vero petat præbendã, quã alius tenet, tũc ille dẽt vocari ad rñdendum, qui detinet, qa ꝯfessoria est, quã intentat, quæ est in rẽ, & nõ datur nisi ꝯ possidentẽ, vel detinentẽ. ff. si vsufru. pe. l. 3. & l. vlti. qa hoc locũ habet officiũ iudicis. Sed in primo casu, s. qñ vacans beneficiũ petit, & ꝯstat q electus est, nõ credimus electores vocandos, uel p̃sentatores, qa ante ꝯfirmationẽ hoc facere debuit iudex, qui electionẽ examinauit, sed post ꝯfirmationẽ nõ debuit impedire effectus ꝯfirmationis p aliquẽ, qa habeat possessione, j̃. de app. ꝯstitutus. hoc non placet, qñ nullis vocatis fit electio, & ꝯfirmatio, vt no. s̃. de ele. cum dile. j̃. de cau. pos. cũ olim. sed hoc est uerum, qñ fit confirmatio vocatis, qui sunt vocandi. sed si de præbenda esset ꝯtentio, qa capitulũ vellet vnam præbendã assignare, & ꝯfirmatus peteret aliã, tunc ꝯ capitulum, quod prębendas vacantes possidet, ev agendum. j̃. de testamentis. c. relatũ. 2. qa in hoc casu hẽt locũ off. iud. sed & in hoc casu ipsi electores, uel præsentatores pñt opponere ꝯ confirmatum, ne adipiscat possessionẽ, si p obreptionẽ eam obtinuisset, j̃. de dolo. cum olim. Sed & postquam adepti fuerint pacificam pos. patroni, uel electores possunt ꝯ eos implorare officium iud. vt inde remoueãtur, qa ab eis electi, uel præsentati nõ sunt, j̃. de iure patro. cum
2 dile. & c. ex insinuatione. inf. de iu. cũ B. † Quando aũt cõfirmatio petitur, sp electores, vel p̃sentatores reqrendi sunt, & si nõ requirãtur, põt dici nulla ꝯfirmatio, sicut restitutio in integ. ff. de mino. ẽt. §. fi. alij tñ dicunt, q tenet ꝯfirmatio, sed põt cassari, qa a iis absentib. facta est, ẽt si alias canonica sit. hodie ꝯ, quia oẽs se volunt opponere, & sine citatione dicunt comparere, s̃. de elec. statuimus. & no. q licet semper quando offi. iud. petitur, tutius sit petere suam electionem confirmari, tamen si hoc nõ petitur, sed tantum offi. iud. implorãtur, ut sua electio pronuncietur canonica, ualet talet talis petitio, & tunc ꝯfirmatio reseruabitur isti ad quem de iure communi pertinet, s̃. de of. dele. super eo. s̃. de electione, c. cum in veteri. imo, quod plus est, peti põt, q publicetur electio, s̃. de ele. publicato. & breuiter sic procedetur hic, sicut proceditur, qñ quis petit se ꝓnunciari legitimum, de quo no. j̃. qui fi. sint leg. cãm q̃ inter. & põt hoc modo agere qñ non est eius electio ꝯfirmata: nã tunc non põt agere confes. vel negatoria ꝯ. ꝯdictores suos, vel turbatores siue de iure, siue de facto, cum adhuc non hẽt ius in re, s̃. de electio. qualiter. C. de pactis, traditionibus. C. de rei uen. seruum emptor. sed cõtra, infra de excep. dilecti. solu. ibi. si naũt esset electio confirmata, tunc hẽt locum negatoria, & ꝯfessoria, qa iam plenũ ius hẽt, supra

Universidad de Deusto Biblioteca

ptã de ele.trāſmiſſam,& ſic ēt eſt ĩ ſeruitutib.legatis.vbi ſtatim
3 ius hēt.ff.quēad.ſer.am.ſi partē.§.ſi p fundū.† [Componit] ſm
formā,q̄ eſt.j.de pbē.niſi eſſent.alias clerico nō licet paciſci ſup
bñficio.vel loquit, qñ petebat clericus ius in eccleſia non noīe
ſuo,ſed noīe alterius eccleſiæ.poſſet tñ dici, ꝙ ēt ſup hoc bñfi-
cio,qđ ſibi petit clericus, pt inde interuenire cōpoſitio talis, ſ. ſi
petebas certū bñficiū bona fide,& tu illud retines, & det tibi a-
liud,ar.ſ.e.ti.c.ſtatuimus,j.de re. pmu. ad qões. vel ad aliquē
reditū recipias;& erit ille reditus ius ſpūale. ſed nō placet, qa in
acqſitione bñficij debet ceſſari oīs pac.j.de re.pmu.qſitū. meli⁹
aūt dr,ꝙ loquit ſimplr, qñ petebat in aliqua ecclia canonicari:
qa tūc pōt interuenire ɔpoſitio ɔſentientib illis, ad quos ptinet
4 electio,vt no.ſ.in eo.c.¶†[Ius aliqđ] puta, qa clericū recepit in
canonicū:vel qa tota eccleſia ad actorē traſlata, eſt pars eius. &
eſt hoc verū, ſi vtilitas eccleſiæ agat ex ipſa tranſactione.alias.
a n.non tenet ſine ɔſenſu epi.ſ.eo.veniēs.alij tñ dīt,ꝙ ſicut in iu
dicio pōt facere piudiciū eccleſiæ ſuæ.ita & p tranſa.qđ fit in iu-
dicio timore deterioris ſnīæ.nō obſtat decre.ſ.e.veniēs, qa illa
ɔpoſitio fuit facta ext.iudiciū.vel dic ꝙ tunc tm pñt ſup hoc ɔ-
ponere,qñ ex ſuo ɔſenſu pñt ius tribuere, ſ.qa ad eos ptinet ele-
ctio[ɔtria.] ſ.ti.pxi.cū ele.ſ.de off.dele. ſi qñ.j.de collu.deten.
5 audiuimus,†[Sed cenſus]& eſt hæc ratio, qa ſi cōſtituat cenſus
eccleſiæ perpetuo ſoluēdus , hoc nō pōt ſine auctoritate epi.itē
ſi clerico ſoluendus cenſus eſt,nec hoc licet ex pacto:qa dēt ceſ-
ſare oīs pa.ſ.ti.pxi.c. vlt.nec đ obſtat.j pb.niſi eſſent.vbi priora
tus dat toto tpe vitæ vnius pſonæ:ſed illud de grā eſt tolerandū,
& qa licitū eſt cuilibet ecclie ſine auctoritate ſuperioris clericis
pauperib.& benignis in vita ipſorū clericorum puidere. 16. q.j.
poſſeſſiones[pēt] clericus q petebat beneficiū & obtinuit p cō-
poſitionē.[Solutiōis] hoc vult dicere, ꝙ ſi iſte clericus,q benefi
ciū,vel eccleſiā petebat,ex cā ɔpoſitionis, pmiſit dare aliquē cē
ſum ei,cū quo litigabat,nō teneret ſucceſſor.& ſi opponas,ꝙ eſ-
ſet ſi mo.reſponſi.pōt aliquando eſſe ſine ſimo. j. de ædben.c.
niſi. Itē non approbatur hic iſte ɔctus,ſi cenſus negatur ſoluen-
dus ei, qui contendebat cum hoc clerico, qui per compoſitio-
nem obtinuit beneficium[eius]clerici,qui obtinuit per compo-
ſitionem;ſed alij debent ſoluere cenſum.

ADDITIO.

a ¶Alias non tenet.Adde Bal.in l. præſes.C. de tranſa. & Pet.de Anch. in conſi. 309.incip. videtur prima facie dicendum , in princ. facit quia tranſactio dicitur alienatio,vt per Ale.in conſi.139.col.2 .ver.nec etiam in primo volu.

SVMMARIVM.

1 *In iudicio non poteſt eſſe teſtis,qui fuit aduocatus.*
2 *Non ualent literæ impetratæ a non clerico ſuper beneficio.*

CAP. VIII.

Ex literis veſtris. [Auctoritate.] i. ad pcurationē[procinabat.] ff.de inof.teſ.l.
vlt. ɔ. C.de re ven.tua.ff.de rei vē.inter officiū, C.de pſcr.30.vel
1 2 .an.nec petēti. †[Inſcriptus] inſtrō de trāſa. nā in iudicio nō
poſſet cē teſtis,q fuit aduocatus.2.q.6 c,ſtatuendū. rōnē qre. C.
de her.qm. ego nō facio vim , vtrū iſte aduocatus fuerit teſtis in
inſtrō, an in cā.nā firmiter dic, ꝙ ſi aliqs fuit teſtis in aliquo ɔ-
ctu,& ſcriptus in inſtrō alicuius ɔctus,& poſtea agit ex eo ɔctu:
vel aliquo mō, vbi neceſſariū ſit ipſum inſtrm, & ille,q eſt ſcri-
ptus teſtis in inſtrō,ſit aduocatus in cā iſta, nihilominus p illud
inſtrm pbat ɔctus,dūmō inſtrm falſum nō pbet.ſinaūt inſtrm
ſuſpectū eēt,ad dādū fidē inſtrō nō ſufficis,vel nō valebit dictū
eius, niſi cū qōnib.Itē dicimus, ꝙ iſte inſcriptus teſtis in cā, vel
ēt non inſcriptus teſtis in cā, in qua eſt aduocatus,nunq̄ poterit
eſſe teſtis.j.de teſt. Ro.nec iſte decre.Ro.dicit,ꝙ hic aduocatus
fuerit pductus in teſtē:ſed narrat factū,qualr teſtis in inſtrō trā-
ſactionis inſcriptus erat.& not.ꝙ ſola ſubſcriptio nō auferret ei
ius ſuū,ſi qđ hēbat in re, vbi aduocabat.ff.de pig.ac.caſus.ɔ ff.de
pig.fideiuſſor.ſed in hoc piudicabat qa nō pōt eā cām,vbi aduo
cabat,dicere iniuſtā,vel ſe neſcire.& iō nō valent lrę ſup ipſa ec-
cliā impetratę,ab ipſo,q ſciuit,& autoritatē pſtitit [nōdū] quaſi
nō idē,ſi poſt.ſ.de reſc.cū adeo ar.j.q.j.principatus.ff. ad Mac.ſi
2 tñ.ff.de or.iu.l.j.ff.de re iu.qđ ab initio. †[Tōſuratus] no.nō va-
lere lras ſup bñficio à nō clerico impetratas [Diximus] iſte Gu.
impetrauit lras ſup quadā ecclia tanq̄ vacāte,obiectū fuit, ꝙ a-
lius poſſidebat illā eccliam : dictus G reſpō.tenere eccliam p ſi.
& nullo iuſto titulo eā hre. & iō p habēte reputandus erat.poſ-
ſeſſor autem triplicauit ipſum G. trāſactioni, p q̄ dicebat ɔmiſ-
ſa ſimo.autoritatē pſtitiſſe:qa & ipſe ɔfitebat.vnde dñs Papa nō
audiuit eū ſup ipſa ecclia:qa ſi alius hēt eā iuſte, in locū viuentis
nō intrabit. j de con.prę.& ec.nō ua qa in viuorū.ſi ſimoniacè,
hoc nō pt ɔcedere,ēt ſi cū ſua authoritate ſit factū.ſic. n. allegat
turpitudinē ſuā, vnde nō audit. j. de don.inter dile. & not.ſ.de
ele.noſti.ſi.n.alius impetraſſet nō faciēs mētionē de trāſa.lrę va
lerēt,qa nō erat talis veritas tacita , qua expſſa lras nō habuiſſet.
imo melius hēt,ſi poſſidērē vellet expellere, q̄ ſi ſup nō vacāte
ecclia vellet impetrare.ſ.de reſcr. ex parte Cōuētren.& c.inter
cęteras,olim.Itē ex ſnīa apparet, ꝙ nō excipiebat hic ɔ lras, ſed
ſup ecclia tm agebat.vel aſr dr hoc cē verū, qñ null⁹ poſſidebat
bñficiū,qđ petebat.G.ſi.n.poſſideret, nō ualēt lrę: qa ſup bñfi-
cio nō vacāte impetratę.j.de ɔce.pręb.nō vacātis, lras.ubi not.
vel forte iſte G. impetrauit lras , ꝙ ſi pbaret poſſeſſionē benefi-
cij ſimoniacā,ꝙ ſibi ſuū beneficiū daret. cū aūt poſtea diceret eū
ſimoniacū,pp prædictā trāſa. ſua authoritate factā repulſus eſt,
& ſibi impoſitū eſt ſilentiū ſup ecclia, non ſuper literis tantum.

CAP. VIII.

Super eo,quod quæſiuiſti. [nō pōt] ſi agebat qs petendo
bñficiū,vel ēt ſi de pprietate ageret, nō licet aliqđ ſpūale p tpa
li dare[retēto]C.de trāſactio.[trāſactione amicabiliter] puta qa
vnus liberalr beneficiū reſignet tanq̄ iure carēs,& alius hēat tan
quā ius habēs.vel ſi agit de pprietate bñficij,licet ſpūale p ſpūali
dare, & repete, quod diximus.ſ.eo. ſtatuimus;& c.conſtitutus.

CAP. IX.

Præterea, quando inter. [Percipiāt] laicis.i.tacētib. & ɔſentiētib.ꝙ maiorē portionē recipiāt: nō dico ɔferētib. nā dādi res
ecclię nullā habēt ptātē. 10.q.j.c.j.& c ſe.[Simoniaca] qa reddi-
tus pure tpalis eſt,ex quo nouus eſt,& tm ius ɔſtituit, ut ius pro-
natus hēat.ſi aūt laici haberēt cēſum de ecclia ab antiquo.18.q.
vl.Eleutherius.& p eo recipe ius pa.poſſent forte.ſ.e.ſtatuimus
vbi no.bñ facit ad hāc decre.j.c.pxi.[nō tenet]nec quo ad trāſ-
ferendū ius pat.in laicos. nec quo ad cenſum dādum monachis.

SVMMARIVM

1 *Cenſus quid,& quomodo imponatur , ab eoque ſe quis eximere poſſit.*

CAP. X.

Præterea quarto loco. [tenebat.] ſupple, & vt ſe eximeret,cēſum
bene reddere pmiſit[trāſactione]no. ꝙ licet cenſus recognitio
ſit debitę ſubiectionis in aliquo.j.de cēſib.oī .pīa.19.q.2.Eleu
the.qñq; tamē dat in ſignū exēptionis,vt hic ſiebat,ſed male.qa
ſicut,ſ.pxi.c.diximus,nō licet nouū reditū dare,vt ſe eximeret:
ſed bene licebat ſe ex mere,& in ſignū.qđ aliqñ fuit ſua,& ꝙ ex-
emptionis bñficiū recepit ab eo,aliquē cēſum imponere,ar.18.
q.vl.Eleutherius.j.reli.do.ɔſtitutus,& c.cū vener.j.de cēſi.cum
vene.vetere aut cenſum, cū ſit ius ſpūale,bñ poſſet hæc cella re-
mittere mrici ecclię,ut ſe eximeret,q̄uis nō ſit veriſimile,ꝙ cel
la de mrici ecclia cēſum recipiat[catenus.] i.eo pacto[ſnīa.]ſ.ꝙ
ſint ſubiecti matrici ecclię[ingetatē]dic,ut no.ſ.c.pxi.nam nō
valet tranſactio facta de re ſpirituali,aliquo temporali dato.

SVMMARIVM.

1 *Legato Papæ.an liceat ſuper conſanguinitate.*

CAP. XI.

Ex parte tua,& infra. [cōponēdū] inter ñatinos in Ro.habitātes, vl
inter Gręcos & Latinos[detrahere]in pęnitētiis,& pęnis impo
nēdis,uel diſpēſando cū eis[cōiugij.] ſ. ꝙ qs poſſit vxorē legiti-
mā dimittere,vel ſupinducere alienā: alias ſup affinitate & ɔſan
guinitate licet diſpēſare.35.q.3.q̄dā,§ qđ ſcripſi.& ēt legato.j.d
ɔſan.& af.ꝙ dilecto.hodie tñ pōt dici,ꝙ nec legato licet diſpēſa
re ſup ɔſ.j de ɔſ.nō dēt[à ſeueritate.] i.nō licet ſup illo diſpēſare
[expreſſum.] ſ.ꝙ nō poſſit cōponi , vel diſpenſare [pcedas] diſpenſando,vel cōponendo,vel pęnas mitigādo [humaniorem.]
ff.de pęnis,reſpiciendum.ſupra.de tempo.ordin.vel non eſt.

SVMMARIVM.

1 *Poſſunt non beneficiati,& in minoribus ordinibus conſtituti coram ſeculari iudice litigare.*
2 *Q̄ñ liceat aduocato,uel medico,de totius litis,uel morbi ſalario paciſci.*
3 *Pro eccleſiaſticis negotiis licet coram ſeculari iudice litigare.*

De Poſtulando.Rubrica. 37.

CAP. I.

CLerici non ſubdiaconatu. [ſuſtent.]†Si aūt nō ſent beneficiaai,& in inferiorib. ordinibus cōſtituti, poſſunt coram ſeculari iudice litigare.
in

In ſacris aūt ordinib.ɔſtituti,& beneficiati non phibent corā ec
cleſiaſtico iud.litigare;& nihil tñ quærent p ſalario , ſed obl itū
ſpōte recipient.Monachi & priores nunq̄ aduocant. j. ne cleri-
ci.nō magno.16.q.j.alia, & c. ſe.niſi p mo. & abbate imperāte,
vt j.e.c.pxi.ſacerdotes aūt niſi p ſe,& eccleſia ſua, ɔiūctis,& mi
ſerabilib pſonis aduocabūt.j.e. c. vlt. ēt corā eccleſiaſtico iu.&
ibi dicit[aduocati]aduocat⁹ mīta remedia hēt ad agēdū,vt no.
2 in ſumma. C. de ſuffra.† Et dic, ꝙ ſi aduocatus, vel medicus ab
initio ɔuenerunt cū aliquo de ſalario totius morbi,ꝙ ex tunc,ſi
faciunt aliquā ɔuentionem non valet.ſed ſi ab initio nō fecerit
aliquam ɔuentionē de tota lite,vel infirmitate, licet a clientulo
vel infirmo receperit aliqd p conſi.vnius diei;nihilominus pen
dente lite,vel infirmitate pōt paciſci cū eo C.de poſtula.qſqs.§.
pterea.ff.de va.& ex.cri.l.j.§.ſi cui.aſr dicere abſurdū eſt, & non
eſt.ɔ.C.de pfe.& me.li. 10.l. antepe. q ibi loquit de medicis,q
recipiūt ſalariū de publico,q à nullo infirmo pñt exigere ſalariū
ſiue in pr.īfirmitatis,ſiue poſtea:ſed à ſanis pōt recipe ſalariū,ſi
ue ī pr.infirmitatis. ſiue in fi.& hoc eſt ea rōne,qa p ſanis nō ex
cipiūt ſalariū de publico:tñ qñcūq; plus debito exigūt,reducēt
ad formā iuris.ff.de var.& extraor cri.l.j.in pr.& §.ſi cui.[Nego
ciis]no.p eccleſiaſticis negotiis bene licet corā ſeculari iudi.ad-
uocare[pro miſerabilibus.]idem credimus de aliis,qui continē
tur.ff.de poſtu.l.j.§.vlt.& 5.& l.ſeq.

CAP. II.

Ex parte tua fuit propoſitum. [ſuſceptores] id eſt aduocati[executores] id eſt procuratores.

SVMMARIVM.

titur, qui sēper tenent iurisdictionem suā, quousque reuocet. ff. de offi. præsi. legatus. ī. de præb. nisi essent. sed hoc obtinet in his, qui nullam iurisdictionē habent super litigantes, licet aliter sint ordinarij. tunc. n. si promittatur pœna, vel tractatus sit habitus de eligendo eū in arbitrū, præsumitur esse arbiter tñ, arg. ff. de arbi. l j. si seruus pluriū. §. vlt. ff. de arbi. litigatores. §. j. & 2. ff. de diuor. l. vlti. alias si pœna non promittatur, cū tunc nec metu pœnæ, nec alio modo tenet snīa vt res valeat potius, quam pereat. ī. de ver. sig. c. Abbate, præsumam eum elec. iudi. ff. de reb. dub. quotiens. vel dic bene licitum esse à principio cōmittere alicui, ꝙ aliquos eligat arbitros, & sic intelligitur proxi. c. & de elec. in causis. sed ꝙ a partibus duabus electis tertius addatur per iudicē, vel per aliquos, hoc non licet ratione supradicta. f. quia malum est fundamentum compromissi: sed quando partes suā potestatem dant arbitris, vel alijs, vt alios arbitros eligant, nō quia dissentiant ipsi arbitri, sed quia partes in eis plene confidunt, nec fundamentū habet malum, nec aliquod aliud malū, ideo valet.

CAP. XIII.

Cum à nobis petitur, & infra. [Exigebāt.] Nō agebatur de statu monachorū, sed de causis, alias capitulis à statu dependentibus. & quod est no. quasi ex ea causa petebatur, qa mon. non esset liberum, & tamen compromittitur. de hoc not. s. eo. cum tempore. [Mediatorum.] Et isti mediatores, ex quo receperunt, rectē arbitri sunt, & sunt cogendi arbitrari. ff. de arbi. l. 3. §. 1. & l. item si §. Pomponius. melius dicitur, ꝙ sunt dele. vt no. s. proxi. decre. [Mediatorum.] s. eod. c. proxi. cōtra sol. ibi. [Confirmamus.] De voluntate partium, alioquin non cogetur quis ei stare, nisi pœnæ metu. C. de arb. l. 1. imo & sine voluntate partium, quia iudi. dele. sunt, vnde eorum sententia tenet.

SVMMARIVM.

Compromissio an transeat ad hæredes, etiam si in ea caueatur de hoc.

CAP. XIIII.

Compromissum. [Caueatur.] Imo etiā si caueatur & de hæredibus vnius partis non alterius, non valet. ff. eod. sed interpellatur. §. si ab altera

Primi Libri Finis.

LIBER

LIBER SECVNDVS.

De iudicijs. Rubr. 1.

SVMMARIVM.

1 *Episcopo excommunicato, quamuis non episcopatus, reditus tamen ei auferendi sunt.*

CAP. I.

De quouultdeo. Supplet ita statutum est. [Eum.] f. Quouultdeū. [Introduci.] i. aduocari, vbi accusaretur. [Interrogatus.] Ad hoc valet interrogatio, ne post eum. f. ꝓsilium, corā quo accusabatur, recuset. 3. q. 3. offeratur. s. de off. dele. super quęstionum. vel ex abundanti fuit hæc interrogatio. [Promiserat.] Idē est, si non promisisset ei. uouultdeo. [Epatum.] Sed redditus epales sibi auferri dēnt. ī. de ap. pasto. in fi. [Exitū.] Qñ erat lis pteēt. j. vt li. nō pte. qm accedēs, i. nisi p annū duraret in excōicatione. 11. q. 3. rursus, & no. s. de ęta. & quali. cū bonę.

SVMMARIVM.

Laici ecclesiastica negotia, an tractare possint.

CAP. II.

Decernimus vt laici. [Tractare] Scilicet suo nomine tanquam ius habentes in eis, 10. q. 1. c. 1, 2. & 3. nomine autem ecclesiæ tractare possunt. s. de f. yn. c. vno. sed nec generalem administrationē & principalē habere possunt laici, & maxime de spūalibus, vel de iurisdōne super clericos. [Prælati.] Ar. ꝙ prælati sunt iudices ordinarij. de hoc no. s. de off. or. cum ab ecclesiarum, & c. quanto. [Iudicio.] i. auctoritate, consilium autem requirere possunt.

SVMMARIVM.

Ius patronatus & ius funerandi, an dicatur spirituale.

CAP. III.

Quanto. [Connexa.] Causa iuris patronatus non dr me rē spiritualis, quia à laicis possidetur, si militer & ius funerandi. ff. de mor. inferē. l. 1. tamen dominiū sepulchrorum non pertinet ad eos, Insti. de rerum diui. §. nullius.

SVMMARIVM.

Crimina quæ dicantur minora, quo ad auctoritatem Episcopi.

CAP. IIII.

At si clerici. [Iudice.] Nisi sup hoc essent infamia respersi. tunc. n. nisi se purgarēt, possent puniri, 2. q. 1. multi. vel ibi loquitur de laicis. [Confessio.] Quæ exigantur, vt ꝓfessio præiudicet, no. in sum. C. de ꝓfes. [Iudice.] Repete, q̄ diximus. s. de elc. per inquisitionem. [Deponit.] Tamē distingue in modo agendi. ī. de simo. dilectus. 2. [Minora.] Minora dicimus omnia, in quibus non est eis prohibita dispēsatio. nam in alijs omnibus dispensare potest. ī. de sententia ex. nuper nam in hæresi dispensat, so. dist. presbyteros. dic, vt no. s. de tēpo. ord. dilectus. [Peractam.] Vel partem, 82. di. presbyter. [Cōtritione.] Sufficienti. alias secus, 21. q. 5. si quis cuiuslibet, 17. q. 4. attendendum, & c. si quis deinceps. [Seculari.] Nisi sit in corrigibilis. ī. eo. cum ab homine. 3. q. 4. clericus, 11. q. 1. si quis.

SVMMARIVM.

1 *In quæstione feudi coram paribus curiæ agi debet.*
2 *Quæ actio sit intentanda contra dominum, qui non expectato iudicio pariū expoliauit vasallum, & ad quem appellatur in causa huiusmodi feudatariorum, in nu. 3.*
4 *Pares curiæ debent seruare in iudicando ordinem iudiciarium, cum sint ordinarij.*
5 *Cum de iniurijs, vel de feudo in dominum, vel alium commissis agitur, coram domino vel paribus agendum est.*
6 *Nunquam cum agitur conditione ex l. feudorum alia pœna, nisi amissionis feudi, imponenda est.*
7 *Quæstio an sit res feudalis, præcedere debet, vbi agitur rei vendi. vel alia act. per quam ius feudi potest in iudicium venire.*

CAP. V.

1 **Cœterum.** [Promulgatur.] Ab ordinarijs alijs petentibus eas pos. vt feudum. † [Parati.] Si qō feudi inter dūm & vasallum vertitur confitentem feudalem rē ad quam agitur. f. vt de ea reddat rributum, vel aliud simile coram partib. curiæ agitur, hoc saluo ꝙ si pares grauarent ecclesiā posset appellare ad proximum superiorem, vel ad Papam, 2. q. 6. Romanam, si quis nostrum. Alij ꝓdicunt dicentes, ꝙ tūn pro-
2 ximus superior appellabitur, ēt si sit laicus. † Sed quid si dñs nō expectato iudicio partium expoliauit vassallum? si fuerit vasallus laicus, conuenietur dñs coram parib. curiæ interdicto, vnde vi, si vis armata fuerit, pp honorem dñi act. in factū, vel alia actione, ff. de vi & vi arma. l. j. §. interdictū hoc ēt. si aūt fuerit, clericus expoliatus, statim spoliator p iudicē ecclesiasticum et cogēdus restituere clerico, qđ rapuit, quia sacrilegus est, qđ crimē ecclesiasticū est, 16. q. j. in canonib. & ēt si dubium sit de spoliatione, tñ cognoscit ecclesia, arg. 23. q. 3. si quis de po. Alij dñt corā ordinario rei, non corā dño semper agendum ad restitutionē interdicto, ēt si laicus sit expoliatus. ī. tit. pxi. ex parte. & fortè hoc est melius, quamuis potest dici illam decre. hre locum qñ alius, quā dominus spoliauit, vel dic, vt in gl. qdā. si vero inter duos vassallos sit ꝓtrouersia, quia vnus vēdicat ab alio rē, qa dicit ꝙ in feudo succedere debet, vel alias dicit ad se pertinere, alius aūt negat, vel dicit se habere ius in re feudali, q̄ alius tenet, qđ ius est sibi ꝓstitutum de ꝓsensu tam dñi, quā feudatarij, quorum ꝓsensus requiritur, quia vtriusq; interest, tunc etiam si vter que dicit se habere ius suum feudi, siue ius ab eodē domino coram dño feudi, agendū est, vt hic. si aūt actor, vel reus dicit se nō habere ius in re illa ab eo, quem aduersarius dicit dominum, tñ ipse cognoscet, an res sit feudalis, corā quo citatio facta est, sed non diffiniet super hoc scilicet an sit feudum, uel non, sed an sua sit iurisdō. ff. de iud. si quis ex. alij tamē dicūt ꝙ nō debet esse iudex, quia dr dominus. C. ne quis in re su. l. j. ff. fa mil. ercis. l. si p. sed corā ordinario rei agetur. & fallit hæc regula. ff. de iudi. si qs ex. sed reus pōt excipere coram suo ordinario, si ibi conueniat, quia iurisdō pertinet ad dñm. Et si voluerit probare, poterit, ꝙ ab eo tenet in feudum: qđ si probauerit, remittetur ad eum. ī. ti. proxi. ex transmissa, & c. verum. & hoc intelligo verum, vbi vēdicat rem nulla expressa causa, quia quando in genere petit, omne dñium, quale cunq; sit, ēt si feudatarium sit, in iudicium deducit. ff. de exce. rei. iu. l. si mater §. eadē. sed si dicet vendico talē rē, quia quæsiui dominium per ꝓscriptionē, vtile & directū, vel emptionem a dño, tunc forte non posset reus excipere de feudo corā ordinario, qa nec pōt iudicare, nisi de causa qua petit, & ita non iudicabit de feudo, arg. ff. de iurisdom. inod. l. pen. §. vlt. C. ad l. Cor. de sic. l. j. quamuis dicant quidā, ꝙ ēt si exprimat vendi tionē, vel ꝓscriptionē, ꝙ ēt tunc ius feudatarium deducit in iudicium. sed hoc non patit illud verbum, directū, vel ēt qua quando agitur actione in rem expressa causa, dñium ex sola causa expressa venit in iudiciū. ff. de excep. rei iu. si marer. & ideo si expri matur causa, recte opponitur exceptio corā ordinario, quia res non est feudalis. & idē dico. f. agendum corā domino feudi, si ꝓsonali actione agitur ad rē, quā vterq; feudalē confitetur. & codē mō si reus cōuentus corā domino neget rem feudalem esse, non agetur hæc qō, vſq; quo dominus, vel actor probet coram iudice ordinario cā feudalē, quia præiudicialis est, arg. ī. tit. pxi. si clericus, arg. Insti. de ac. §. præiudiciales. Sed qd dices, si feudatarius alij ꝓcessit aliquā partem feudi, vel aliquod ius in feudo? Respond. si concessit in feudum, fiet sub eo, qđ faciendum diximus sub primo feudatario, vt s. si aūt non in feudū dicit se habere, corā iudice ordinario agi debet. † Sed q̄ro, ad quē appellabitur? Respō. dñm in casu suo, & pares in casu suo ordinariā iurisdictionē habere sibi ꝓcessam lege Federici, in ꝓcessione feudorū, de feu. non alie. imperialē. & ideo ab eis appellabit proximus superior dñs feudi. & si non sit ibi dñs proximus superior dñi feudi, appelletur iudex ordinarius, in cuius territorio est res feudalis, de qua agitur. C. de iud. l. vlt. Si autem agit de iniuria, quā, passus est circa fidelitatē, vel capta fidelitatis vasallus à domino vel econuerso, appellabit iudex ordinarius rei, ar. quia appōnes gradatim sunt faciendæ, 2. q. 6. antertorū. vel dic, ꝙ sup hoc appellabit iudex ordinarius, sub cuius iurisdōne res sita est. ēt si agatur de iniuria facta in re feudali, puta in interdicto, vnde vi, vel alio cōsimili. Si aūt agant de iniuriis, non in reb. feudalib. factis, sed extra, non agent sub dño, sed coram ordinariis. & codē modo si agat ꝺ dñm de iniuria facta extra rem feudalē, vel non tangentē fidelitatē, quā domino ꝓmisit, vel econuerso, nō aget corā domino, nisi agāt inter se admissionē feudi, & hoc in libello debet ꝓtineri. Tūc. n. corā parib. agit. quia agit in rē. f. ad rem feudalē recuperādā. vel ad ius, qđ ibi hēt dñs. penitus amittēdum. & si appellabit, ad ordinarium dñi appellabit. ff. ad munici municipes. §. vlt. nec possunt litigantes ēt vtriusq; ꝓsensu dominum dimittere. arg. ī. tit. proxi. ex transmissa. dominus aūt & vasallus licitè possunt iudiciū parium dimittere, quia ibi nulli fit prę-
iudiciū, quia si dominus non habet pares succedent arbitri ad similitudinē iudicū suspectorum. ī. de app. cū speciali, & 11. q. j. si clericus aduersus. Itē nō credimus oēs vasallos vocandos, ut iudicent, sed ex parib. vasallis dominus vnum eliget, & vasallus alterū, arg. 2. q. 6. placuit. Alij dicunt, ꝙ ipsi pares tūn eligent ex se duos, vel quē voluerint, quia ipsorū est iurisdictio a lege data, & eam

ADDITIO.

2 ¶ Si autem fuerit. Ad hoc dictum Inno. adde Feli. & ibi no. per ipsum in c. ecclesia sanctæ Mariæ, col. 4. in prin. supra de constitu. tio.

Universidad de Deusto Biblioteca

cam pñt,quib.volunt,mandare,arg.63.dist. c.2. & 3. & in multis aliis c.eiusdē dist.& sc. & dñr pares, quia omnes sunt vasalli, vel qa si Comitum est cā,Comites debent esse pares, vel quia si
4 milia feuda habent. † Itē ordinē iudiciariū seruabunt cū sint ordinarij.si aũt inter dñm & vasallum, vel inter vasallos agitur psonali actione,q̃ non sit de iure feudali,sed agitur circa rem feudalē,puta pignoratitia, vel depositi,vel alias ēt de re in feudo cōcessa,semp corā ordinario agitur.alij ꝯ. sed dicunt quidam,& si ad rē feudalē agitur,& hæc sunt vera,vbi tm̄ est dñs.feudi,& nō est iudex,vel vbi certa res est infeudata,& nō iurisdictio, quia si iurisdō sit infeudata, tunc ipse cognoscet de omnib.causis.ēt ordinario iure.Itē ab eo appellabitur iste superior, q iurisdōnē infeudauit,& tales sunt Epi, Abbates,Duces,Comites,Barones,&
5 oēs alij,qui iurisdōnē habent ab Imperatore,& aliis. † [Quādiu parati.] Quidā dñt, & fortè nō malè, ꝙ qñcunq; agiť de iniuriis vel de feudo in dñm, vel aliũ cōmissis, si agimus iure feudali,vel ꝯdi.ex l.feudorũ, agendũ est corā dño, vel parib. nā cũ alio iure dñs feudi nō habeat iurisdōnē super vasallũ, nisi lex feudorũ ꝯcedat,nisi ex illa.l.agať sub eo,aliter agi non pōt.si aũt talis sit causus,ꝙ nō possit agi ꝯdictione ex l.feudorũ:corā ordinario agen-
6 dũ est,nisi ambo nitanť iure feudi.† Et no.ꝙ nunq̃,vel raro, si agať ꝯdōne ex l.feudorũ,imponiť pęna alia,nisi amissionis feudi, vel alia super re feudali.si aũt coram ordinario agitur & iure cōmuni,& pęna l.siue corporalis,siue alia imponitur.Item vbicunque agitur de re feudali siue vēdicatione, siue interdicto uel als inter duos intendētes tm̄ iure feudi, tm̄ corā dño agiť, vt hic.& illa decr.ĵ.ti.pxi.ex parte, non obstat, qa dña ibi nō iure feudi,
7 sed dotalitij iuuabať.† Item dñt quidam,ꝙ hæc qō,an sit res feudalis dēt pcedere,vbi agiť rei vendi. vel actione, per quā ius feudi pōt venire in iudiciũ, & prius hæc lis terminabiť. & hoc ipso, ꝙ negat se in feudũ tenere,si qđ ius feudi habebat, amittit,arg. 8.di.quo iure.ff.de rei ven.l.fi. [Quādiu parati.] Si.n.dominus malitiose differat procedere,tunc coram ordinario agetur.

SVMMARIVM.

1 *Subtilitates sint prohibitæ,& quo iure.*
2 *Actiones an secundum canones sint proponendæ.*

CAP. VI.

1 **Dilecti fi.** [Subtiliter.] † No.subtilitates ſm canones reprobari,& idē qñq; ſm leges.ff.ad l. Aqui.ita vul.§. vi.ff.q mo.pig.vel hyp.sol.sicut.§.si debitori.ff. de religio
2 sis,sunt psonæ.ff.man.si fide.§.quædam actio.† arg.actiones nō proponendas secundum canones.ĵ.de do.& contu.c. 1.& C.si p vim vel alio modo l.1.ꝯ.ĵ.de mu.pe.c.1.11.q.1. experientiæ.ĵ. depo.grauis.sol.secundum canones dicimus non esse proponēdam actionem,sed si proponatur & inepta, non obtinet, qđ petit.ĵ. eo.examinata. secundum legem semper proponenda est. ff.de admi.tuto.quotiens.§ 1.Insti.de act.in princip.

SVMMARIVM.

Excommunicatus an stare possit in iudicio.

CAP. VII.

Intelleximus. [Per alium] ĵ. de proba. post cessionē,ꝯ.sol. hic spāle est in reo pp cām, q̃ hic ponitur.idem ēt vr̄ in actore,qđ in causa absolutionis, vel vbi agetur de iniusta excōicatione,s̄.de offi.deleg. cum contingat,& in aliis causis,quas agere permittitur possit constituere.
a procuratorem.melius est [a] enim,ꝙ causam agat per seipsum.

ADDITIO.

a ¶Melius est. Adde quod hoc refert & sequitur Car. in consi. 46.incip. videtur quod dictus.in fi.

CAP. VIII.

Clerici,& infra. [Dicat.] Auct. vt clerici apud proprios.§.vlti.ĵ.de iura. cal. inhærentes.§.nam.[Traditur.11.q.j.c.j.& 2. [Consuetudine.] De hoc.no.s̄.de consue.in prin.& c.fi.

SVMMARIVM.

Capitulo,vel conuentui,an liceat agere sine auctoritate episcopi.

CAP. IX.

Causam. [Fratres.] Monachos.s.Dulmen. & q morantur in ecclesia.cathedrali.[Ingrediantur.] De hoc no.s̄.de rescri.edoceri.[Valeat.] Et iustè, quia cum esset negocium conuentui cōe,& epo,non licuit conuentui sine episcopo agere,vel ꝙ erat grande negocium, vnde sine auctoritate episcopi agere non poterant, ĵ.de his,quæ fi.à præla.quanto.

SVMMARIVM.

1 *An sufficiat depositio pro crimine clerici.*

CAP. X.

Cum nō ab homine. [Deponēdus est.] Arg. s̄.eo.at clerici.C. vt se.
2 l.vltima. & C. de sportula.l.2. † [Deponendus est.] Vbi clericus deponitur pro crimine, sufficit depositio. supra ,eod. at si clerici,nisi enormitas criminis aliud inducat.ĵ.de fal. ad fal.3.q. 4.clericus, 11.q.j. sacerd. vel nisi sit incorrigibilis, quo casu est procedēdũ, vt hic dr̄: ꝯtumax vero primo excōicatur post si est incorrigibilis, anathematizatur, & post deponitur.74.dist. Honoratus, 34.dist. quorundam. [Excommunicari.] Minori excommunicatione. [Anathematis.] i.maioris excōicationis.

SVMMARIVM.

1 *Successor litem cęptam, an prosequi teneatur super aliqua re ecclesiæ,& quid in defectum successoris.*
2 *Sententia contra vnum lata,an contra successorem possit exequi.*

CAP. XI.

Quia V. [Secundũ formā.] i. quod mediante iustitia pcedant.[R.] Notať.s̄.de rescri.eā.Sicut. Nō tm̄ tenebiť interdicto.ff.de vi & vi arma.cum a te, ĵ. de rest.spolia.cũ ad sedem.[Terminetur.] Auct.præsentiũ literarũ, non preteritarũ,cum de hac persona non faciant mentionem.quidam tamen dicunt, ꝙ auctoritate pcedentiũ literarum procedēt in odium rapinæ,simile.s̄.de ali.iu.mu.cau.fac.c.j.hic autem nunquā intelligas,ꝙ in causa cępta ꝯ spoliatorem, etiam si lis sit ꝯtest.& ēt in causa conclusum ita,ꝙ sola sñia ferenda restet, ista sñia feratur ꝯ successorem,cũ hoc interdictũ.s. vnde vi, personale sit.ff.de vi & vi ar.l.j.§.pen.imo si reali actione ageret,oporteret ꝙ noua actio intentareť ꝯ nouũ possessorē,ar.op.ff.de pet.hære.l.pen.& de rei ven.is,à quo,& l.seq.ff.de re.iu. in sum.§.si nisi forte esset hæres,in quem bene daretur actio post li. cont. ff.de rei ven.si is qui,& l.si autem.§ j.& hāc decre. intelligimus ita, ꝙ oportet eũ à capite incipere agere ꝯ successorem, & non ageť ꝯ successorem interdicto, vnde vi, nisi scienter accepisset à spoliatore, ĵ.de resti.spolia.sæpe.& forma priorum literarũ talis erat,ꝙ possessorio & petitorio agi poterat,siue peti, imo & si in literis non contineretur de vtroq;, tamen agi de vtroque po
1 terat, ĵ.de cau.pos.c.j. ĵ.de sequest.pos.c.j. vbi no.† Quidam ēt dixerunt,ꝙ si aliquis agat petitorio ꝯ aliquē super aliqua ecclesia petendo eā,ꝙ successor debet lite cęptā prosequi, & si non habet successorē pp litē:vel pp timorem,tunc Eps vel alius,ad quē pertinet,prosequatur litē,vt no.ĵ.de resti.spolia. olim. sed nobis hoc non placet,quia illud haberet locũ,si nomine ecclesię ageret, vel defenderet,puta si petereť aliqua pos. ecclesiæ,& alius nomine eiusdē ecclesiæ ipsam ecclesiā, & possessionē defenderet.sed hic neuter nomine ecclesię agit.non.n. transfertur prosecutio litis de persona in personā,nisi in hæredibus, vel vniuersalibus & successoribus.C.de acq.hęred.l.fi.ff.de acq.pos.Pomponius.§.cũ quid. vel in dominis, qui per procuratorē agunt.
2 ff.de procu.in causæ,vel à filio in patrem.† Item vr̄, si reus moritur post litē cęptā,etiam si constaret de meritis cāæ, non est ꝯ C.de adul.quāuis.quia ibi loquitur, vbi absente accusatore constabat de crimine per confessionē accusati, quod non debet relinqui impunitũ,etiam si accusator nollet, ĵ. de collu. de te.cri-
3 mina.imo plus vr̄,† ꝙ si sñia lata esset pro aliquo,& post sñiam moreretť reus,qui ꝯdemnatus ad restitutionem esset, post mortē nō mandabiť sñia executioni, nisi pmissa summaria cognitione,si sit aliquis, qui velit aliquid dicere contra eum.ff. de re iudi.à diuo.§.si super rebus,& §.seq.ĵ.de testi.veniens,2.

SVMMARIVM.

Priuilegia sedis Apostolicæ quis interpretari possit.

CAP. XII.

Cum venissent. [Per alios.] Quam per nos. conc. dētis enim est interpretari, ĵ.de sen.excom.inter.ff.de præ. stip.in p̄to.[Iudicari.] Directè. nam indirectè pōt,si quæratur,an sint vera,vel falsa priuile. incidenter.Itē si quæratur,an iuuet causam , pōt cognoscere iudex, & eis non obstātibus iudicare super q̃stione sibi proposita ita, ꝙ priuileg.non faciat mentionem,ar.C.de iudi.quotiens.C.de ordi.iudi.l.j.vel dic,nemo potest iudicare super priuil.se. Apostoli.vbi agitur de iure se.ap.vel de exemptione , vel interpretatione tantum prohibet.s.cum de ipsorum verbis dubitatur.

SVMMARIVM.

1 *Denunciatio euangelica,quæ sit,& qualiter vtenda, & quis ad eā teneatur,& qui testes in ea admittantur,habes in nu.2.& 3.*
4 *An denunciatio ista habeat locum in re temporali.*
5 *Legitima monitio præcedere debet antequam quis denuncietur.*
6 *Consue.& priuil.inuicem parificantur.*
7 *Fractæ pacis,& periurij crimen pertinet ad iudicium ecclesiæ.*

CAP. XIII.

Nouit ille. [Si peccauerit.] 2.q.j.si peccauerit.[Regulam.] s. admonendo . quædam denunciatio est euangelica,de qua hic loquitur, & 2.q.j.si pecca.& in ista hoc modo procedendum est, ꝙ si quis priuatim scit peccatum alicuius,priuatim ꝯ illum debet prosequi mandatum euangelij,& tādem in priuato debet eum habere pro ethnico , & pu.& bene habes in præalle c.si pec.& 45.dist. sed illud non otiosè. si autem peccatum est manifestũ, tunc manifestè debet prosequi mandatum euangelij denunciando crimē eius iudici, & probādo per testes,& tandem post sñiam ecclesiæ dēt eum habere p ethni.& pub.publicè,ēt si non esset excōicatus.s. vt non habeat familiaritatē cũ eo,sed non teneť cũ vitare in oratione, nec in mensa,nec in alijs hmōi.& hanc denunciationem pōt prosequi ēt ille,cuius interest ratione rei familiaris,vt hic, & ēt petere,ꝙ sua interest,& dicere,vt cũ non possit agere pnīam , nisi satisfaciat,ꝙ reddat ei,ꝙ sibi debet,14.q.6.si res.& hanc denunciationē debet pręcedere monitio,vt hic.& vr̄,ꝙ in hac denunciatio-
2 ne non sit necessarius ordo iuris.ĵ.de do.c.j. † Quidā tm̄ dicũt,& fortè non malè,ꝙ vbi quis per denunciationē suũ interesse debet ꝯsequi,ꝙ tunc ordo iudiciarius est seruandus, & hoc est tutius,quia illud seruare non pōt nocere.ad istam denunciationē non credimus aliquē teneri,nisi sicut tenetur ad alia opera charitatis,nisi sit talis,ad quem ratione offi.& curę hoc pertineret, 23.q.4.duo.ad denunciationē hanc oēs infames,& minores,&
3 mulieres credimus admittēdos,nisi pmaneāt in crimine. † Ad testimoniũ autem in denunciatione,dicunt quidā, ꝙ idē admittunť.& hoc satis dici potest,vbi sola pnīa de crimine quæritur, & non aliquod tpale,neque directè,neq; incidenter,qa tunc tā
4 tum alij legitimi testes admittendi sunt.† Item dicimus,[a] ꝙ iste
a modus agendi hēt locum, vbi aliquod tpale, in quo est reus naturaliter obligatus,debet dari,vel fieri , ēt si ad illud petendum nulla ꝯpetat actio ciuilis,vel canonica , vt qñ quis iurauit dare, vel facere sine stipulatione,locũ hēt denunciatio , vt hic. & est idē in oīb. alijs quæ debēt dari,vel fieri,& peccat qui promisit, nisi promissum impleat,vt hic, vbi dicit, ꝙ ad Papam pertinet, de omni peccato mortali quēlibet corripere.ad idem 22.q.2.ne quis,& q.5.hoc vr̄,& ĵ.de insti.cum venissent.est & alia denunciatio,quæ dr̄ canonica,sed tm̄ ortũ hēt à lege vete.testa.quę est de crimine non ꝯmittendo.s. vt ab eo desistatur. & de hac denũciatione loquiť ĵ.de despon.impub.ad dissoluendum. 22.q.5. hoc vr̄.hæc āt denunciatio canonica hēt locum non solum sup criminibus perpetratis,sed ēt perpetrandis,si crimina perpetrāda recipiunt augmētum pp multiplicationem actuum,vel pp ꝯtumeliā iniuriæ,sicut est,qñ aliquis persistit in illicito ꝯtubernio;vel qñ persistit in iniuria, & rapina . & de hac denũciatione loquiť ĵ.de inreiu.quēadmodum,in fi.& in hac,eadem dicimus quæ in superiori,nisi quia ad hanc dicimus quoslibet teneri , si credunt proficere suā denunciationē , & denunciantib. non est nimis grauè eos denunciare,& sic loquitur 22.q.2.ne quis. & q. 5.hoc vr̄,& c.pal.anima.nimis autem graue esset denunciantibus,si pp hoc deberent à suis negotijs desistere,vel si pp hoc deberent vel inimicitias vel pericula aliqua incurrere . licet.n.denunciare bonum opus sit,non tamen tenemur ad idē præcisè,sicut nec ad alia bona opera,nisi in casu pdicto, & qñ sic offert se opportunitas,sicut dictum est,quia qñ sic offert se opportunitas,esset peccatum negligentiæ,nisi denunciaret crimen ꝯmittēdum,sed non ita esset crimen negligentiæ imputādum,si commissum crimen,ꝙ iteratione non reciperet, non denunciaret: quamuis & de illo dici possit, ꝙ tanta posset esse denunciandi opportunitas & tanta credulitas proficiendi, ꝙ aliquod peccatũ esset non denunciare,licet non tm̄,sicut est tacere in denunciando crimen ꝯmittendũ. De alia ēt denunciatione mentionē faciunt canones,& leges,q̃ non est modus agendi, sed præcedit actionē,vel denunciationē,& de hac denũciatione loqtur 2.q. 7.qua pp,& c.seq.& c.accusatio.& ĵ.de accu.c.fi.& de calũ.c.fi. & in multis alijs est facile inuenire exēplum de tali denũciatione,tā in decreto q̃ in decreta.& in Auct.vt iudi.sine quo.suf.§.si qs.§.necessitatē.& §.seq.& de hac modicũ agimus,quia non est
5 per se modus agendi.[Sufficientē.] † Videlicet ꝙ non præcessit ltīa monitio, vel ꝙ denunciator sit criminosus. 3.q.7.iudicet, vel alia cā iusta.& ex hoc colligiť,ꝙ in fine non mandat cognosci de cā principali,sed an denunciatio sit admittenda. [De feudo.] Directè,secus indirectè.qa non pōt agere pnīam,si non restituat.6.q.1.illi q,22.q. 2. pręd icandum,23.q 4.ecce.14.q.6.si res.[Spectat.] Secũdum distinctionem.quam no.s̄.c. cęterum. [Iuri.] Illi.s.quo cauetur,ꝙ dñs,vel pares debēt esse iudices,vt no.s̄.c.cęterum.[Priuil.] Fortè.n.Rex Angliæ habebat priuile. à Rege Franciæ,ꝙ non iudicareť per ipsum tanq̃ per dñm , sed p cōes eorũ iudices, vel per alias certas personas cōiter electas. idē esset,si super hoc spālem ꝯsuetudinem haberet. [Consuetu
6 dinem.] † No.parificari ꝯsue.& priuile.9.q.3.ꝯquestus.64.di.qa. Item no.ꝯsuetudinē dare iurisdōnē,s̄.de arbi.dilec. [Valentinianus.] 63.di. Valentinianus.[Theodosius.] 11.q. 1. ꝗcunq; valet. [Theodosius.] Qũo legē abrogatā inducit,cum dēt puniri.C. de ve.iu.en.l.vlt? Rñ.licet ius ciuile sit sublatum , tamen necesse est scire,7.di.fuerunt,& insuper rō remanet.ff.de ca.mi. eas. Itē ecclesia potest pro se inducere legē,q̃uis non valeat ꝯ se.vel me
b lius , [b] priuile.fuit ecclesiæ ꝯcessum, vnde hoc adhuc hodie durat.[Petitor.] De quo minus vr̄,q̃ de reo,cũ fauorabiliores sint rei,q̃ actores.ff.de re.iu.fauorabiliores.[In initio litis.] Ante li. ꝯte.[Decursis.] Post li.ꝯtest.ante ꝯclusionem.[Peroratur.] Idest cum allegať.[Sermone.] Idest rōnib. vtriusque partis, vel rōne. [Ex Deo.] Dicente Petro quodcũque ligaueris, &c.s̄.de maio. & obe.solitæ.[Mortali.] Directè, vel īdirectè,2. q.1.multi. ff.de pet.hæred.hæreditas.[Pacem.] s̄.de tre.c.1.24.q.3.si quis Romipetas.[Iuramenti.] No.crimen pacis fractæ , & periurij directè pertinere ad iudiciũ ecclesiæ, vt hic idem in crimine simoniæ, sacrile.vsurarum,hęresis,separationis mr̄imonij ad thorũ pp adulterium.22.q.1.c.pen.12.q.1.nulli liceat.[De plano.] In modum denunciationis.[Querimonia.] An sit denunciatio admitteda. [Exceptio.] Contra denũciationem.n.admittitur exceptio criminis,siue prosequatur suam iniuriam,siue non,qa q agit ad pęnam,omnem maculam dimittere dēt.ar.3.q.7.iudicet,& c.q sine.25.di.c.vlt.35.q.6.eps.infames tamē admittuntur ad denũciationem,dummō egerint pnīam. [Omittat.] Quidam dñt, & fortè non malè,ꝙ non solum isti iudices cognoscent , an sit denũciatio admittēda,sed ēt de principali hoc modo.dicet.n.Rex Angliæ,Rex Franciæ tenet comitatum Pictauiæ in periculum aīæ suæ,cum ad me pertineat, vel ꝯ consciam: & peto officium vestrum,ꝙ cogatis eum ad pnīam.si ipse rñderit , non pertinet ad te cognoscere, vtrũ iustè,vel iniustè teneam.hoc autē scio,ꝙ non teneo ꝯ ꝯsciām . & hanc, non aliam teneor apud te excusationem facere.si Rex Anglię voluerit probare,ꝙ suus fuerit,nō admittet ecclesia sup hoc probōnes,quia fortè licet tū erit suus, potest esse,ꝙ p iudicium parium,vel alio iusto modo factus est Regis Franciæ,vel ad minus obtinet probabiliter, & sic est sine peccato,ar.C.de rei vendic.l.fi.Sed si velit probare, ꝙ ꝯ ꝯsciam teneat,vel iniustè,admittendus est.sed hæc probatio valde difficilis est,quia & si probet Rex Angliæ eam suam fuisse, non tm̄ probat,ꝙ ꝯ ꝯsciam, vel iniustè sicut supradictum est.si autē ageretur directè,sufficeret,ꝙ probaret suum fuisse dñium,nisi possessor ltīmam exceptionem haberet.C.de prob.l.siue.hoc tamē vr̄,ꝙ sp dēt proponere excusationem,quando in modum denunciationis agitur.s.probabiliter: verbigratia, si fuit sua,amisit eam,vel pignori est mihi obligata,sed probare id non tenetur, imo creditur dicere verum,nisi probetur ꝯtrium, quia hic p denunciationem sufficit, si suæ ꝯsciæ satisfaciat, & non necesse habet suum ius probare. sed si aduersarius vellet probare,admittitur, vt hic circa princ.idem est, vbi est scandalum , vel publicũ peccatum,quia tunc si de peccato constat, sic de satisfactione constare debet.45.dist.sed illud.

ADDITIONES.

a ¶Item dicimus.Addē ꝙ hoc dictum Inno.refert & sequitur Fel.in proœ. Grego. col.6.ver.Et ex isto remedio,quem vide,& in c.quæ in ecclesiarum,col. 16. ver. secundus casus,supra de consti.

b ¶Vel melius.Hic alleg. Feli.in c.1.supra de consti.col.5.ver.Alius casus.Et adde Ale.de Imo.in cons.209.col.4.ver.nec ad hoc obstat,in 2.vol.& adde Pau.de Cast.in cons.316.inci.viso & examinato , secundum nouissi. impressionem in parte antiquorum,col.3.post med.vbi dicit per hoc , ꝙ Imperator non potest reuocare legem suam in præiudicium sibi non subditi.& idem Felin.in c.quæ in ecclesiarum,col.11.post prin.& adde etiam Pau.de Cast.in consi.289. in 2.parte consiliorum nouorum secundum vltimam impressionem,incip.consiliũ.præsupposito sine præiudicio,col.1.vbi tenet,quod licet Papa possit tollere ius canonicum in præiudicium subditorum suorum,tamen illud non potest tollere in præiudicium laicorum.& hoc dictum Innocentii hic,refert etiam Feli. in c. ecclesia sanctæ Mariæ,col.36.ver.pro prima opi.supra de consti. & adde , quod hoc dictum Innoc.dicit singulare Cardina.in consi. 85. incip. pro responsione principaliter,col.fi.ver.alia vero lectura.

SVMMARIVM.

1 *Simplices & indiscreti possunt per alium factum proponere.*
2 *Per narrationem & responsionem fit li.contest.*
3 *Religiosorum vniuersitas per alium iurare potest.*

CAP. XIIII.

1 **Pastoralis.** [Indiscretè.] † No.ꝙ simplices & indiscreti per alium possunt factum proponere, & nō est malum,si ēt cogantur factum suum proponere,& per alium respondere.Item vniuersitas per alium proponit,12.q.2. q manumit.ff.ꝙ cuiusque vni.l.1.item excōicatus s̄.e.intelleximus. Item eps. 5.q.3.qa.Item illustres.C.de proc.l.vlt.Item minores s̄.de æta.ex ratione,Insti.de cura.§.item inuiti. C. de auct. præstan.clarum.Item furiosi,prodigi,& mulier luxuriosa. C.de cura.furi.l.mulieri.aliter autem non licet.vt hic,& ff.de inter. act. si sine,& l.si seruum.§.vlt.C.de iura.calum.auc.principales.[In
2 discretè.] † Non intendit dicere,quin quilibet per procuratorē possit narrare, & respondere,cum possit per eum litē ꝯtestari, quæ per narrationem & responsionē fit.ĵ.de li.ꝯte.c.1.sed intēdit dicere,ꝙ ille,qui causam agere det, siue procurator, siue dñs per se narrare debet,non per aduocatum,vel aliũ. vniuersitas āt,sicut per se agere non pōt,ita nec narrare.12.q.2.qui manumittitur.Et arg.ad hoc,quia cũ vniuersitas sit vnum corpus, quomodo omnia & diuersa capita eiusdē vniuersitatis agere simul,

Universidad de Deusto Biblioteca

mul, vel defendent. arg. ēt ad hoc, quod dr̄ in pluribus fideiusso
ribus, vel hæred. bus vnius. ff. iudi. sol. iā tamen. §. vlt. & in pluri-
bus exercitoribus eiusdē nauis. ff. de exer. l. j. § vlt. & l. seq. Sed
ↄ, C. de iura. cal. l. 2 §. hæc licet. vbi dr̄, ꝙ vniuersitas iurare debet
de calumnia, ergo per se agere potest. sed veritas est, quia non
agit. & est ratio diuersitatis, quare iurare debet de calumnia, qa
timore iuri, si præteres litigabat calumniosè, ex tunc iuſto præ-
stito litem omittet cum hoc sit vnum iurm cal. l. ꝙ lis sibi iusta
vr̄, sed postea procurator in animā vniuersitatis iurare dēt, non
autē quisq; per se respondebit. & quāuis non omnes ↄsentiant
responsioni procuratoris, sufficit, si maior pars consentiat. s̄.
de procu. c. si. vel dic tutius, ꝙ vniuersitas per se non iurabit, sed
per illū, qui litē contesta. est, vel quēuis aliū. non obst. lex pręal.
C. de iura. calum. quia dr̄ vere iurare maior pars vniuersitatis,
quæ per aliū in animā vniuersitatis iurat. ff. de admi. tuto. ita. §.
3 gessisse. † In vniuersitate aūt religiosorum non est dubiū, ꝙ per
alium iurare potest. j. de iura. calum. c. j. ipse respondebit, f̄m ꝙ
maiori parti placuerit. nec mirū, si per alium, quā qui litē con-
testatus est, iurat & r̄ndet, cū generaliter obtineat, ꝙ procura-
tor litē contestatur, & tñ principalis persona iurat & respōdet.
C. de iura. calum. auct. principales, arg. j. de testi. præsentium.

SVMMARIVM.

1 *Depositum fit nedum in corporalibus, sed etiam in incorporalibus, & in spiritualibus.*
2 *Actionis ineptitudo si à prin. noscitur, debet iudex statim, vel assessor lacerare libellum.*
3 *Inepta actio quando dicatur.*

CAP. XV.

Examinata. [Causa ecclesię.] i. ius patronatus ec-
clesiæ eiusdem, super quo agebat. inte
rim. n. vicedn̄s præsentabit, quia debet interim fructus rei depo
1 sitæ percipere, et si post fuerit possessor. [Sequestrata.] † Not. de
positum fieri non solum in corporalibus, sed ēt in incorporali-
bus, & in spiritualibus. & idem vr̄ de missione in possessionē.
de hoc no. j. de eo, qui mitti. in pos. cau. rei ser. c. j. [Accepit.] A
te, & tūc planū est, quia sicut possidebat, qn̄ tradidit, & ita post
nisi ea mente deposuisset, ꝙ possessionem in depositariū trans-
ferret. ff. de acq. pos. interesse puto. & sic cū possideret ipsi actor
non dabatur ei rei vendicatio, Instit. de act. §. j. & C. de ali. iu.
mu. cau. fa. l. j. Quandoq; tamen rei ven. datur possidenti ↄ de-
positariū, vel commodatariū pp detentationem, quā habēt. ff.
de rei ven. officiū. ff. de pecu. deposui, in prin. Itē confessoria da-
tur possidenti ff. si ser. ven. & si fortè. §. j. & l. seq. sed hic non age
batur ↄ depositariū, ↄ quem agere posset, vt dictū est, si posses-
sor possessionē interuertisset. ff. de vi & vi arma. l. colonus. sed ↄ
milites cap. Et no. ꝙ rei ven. datur ↄ possidentem rē ratione iu-
ris, quod habeo in re. simile. ff. de ↄhen. emp. qui tabernas. ff. de
leg. j. si domus. & f̄m hoc sic feci libellū, vendico talē ecclesiam
à talibus militibus, quia in ea habeo ius patronatus. vel dic, ꝙ
alia ratione malè intentabat rei ven. quia rei vend. non cōpetit
nisi pro iuribus corporalib. ff. de rei vendi. l. j. §. per hanc. & l. vē
dicatio Sed hæc litera innuit ↄtrium. s. ꝙ pro iuribus incorpora-
libus ↄpetit rei vendi. licet hic inepte proponeretur: quia possi-
denti non competit. ff. de alie. iudi. mu. cau. fa. l. j. Sed respōdeo,
hic large sumi rei vēdi. p actione in rē. hoc non placet, quia cū
confessoria: quæ in rē est: ēt possidenti ↄpetat, non esset pp hoc
iudicata petitio inepta. potes ergo dicere: quod iste M. petebat
ab ipsis militibus ius patronatus quasi à possessoribus. & hæc est
actio in rem: non tamē per oīa imitat naturā rei vendicationi:
quia datur pro incorporalibus: nec naturā confessoriæ: quæ tan-
tū datur non possidenti: & ↄ possidentem tm̄. de hac loquit ff.
si vsusf pet. l. vl. §. vlt. Insti. de act. §. j. & hac actione agit. j. de ex
ce. cū venerabilis. s̄. de ma. & obe. inter. vel dic: ꝙ nō reprehēdit
M. quia ineptā actionē nominauit. l. rei ven. q̄ hic sumit pro cō
fessoria, quia bene datur possidenti, sed quia intētionē habebat
ineptā. s. ꝙ possidens peteret possessionē, q̄ ā habebat, vnde be-
ne hic pronūciauit sua intentionē non tenere & sic pronūciat.
l. si. ff. si men. fal. mo. di. l. j. §. 1. & pp hoc dr̄ actio inepta. qa inten
tio est inepta, ꝙ ex ipsis actis, quæ in ipso iudicio fiunt, apparet.
imo plus vr̄, ꝙ si quis rectā haberet intentionē. si esset actio ine
pta, ut si quis diceret, peto talē fundū à te, qa ad me pertinet iu-
re dominij, & propono ad hoc actionē ex locato: ꝙ bene tene-
ret intentio, & probato dominio ferenda est sñia pro me, licet
actio omnino sit inepta. bene igitur competit confessoria ei, q
non est in possessione iuris pa. sed tñ de iure ius patronatus hēt:
ↄpetit dico ↄ eum: qui eū prohibet uti iure patro. uel se liti obtu
lit. ff. si ser. uen. l. 2. §. hoc autē. ff. si usufru pe. l. ult. ff. si ser. uen. lo
ci. §. si quis mihi: & l. si quis diuturno. Sed cum iste M. non tantū
ius haberet: sed ēt possessionē: ut probauerat: ideo malè intēta-
uit rei uen. uel cōfes. act. in rē. sed huic satis bene posset cōpete-
re negatoria: quia ius patronatus possidebat in ecclesia: & bene
competeret ei: quia ius patronatus habebat ↄ eum: qui possidet
ius in re, de qua agit. si ser. vē. l. 2. ff. de usuca. naturaliter. vel me
lius, quia hic habebat possessionē, & sic dicebat se hr̄e proprie
tatē, cōpetebat interdictum, vti pos. pro molestiis, & inepta dr̄
hæc petitio, quia nec absoluere, nec ↄdemnare pōt cū effectu,
quia si absoluat reū, non prodest ei, quia non possidet, qa tunc
nihil lucrat. & si postea possidere cęperit, eidē agenti nō obsta
bit exceptio rei iudi. pp nouā possessionē. Itē cū ↄdemnare nō
pōt, cū sit impossibile & ↄ ius, ꝙ rem restituat, q̄ non possidet,
nec possedit, vel ad minus non desiit possidere dolo. j. de exce.
2 c. aduersario. [Tenere.] † No. ꝙ si in principio noscit ineptitu-
do actionis, statim iudex, vel assessor libellū lacerare dēt. ff. de
asses. l. j. si aūt ab initio nescit, sed ex post facto ppendit ex pba-
tionib. vel aliter decernit intentionē nō tenere, vt hic, ff. si mē
sor fal. mo. dix. l. 1. in prin. j. de resti. spo. cū ad sedē, & dūmō to
lerabilis sit petitio, admittēda est, ut ibi dr̄, qa sp interpretādū
est f̄m actorē. ff. de iudi. si qs intentionē. ineptā aūt nō iudica-
rē, si nec ipse possideret, nec reus, ut no. j. ut li. nō ↄte. qm̄. §. ꝙ
3 si sup. [Nō tenere.] † Melius dr̄ actio inepta, si ex his q̄ pponū-
tur in libello, appareat ineptitudo. ff. si mē. fal. mo. di. l. j. §. j. Idē
est si ex his, q̄ postea pponit, appareat ineptitudo actionis, vt
hic. Idē est si notoria est ineptitudo, ēt si nō pponat cā, s̄. de of
fi. iudi. c. 1. falsitas aūt ppositæ actionis nunq̄ reddit cā ineptā.

SVMMARIVM.

1 *Præceptores comparantur institutoribus.*
2 *An penes plures præceptores possit esse administratio.*
3 *Præceptor, si bonafide contraxit, insolidum tenetur.*

CAP. XVI.

Cum deputati. [Præceptores.] Ar. ꝙ administra-
tores sine alterius licētia pn̄t age
1 re. de hoc no. s̄. de rescr. edoceri. [Præceptores.] † Hos cōparo
institutorib. qui pponunt negocio dn̄ico, qd̄ hēt locū, ubi do-
mus q̄ hēt superiorē pceptorē, q instituit inferiorē, est dn̄a nō
tm̄ domus inferioris, sed ēt rerū eius, alias secus. ff. de instito. l.
3. & l. cuicunq;. §. j. & § sed si fullo. sed ēt cōparo eos custodib.
uel cōmendatariis, uel uisitatorib. uel uicariis, q curare dn̄t, &
uisitare loca sibi p magistrū cōmendata. maiorē horū officiū
hēs 61. di. obitū, & c. seq 63. di. c. plebib. 70. di. sanctorū. 8. q. j. q
uos. s̄. de offi. uic. p totū. 12. q. 1. quantū ue, & q. 2. de laicis, & c.
seq. & ur̄, ꝙ qn̄ hmōi pceptores pn̄t remoueri ad arbitriū supe-
rioris, ꝙ nō solum hi pceptores, & alii prædicti agere pn̄t & cō
ueniri pro loco eis cōmisso, sed ēt singuli superiores, ēt si plu-
res sint, ꝙ pn̄t eos remouere. ff. de inst. cuicunq;. §. fi. & l. seq.
j. de resti. spo. olim. C de sacrosan. eccle. sancimus. ff. de tribu.
procu. § j. at. ff. de exerci. l. j. §. magistrum, & §. est aūt nobis. qa,
ut ibi dr̄, electio est agentis, utrū aliquē pdictorū ↄueniat, sed
in agendo pfert maior, quia cū possit subditū remouere ab ad-
ministratione in totū, multo fortius a prosecutione causæ, arg.
ff. de procu. l. in causæ. Si aūt sit perpetuus pceptor. i. qui possit
sine cā remoueri, tunc non poterit agere de reb. ad hunc locū
ptinentib. nisi in defectū pceptoris, ut no. j. de restit. spol. olim,
& de test. cū olim. nec est uis, ꝙ superior non pōt amouere in-
feriorē sine ↄsilio, & sine ↄsensu aliquorū, quia nec ēt prælatus
alia maiora negocia dēt facere sine ↄsilio capituli. j. de his q̄ fi.
a præ. sine con. c. quāto. & tñ agere & ↄueniri pōt sine alicuius
2 ↄsilio. s̄. de rescri. edoceri, ubi no. † Itē non est uis, ēt si oīa bona
huius loci omnino sint distincta a bonis maiorū domorū, dū-
mō remotio sit ad uelle superioris, & ei obedire teneat de stan-
do ibi, & de recedēdo, qd̄ ↄstat, qa qn̄ inde amouet minor mi-
nister, superior administrat, quia licet separata sint bona in tm̄,
ꝙ nō possint portare ad maiorē domū, tñ administratio nō est
diuisa, q̄ bñ pōt esse penes plures pceptores, sicut & penes plu-
res tutores, uel alios administratores. de hoc no. s̄. de rescr. edo
ceri. alii dn̄t, & forte melius, ꝙ nō est uis, utrū pceptor sit tpa-
lis, an ppetuus. Itē nō est uis ꝙ possit remoueri sine cā, uel non,
Itē an uacāte domo ueniat administratio ad superiorē, an nō.
Sed in hoc tm̄ est uis, an ambo simul possint libere ministrare
& qs sit maior in administratione, & tūc ambo poterunt cōue-
niri, & maior in agēdo pferet, & sicut est in exercitatorib. ff. de
exer. l. j. §. est aūt, & in pre & filiofa. C. de bo. q̄ libe. cū non so. &
idē in institorib. ff. de inst. act quicunq;. & sępe in pposito & ca-
nonico, qn̄ agit de pbēda, ut no. j. de pb. ex lr̄is, & in uicariis, ↄ
di. c. fi. & 94. dist. c. 1. Item non est uis, si totū lucrū, uel damnū
ad aliquē spectat, dūmō alterius sit administratio, vt no. s̄. de re
scri. edoceri. Fatemur tñ, ꝙ pro his locis religiosis multi agere
possunt, & respondere, ēt si nō habeāt administrationē, sed nō
cogunt, de quib. no. j. de testi. cū olim. plus placet, qd̄ no. j. de
reli. do. cū uenerabilis, in gl. ita eps. ex dolo aūt istorū præcepto
rū, uel cōmēdatariorū ēt in ↄctib. admisso nō tenēt locus, nisi
sit factus locupletior. ff. qn̄ ex facto tu. l. dolum C. qn̄ ex fa. tu.
si iure.

si iure. ff. de tribu. sed & si. §. 1. de hoc no. j. de depo. grauis. ff. de
act. emp. & vē. l. iulianus. §. sed cū in facto. de culpa āt pceptorū
tenēt insolidū locus, si pt seruari indēnis à pceptore, aliter non.
3 ff. de admi. tu. l. si. in prin. † Si āt bonafide ↄxit, pceptor tenet inso
lidū, ēt si fiat īde pauperior. j. de pca. c. 2 ff. de mi. §. si pecuniā. l.
j. ff. de cui. illud. §. j. sed pōt in integrū restitui, si exinde grauiter
sit lęsus. ff. de mino. ait prætor, & l. ꝙ si minor. §. j. exceptio autē
rei iudi. semper fit ↄ locū, sicut ↄ pupillū. ff. de re iudi. si se. §. j. ff.
de admi. tu. l. 2. Alij aliter dicunt in aliquib. prædictorum: dr̄ āt
dolo tutoris, uel præceptoris factū, si accepit, uel tenuit sciēter
plus, q̄ deberet. ff. de tribu. sed & si. §. si seruus. & idē est, si non re
tinuit quod debet retineri, ff. de tribu. quod in hærede. §. fi. si āt
ignoranter, secus, dummodo restituat q̄ cito potest. ff. de tribu.
illud. §. si cuius. [Admittunt.] Et malè. [Allegantes.] Et malè.

SVMMARIVM.

1 *Suspitionis cā in iudice iusta est: & remotionis: si habeat causam similē.*

CAP. XVIII.

1 Causam [Penè.] † No. causam suspitionis, si forte simi
lem causam habeat iudex. bene. n. dicimus, pe
nè. vix enim omnino similis inueniretur. quādo autem sit simi-
a lis, boni iudicis arbitrio [a] relinquatur. [Subrogantes.] Vtraque
pars præsens erat, uel hoc notum erat Papæ, & modicum præiu
dicium partibus fiebat.

ADDITIO.

a ¶ Iudicis arbitrio. Adde Feli. in c. translato, col. 5. vers. & quæ dicantur. Et Bal. in addi. Spec. in tit. de alleg. & disputa. ver. si statutum, & Fel. in c. capitulum, col. 3. in prin. supra de rescriptis.

SVMMARIVM.

1 *Exceptiones dilatoriæ, vel perēptoriæ, in qua parte iudicij proponendæ.*
2 *Iudex quando procedit inquirendo, an de principali, & exceptionibus simul cognoscere debeat.*

CAP. XIX.

Exhibita nobis. [Contingentibus.] Puta de stu-
dijs eligētium, & meritis electo-
rum. [Interlocuti.] Et malè, quia iudices erant, & non inquisito
1 res. Item male, † quia exceptiones istæ ante ingressum negocij
proponendæ & probādæ sunt, vtpote quæ sunt dilatoriæ, vel pe
remptorię fori. dicit. n. aduersariū fore repellendū à foro, quia
excōicatus est, uel cōspirator, arg. C. de exce. l. vlt. probatio autē
aliquarū exceptionū facienda est, f̄m ꝙ lex docet. C. de excep. si
quidē. [Inquirerent.] Huius erroris causam præstitit verbū qd̄
in literis Papæ cōtinebatur. s. inquirerēt. [Inquisitores.] Ex hoc
2 vr̄, † ꝙ si quis procedit inquirēdo, ꝙ simul potest cognoscere de
principali, & de exceptione, sed hoc non est verū, quia siue pro-
ponatur exceptio ↄ id, de quo fit inquisitio, f̄m ꝙ loquit. j. de
pur. ca. cū dilectus. s̄. de fil. presby. veniens. siue excipiatur ↄ per-
sonā iudicis inquirētis, siue ↄ personā ministri inquisitionis, vt
j. de accu. veniēs, & c. cū oportet, semper primo cognoscendū
est de exceptionib C. de exce. si qdē. qn̄ tñ iudex ex proprio iudi
cio procedit, uel ex officio ministrū inquisitionis ↄstituit, tunc
ēt si ↄ istū ministrū proponat exceptio, tñ ex officio suo pcedet
illo ministro remoto, & sic intelligit, ꝙ hic dr̄, licet hi iudices
cogitarent de iure esse ꝙ si essent inquisitores, ꝙ liceret eis pro-
cedere simul super exceptionib. & principali, tñ non erat verū.
[Contestata.] Et malè, quia tunc demū in electione proceditur
li. non conte. cum pars est ↄtumax: alias secus, j. ut li. non cōte.
qm̄. §. porro. imo, ꝙ plus est, si excipiat ↄ electū, faciēda est li. ↄt.
super exceptionibus: aliter nō tenet, qd̄ agitur. s̄. de ele. dudum
Ro. ecc. 2. alij aliter dicunt, & forte non male. s. ꝙ ibi nō fuit fa-
cta li. contest. super exceptionibus, sed super principali actione.

SVMMARIVM.

1 *Instantia perempta, an iudex delegatus procedat.*
2 *Lapsu termini an dicatur perempta instantia, & quid secundū canones.*

CAP. XX.

Venerabilis frater noster. [Perijsse.] C. de
iud. properan-
dum. [Procedas.] Cognoscendo de negocio à capite, si verū est,
1 ꝙ lapsum sit triennium. in hoc. n. errabant Ceruien. † quia licet
sit trienniū elapsum, & si perierit instantia iudicii, nō tñ perijt iu
risdō, q̄ est ppetua. C. de iud. pperādū. C. de ↄsti. pe. l. 2. C. de pſc.
2 30. an. vel 40. l. vlt. & de diuer. rescri. l. falsa. vel dic, † ꝙ f̄m cano
nes lapsu termini non perijt instantia iudicij, vt hic. vel dic hoc
obtinere, ubi per cauillationes aduersarij protrahitur negociū
vltra terminum, alias secus, ar. C. de temp. ī inte. resti. l. petēdę.

CAP. XXI.

Significauerunt. [Rectorem.] Villæ, non eccle-
się. [Coegit.] Vr̄, ꝙ bene. C. de
iudi. nulli. j. de cau. pos. c. j. sed ↄ, quod sequit. Sol. illa loquitur,
quando simul agitur possessorio & petitorio. hęc āt, quādo iam
finita lite intendit de proprietate. [Postea.] Siue ab initio mona
sterium egit interdicto, vnde vi. & adhuc expoliatio manet si-
ue à prin. egit vti pos. & post sñiam spoliatus est de nouo negan
do admittere electū ab eis in rectorē, semper legitima exceptio
est nō r̄ndebo de pprietate, nisi restitutus fuero, j. de or. cogni.
cū dilec. idem ēt esset, si petitorio egisset, arg. j. de app. ↄsti. [Re
spondere.] Petitione monasterij, quod petebat electū suū pro re
ctore haberi. [Obstante.] ↄ. C. de ferijs. oēs. ff. de ferijs l. j. Sol. illa
locū habēt, quando singulares personę cōueniunt, quas graue
est ab opere rustico aduocare, sed in vniuersitate, quę per vnum
syndicū litigat, secus. uel hoc ideo est, quia periculū est in mora,
si transit sine regimine: uel potius ipsi ex hoc, ꝙ electum eorum
nō admiserunt, iterum possessionem amittere videntur. Item
in ferijs tractantur publicæ causę. C. de ferijs. omnes iudi.

SVMMARIVM.

1 *Delegatus non potest præcipere parti, nisi ea, sine quibus mandatum delegantis implere non potest.*
2 *Iudex an possit cogere partem coram se personaliter comparere, & non per procuratorem.*

CAP. XXII.

1 Iuris esse. [Ambiguum.] Sic nec posset ei precipere, ꝙ
iret ad sanctum Iacobum. † ea. n. sola manda-
re pt, sine quibus implere mandatū delegantis non potest. s̄. de
2 offi. dele. præterea. C de iura. calum. l. 2. [Criminalis.] † Nam in
criminali non constituitur procurator. 3. q. 9. per totū. ff. de pu.
iu. l. pen. §. 1. sed nec in oīb. criminalib. cogitur personaliter com
parere. ff. an per alium ca. ap. l. j. hoc āt criminaliter, intellige lar
ge, ut comprehendat ēt popularem. ff. de proc. licet. [Pro verita
te.] ff. de proc. si actor. C. de proc. l. fi. [Calumnię.] Quod p prin
cipales personas pręstandum est. C. de iura. calum. auct. princi
pales, & no. j. de iura. calum. c. Imperatorum.

De foro competenti. Rubrica 2.

SVMMARIVM.

1 *Clericus coram suo episcopo litigare debet, alias punitur.*

CAP. I.

1 SI quis clericus. [Proprium.] † Et si fecerit siue
in criminali, siue in ciuili iudi-
cio, vel negocio, punitur, 11. q. 1. in olita, placuit. [Consi-
lio.] Aliter non licet, vt no. s̄. de arb. c. contingit. [Alios.]
Quib. episcopus delegabit causam, vel etiam sine delegatione.

SVMMARIVM.

1 *Iudex secularis, an possit clericum condemnare.*

CAP. II.

Nullus iudicū Seculariū, vel ecclīasticorū, taliū tñ,
qui in eos iurisdōnem non hēnt.
[Minores.] Cōuersos, oblatos. [Sine pmissu.] Maxime, qa nec
cū permissu, si sint seculares. [Condēnare.] Nisi in causa recon-
uentionis. j. de mu. pet. c. 1. & 2. [Sequestratus.] Per sententiam.

CAP. III.

Sanè si episcopi. [Locus No. s̄. de rescriptis, dile
ctus filius. j.

SVMMARIVM.

1 *Iudex ordinarius recusatus, an possit eandem causam delegare.*

CAP. IIII.

Si quis contra. [Executor.] i. delegatus: qui de tota
cā cognoscat. [Actor.] s. ꝙ eps dele-
gauit totam cām. [Cōpellat.] Hoc vr̄ correctū. j. de app cū spe-
ciali. j. e. licet. ubi dr̄. ꝙ si iudex de recusatoris assensu nō potue-
rit delegare causam, ad superiorē remittat. uel dic illam loqui
de dele. hanc de ordinario: f̄m l. āt ēt debebat dare iudicē, qui de
toto negocio cognosceret. C. de iudi. cum specialis. hoc prius di
ctum magis placet in ordinario f̄m canones. [Ipsius] Epi. [Le-
ge.] Quę loquitur de executione. C. & ff. de re iudic. l. 2. & 3. §. si
quis. C. de execu. rei iud. l. vlt. & de vsur. rei iudi. l. vlt.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesiastica rei quæstio coram ecclesiastico iudice agi debet.*

CAP. V.

a Si clericus laicum. [Suas.] Hoc ideo dicit, quia
si cōstaret res esse ecclesię, [a]
quas laicus possideret, corā iudice ecclesiastico agi debet, puta
si ageretur ex legato, vel ex locato, vel consimilib. [Trahi.] Nisi
agatur de spoliatione, vel qualibet oppressione. 16. q. 1. in cano
nibus. 24. q. 3. si quis de potentibus. de hoc no. j. eo. cum sit.

ADDITIO.

a ¶ Ecclesiæ. Et sic qualitas ipsa, quando est de substantia, debet probari, sicut factum principale. Adde Pet. de Ancha. qui ita ponderat, in consi. 253. incip. in quæstione presbyteri, & Alex. in consi. 79. col. v. in prin. in j. col. faciunt ad prædicta, quæ ponit Bar. & Alex. post eum, in l. non solum. §. sed vt reprobari. ff. de no. ope. nun. & quæ ponit ipse Alex. in cons. 100. col. 2. ver. oportebit, & in cōs. 119. colum. 3. in prin. in j. volum. & in consi. 177. col. 4. vers. his præmissis, in secundo volum.

SVMMARIVM.

a nare] si autẽ non noĩaret, [a] sed liti, tanquã possideret, se offerat, si postea, vel ante litis contestationẽ. vel post cõtumax sit, & pp hoc decernatur possessio actori, nõ nocet domino, qui vere possidet quo ad possessionẽ, vel pprietatẽ. C. si p vim, vel alio modo. l. vlti. Sed ille q litẽ suscepit, tenebitur ad interesse ante li. cõte. p actionẽ de dolo, & post li. contest. cõdemnabitur ad ipsam rẽ, cũ habeatur p possessore, si ille, q agebat, reum nõ possidere ignorabat, vel melius ad litis æstimationẽ: vel ſm quoddã quantũ in litẽ iuratũ fuerit, vel ad interesse. ff. de rei vendi. is, q se ob. & l. seq. ff. si vsuf pet. l. fi. ff de pe. hær. q se liti. ff. de dolo. l. pe. Sed oppones, cũ absens possidet p colonũ, colono eiecto dominus amittit ciuilẽ possessionẽ, vt no. ff. de acqui. poss. possidere §. ꝙ si seruus. quare non eodẽ modo amittit dominus possessionẽ, si p iudicẽ ablata est possessio illi, q alieno nomine possidebat, & alij data. s. illi, q missus est in possessionẽ, & tũc dominus absens debet amittere possessionẽ. Sed respõdemus tunc tñ dominum amittere ciuilẽ quãdo violenter eijcitur colonus, vt idẽ §. dicit: secus autẽ quãdo p iudicẽ, q nõ intẽdit possessionẽ, vel ius alterius dare, & si intẽderet, non posset. C. si per vim. l. vlti. alij dicũt etiam tunc possessionem amitti, sed iudi. offi. recuperari, vel cõdictione ex l. præal. C si per vim. vlt. & ideo iste specialis processus est inuentus in hoc casu, vt caueatur ɔ fraudes, quas posset machinari dominus, & ille, qui possidet noĩe alieno alieno, qa dominus diceret ego nõ possideo, & alius diceret similiter. Itẽ qa multa benignitas fit possidenti in eo, ꝙ alij denũciat, & in eo, ꝙ non cogiť respondere. Item quia multiplex est cõtumacia, s. tam domini, quã eius, qui eius noĩe possidet. cõmodatarius autẽ, & depositarius, & alij, qui solam detentionẽ habẽt, conueniri possunt rei ven. vt procedãt ſm tenorem istius decre. & vt simplicem tenutam dent solam sine possessione, quando ignorať, an in veritate possideant, quia si ante iudicium, vel in processu iudicij constet, ꝙ non possideant, non habebit locum rei ven. & sic intelligitur finis. l. ff. de rei ven. officium. si enim prædicti nolint respõdere, vel simpliciter dicant, nolumus defendere absentem etiam secundum tenorem istius decr. absoluendi sunt ab instãtia iudicij, nisi vellent actores probare, ꝙ possideãt, vt sic trãsferať in eos possessio. ff. de rei ven. l. pen. & si attestationes autẽ, si quæ sunt, & confessiones, & alia acta iudicij inter cõmodatarium, & actorem præter tenorem huius decre. non præiudicant commodatori, quia inter alias personas, & in alio iudicio habita sunt. j. de test. veniens. [Possidet] dicunt quidam, siue ius habet in re, vt emphyteutarius, siue non, vt inquilinus, & huiusmodi. ff. de rei ven. officium. alij intelligunt de his tantum, qui ius in re non habent. nam illi, qui habent ius in re, licet habeant tẽpus ad denunciandũ domino, tñ ipsi non possunt se excusare, quin respondeant: imo plus est, quia ipsi non noĩe alieno possident, sed suo, imo agere potest interdicto, vnde vi, si tali re spoliatur emphyteutarius. habet autem hic locum hæc nominatio, quã si super

ADDITIO.

a ¶Si autem non nominaret. Adde quod hæc dicta refert & sequitur Petr. de Ancha. in consi. 270. incip. in primo dubio, col. 2. circa prin.

Universidad de Deusto Biblioteca

super obedientia quis ꝯueniat, vt no. s̄. de maio. & obe. inter, qa de facto vidimus, quærimus si ꝓcurator ad administrandū datus, vel ad negotia, vt s̄. de ꝓcu. petitio, possit dn̄m nominare, & dicimus ꝙ sic, & ꝓcedetur ꝯ eum s̄m tenorem huius. §. argu. qa defendere vr̄, & si patiat̄ actorē in possessionē mitti. ff. de ꝓc. l. j. §. vlt. & l. se. Item ꝓcurator interrogari debet, an reus, s. dominus suus possideat. ff. de procu. nō solū. ergo a simili pōt dicere se alieno noīe possidere procurator ergo verè ad cās hoc beneficiū nō hēt. [Producēdo] p detentorē [Dispositū.] s. præsentare se iudici. [Tanquā] hic vult dicere, qa sicut p li. ꝯte interrumpit̄ præscriptio, ita p hāc citationē. [Dominū] quasi dicat primo dabitur terminus colono, vt dominū perducat, & postea colonus ipsum dominū vocabit. [volūtate] ꝯtumaciæ. [Sūmatim] p iuramentū calūniæ. s̄. de ele. cū dilecti. j. de rest. spo. lr̄as. [Principali] quę est de ꝓprietate, & supple maximè, qa & super possessione seruat̄ intra annum. alij dicūt hoc habere locū vbi li. nō ꝯtest. fit missio in pos. C. de p̄scr. 30. an. si quis emptionis. sed vbi lis est quasi ꝯtestata, vt hic: secus. j. eo. §. vlt. quousq; p̄scribat. p̄scribit. 10. an. inter præsentes, & 20. inter absentes. nā cum possideat authoritate iudicis, bona fide possidet. ff. de acq. pos. iustè. vnde vsucapit sciēs alienū. ff. de noxa. act. generaliter. [Possessionē] nō tamen possidet ciuiliter, sed nec & naturaliter, qa prior possessor non repellit̄ de possessione. ff. de dam. inf. si finita. §. si qs ante. ff. vt in posses. leg. l. is cui. §. q legata. solummodo. n. custos est, vt no. s̄. eo. §. in aliis, & ex hoc apparet, ꝙ ille, q missus est in possessionē rei seruandę, pōt vendicare rē. Et dicunt quidā, ꝙ ēt ipse tenet̄ rei ven. qa facultatē restituēdi habet. ff. de rei ven. officium. ff. ad exhi. Celsus. § j. sed pōt dici, qđ facultatem restituēdi nō hēt, qa tm̄ custodit, & tāq custos est, nō tanq detētor, ar. ꝯ. ff. vt in pos. le. l. is cui. §. missus. Sed expone, qđ ibi dicit, deducēdus
9 i. in custodia. † [Vel in ꝯtumacē] s̄m quosdā hic est. §. & respōdet hic, vel toti ei, qđ dictū est de missiōe in possessionē, siue reali, siue p̄sonali actione. q. d. & in reali, & in personali facienda est missio in possessionē, vel in ꝯtumacē &c. & s̄m hoc bene sequit̄ hic, ꝙ veniēs intra annū, vel post annū audiet̄ iuxt. distinctionē in alio casu &c. [Alio casu] videlicet in quo agebat̄ de remedio missionis in possessionē, vbi dicebat̄, ꝙ reus audit̄, si cauerit iudicio sisti, & restituerit expensas, aliter autē si velles intelligere, ꝙ missus in poss. in p̄sonali actione ex scđo decreto vlterius. s. post annū reddere nō teneat̄ rem, in cuius possessionē missus est, cōtrarium vr̄. C. de distra. pig. si prius, vbi dr̄, ꝙ debitor semp recuperat pignora, nisi sint distracta. ff. de vsuca. nō solū. §. q pignori, vbi dr̄, ꝙ nullo tpe p̄scribitur pignus. ad idē. ff. q satis. cog. l. sciendum. § creditor. Alij dicunt hic esse. §. dicunt, ꝙ creditor. etiā in p̄sonali actione post annū sit verus possessor, qa ulterius non recuperat pignus, & creditor non tenetur probare debitū post annum: sed tamen is q dr̄ debitor, pōt probare indebitum. Alij dicunt, qđ si missus est in possessionē ex secundo decreto, vlterius nō recuperat debitor pignus, nisi soluat debitum, qđ probauerit creditor saltē p iurm̄ suū, alias vsq; ad triginta ann. recuperat, s. si nō est missus ex secundo decre. vel si vis intelligere, qđ totus. §. loquat̄ de personalib. tm̄, alias dicere potes, qđ inter realem & p̄sonalē actionē intra annū, & post annū dissimilitudo, & similitudo notari pōt, dissimilitudo in hoc no. qa intra annū incipit in reali possidere, & præscribere rē, in cuius possessionē missus est, qa hēt iustū titulū. ff. de acq. pos. l. iuste, & bo. fi. qa dicit & credit se habere ius in re, qđ tamē nō est in prætorio pignore, qđ pro debito assignatur. ff. q satis. cog. sciendū. §. creditor. ff. de vsuca. non solū. Itē post annū no. dissimilitudo, quia in reali missione in possessionē fit incōmutabilis possessor, secus est de misso in possessionē in p̄sonali: sed & similitudo no. añ annū, & post annū. añ annū, qa p̄stita cautiōe, & restitutis expēsis vterq; recupat possessionē suā, siue reali, siue personali actione sit actum, s̄. e. §. in aliis. Itē & post annum, quia sicut permissus in possessionem in reali possidet, donec ꝯstet de ꝓprietate, sic & in personali est in posses. donec de debito liqueat, & postquam liquebit de debito, ipsam rem, in cuius possessionem missus est, possidebit, donec de debito satisfaciet. ff. de fur. creditoris. §. si eum. ff. cōmod. in rebus. §. vltimo. ff. de lega. j. filiusfami. §. diui. ff. si ser. vend. is cui. ff. de lega. 2. filius. §. diui.

De iuramento calumniæ. Rubrica. 7.

SVMMARIVM.

1 *Iurans seruare contractum aliquem non malefacit.*
2 *Cur in contractibus, non autem in iudicijs licet clericis coram laicis iurare.*
3 *Nedum in causa appellationis, sed in qualibet causa iurari debet.*
4 *Procuratores ecclesiasticarum personarum de calumnia etiam sine speciali mandato iurant.*

CAP. I.

Inhærentes vestigiis. [Cautū.] C. de epi. & cle. cū cle. q loquit̄ de iurō iu-
1 dicio sisti. [Scriptū.] C. e. ti. aut. principales. † [Iusiuran.] de calūnia. nā alias cā purgationis, vel si iuret seruare ꝯtum aliquē, nō est malū, j. de pur. ca. p totū. j. de iureiu. tua, c. q̄relā, & c. ex rescripto, & in purgatione, 2. q. 5. si legitimi, & generaliter dicunt qdam, qđ ubicunq; inueneris ꝓhibitū clericis iurare, intelligit corā seculari foro. nā ibi nec iurare de calūnia, nec testificari pōssunt, siue sint rei, siue sint actores, sine licētia epi, 11. q. j. testimo-
2 nium. † Si dicas, quare licitum sit clericis iurare corā laicis in ꝯtractib. sine auctoritate ep̄i, & non in iudicio? Respōd. qa in iudicio sæpe quis ꝯcitatus ab aduersario falsum iuraret, & ideo fit cum maiori deliberatione & tarditate, & ne secularia iudicia affluescant, in quib. nō possunt aliquatenus conueniri, 11. q. j. ꝯtinua, & c. nullus: sed in ꝯtrib. ubi sola libera uoluntate quis ducit, secus. Verum coram ecclesiastico iudice semp licet iurare sine superioris auctoritate. Alij autē dicunt, ꝙ nec in seculari iudicio, vel ecclesiastico, nec in ꝯtib. licitū est iurare sine auctoritate episcopi, vel superioris, sed vbicunq; est clericus, siue sit iudex ordinarius, vel delegatus, si iuret corā eo, intelligitur auctoritate facere, & quilibet, q iudicare pōt, hoc ipso est superior quātum ad cām illā, quam audit, ēt actoris, q de alterius iurisdictione est, ar. 21. di. inferior. uel dic, qđ clericus nō potest esse ꝓcurator sine licētia sui prælati corā seculari iudice, ut no. s̄. de obli. ad rat. magnus, sed ex quo licētiā habet, ut sit ꝓcurator, p ꝯsequens & oīa faciendi, sine qb. procurationē facere non potest, uel q̄ ꝓcurationi sunt utilia, arg. s̄. de of. dele. ꝓterea. [Edictum] C. de epis. & cle. cum clericis. [Eius] Marchi. vel alicuius alterius, qui interpretatus quædam fuerat, q̄ hic non habemus. & eius interpretationē ꝯfirmat. [H.] hic incipiunt verba H. imperatoris. hæc possunt esse verba Papæ. [Canonib.] 2. q. 5. c, 3. 22. q. j, in nouo, & c. cā. q. 5. c. j. & vlt. [Principis] March. [Dignoscitur] vt prædictum est. s. qđ nullus iurare præsumat. nobis melius videt̄, qđ hic incipiant verba Papæ, & expono verbum, quod sequitur principali auctoritate. i. uolūtate. qa hoc statutū qđ fecit Honorius, Im-
3 peratori placuit. † [In quacunq; cā] quidā dicunt in cā appellationis iurandum, cum in qualibet cā iurari debeat. Idē ēt dicunt si subroget̄ ꝓcurator post iurm̄ de calūnia p̄stitū, cum calūniose possit īducere ꝓbōnes & respōdere positionib. & malitiis hoīm obuiādū est, ff. de rei ven. in fundo. Itē qa laborādū est ad eliciēdā veritatē, Insti. de act. §. curare, & ad extenuēdas lites, j. de dolo, finē, q̄ oīa remouent̄ in iurō calumnię. Auth. vt liti. iu. §. j. alij dicunt verū esse, qđ dicūt isti, q̄do ille, q iurauit, subrogato ꝓcuratori aliqđ certū non iniunxit: si. n. certum quid iniunxisset, sub suo iurō cōprehenderet̄, vbi iurare non dēt subrogatus, qa ipsemet, q iurauit, illud rn̄dere, vel facere vr̄. ff. de admi. tut. ita. §. gessisse. Si vero nihil certū mandauit subrogato, q̄ncunq; habebit eum suspectum, ꝙ calumniosè agat, faciat eū iurare de calūnia, arg. ꝯ ipsum eundē. q primo iurauit, ex causa aliq̄n secundo iurare facit, j. de testi. c. p̄ntiū. j. de ap. significauerunt, Auth. de te. §. qa verum, col. 6. alij aūt dn̄t ta es nunq̄ iurare. [Criminali] tali, s. quæ p ꝓcuratorē agi posset. ff. an per aliū ca. app. l. 2. vel ibi, vbi de crimine agitur ciuiliter, j. de test. testimoniū, bene dicit, cōpellant̄. Azo in criminali dicit iurari de calūnia, arg. C. eo. l. j. arg. ꝯ. Insti. de pu. iu. in prin. C. de fi. instr. l. vlt. in prin. [Cōpellatur] nā si vult p se agere, pōt, & tūc coget̄ iurare de calūnia, j. eo.
4 c. vlt. † [Suæ] no. ꝙ loquitur, q̄n nomine ecclesiæ agitur: secus, si noīe suo. Alij tn̄ dicunt, ꝙ & clerici, & laici, ēt si ꝓprio nomine agāt, procuratores eorū iurabunt de calumnia, dummō ad hoc habeāt spāle mandatū. ff. de iureiu. iusiurandū, qđ. Sed in p̄sonis ecclesiasticis est spāle, vt iurent de calūnia p ꝓcuratores eorum ēt sine spāli mandato iurādi. j. eo. ca. pe. & fi. [verum] dn̄t quidā hęc verba esse Papę. alij dicunt, ꝙ ibi incipiūt, nā cū Imperator. [Ro. Ponti.] cū ei subest immediate: secus, si archiepiscopū, vel Patriarcham hēt. alij tn̄ vtrobique idem dicunt. [Prælato] non solum de prelato tantum episcopo, sed quolibet inferiore.

SVMMARIVM.

1 *In causis spiritualibus non requiritur rigor iuris.*
2 *Iuramentum de veritate succedit in causis spiritualibus in locum iuramenti de calumnia.*

CAP. II.

1 **Literas, & infra.** [Calūniæ.] † Bona est ista rō, quare non iuretur de calūnia, quādo agitur de rebus. spiritualibus quia in causis spiritualibus non requiritur rigor iuris, j. de dolo. capitu. j. Itē est alia ratio melior, quia licet iurm̄ non sit peccatū, tamen sæpe ex frequenti, & incauta iuratione peccatum nascitur, infra, de iureiu. & si episcopus, in fi. unde si præstat̄ hoc iurm̄, iurans ad quamlibet interrogationem

gationem dēt rn̄dere, quid credit, cum circa multa vertat̄ credulitas ex iurō, & ex rn̄sionib. p̄bet multotiens occasio deierādi, & iō non p̄stat̄ in spūalibus de calumnia iurm̄. iurat̄ tn̄ in eis ex veritate, quia veritas respicit scientiam veritatis, sed veritas scientiæ ad pauca restringit, & iō facilius est ad illa p iurm̄ rn̄dere. ¶ Item quia hoc iurm̄ requiritur, a malo est non credentis. s̄. de ele. significasti, sed in spūalibus causis oīa debent procedere a bono, & non a malo, in spūalibus aūt causis licet iuretur aliq̄n de veritate dicēda, nunquā tn̄ p iurm̄ interrogat̄ de credulitate. j. de test. ad hoc, quia nec de ipsa iurat, sed de veritate, sicut & testis. j. de testi. cap. de testi. sed licet partes non debeant in spiritualibus causis iurare de calumnia, tn̄ rn̄dere dēnt, quid sciāt, vel credāt. ¶ † Itē vr̄, ꝙ q̄ cito in causis spūalibus lis ꝯtestata est, ꝙ statim fiat iurm̄ de veritate dicenda, quia iurm̄ de veritate succedit in causis spiritualibus in locum iuri de calūnia, ut sicut illud gn̄aliter fit statim lite cōtestata, vt C. eo ti. l. 2. sic istud. qa non est verū, ꝙ in causis spūalibus gn̄aliter aliqđ p̄stetur iurm̄, sed ad offi. iudi. pertinet, vt si aliqua iusta cā mouerit eum, cogat eum iurare de veritate dicēda vel in articulo, de quo dubitat, vel de quo quærit̄, vel ēt in tota cā, si iudex aliq̄n probabiliter suspicat̄, ꝙ ꝯ ꝯscientiam in multis veritatē negat, & sic loquit̄ j. de iureiu. ex literis s̄. de elec. dudum Ro. j. de testi. ad hoc. maxime aūt in causis electionis vtile est est hoc iurm̄ p̄stari gn̄aliter super oībus articulis pp periculū, qđ est in mora. j. de accu. oblatę. in fi. & licet de hoc iurō a partibus p̄stādo non inueniat̄ expressum iure ciuili, tn̄ Doctores dicunt hoc iurm̄ aliq̄n p̄standum ab aliquibus aliis p̄sonis, ar. C. de testi. seruos. ff. de proba. ēt. ff. de confes. certum. §. fi. ¶ Itē iudex nititur ad veritatem inquirendam modis oībus, quibus pōt, ergo & per iurm̄ de veritate dicenda. ff. de eden. l. 2. [Calūniæ] sed de veritate dicenda iurm̄ præstatur. s̄. de elec. dudum Rom. super exceptionibus autem bene iurat̄ de calumnia ēt in causis spiritualib. s̄. de ele. cum dilecti, vbi de hoc notatur.

SVMMARIVM.

1 *Procurator qualis constitui debet in causis, ne propter eius ignorantiam circa principale negocium condemnetur in expensis.*

CAP. III.

In pertractandis causis. [Causę] si sit criminalis, necne. 2. q. 8. p̄scripta. s̄. de procu. itē si sit vehemens cā, vel vilis, & circa p̄sonas, si sint iustiores, an non. C. de proc. in pecuniariis. [nesciant] qa talē ꝯstituere tenent̄, ꝙ si interroget̄ in lite, de facili rn̄deat, quia nisi iusta cā appareat, non hēbit terminū ad dn̄m
1 ꝯsulendū. C. de procu. l. vlt. ff. de procu. si actor. Itē dicimus, ꝙ si † ꝓcurator dicit se nescire ea, de quib. interrogat̄, & ptinēt ad principale negociū, ꝙ ꝯdēnabit in expēsis, q̄ pp hoc fiēt, vt hic.

SVMMARIVM.

1 *Procuratores, omnesq; alij, qui uel a lege, vel a iudiciali authoritate administrationem habent, an semper de calumnia iurare teneantur.*

CAP. IIII.

Imperatorum, & infra. [Cogere] quāuis possint, si velint illud p̄stare. [Decidant.] j. eo. c. vlt. [Oeconomū] œconomi. n.
1 † syndici, actores, tutores, parētes, orphanotrophi, & oēs alii, q legis administrationē hn̄t a lege, vel a iudiciali authoritate, iurāt de calūnia. C. de iura. cal. l. 2. §. j. & 2. C. de bo. ma. l. 1. C. de epi. & cle. orphanotrophos, & auth. sed hodie. Inst. de cur. §. vl. procuratores aūt simpl̄r ꝯstituti nō iurabūt de calūnia, nisi sint ꝓcuratores ecclesiarū, vt s̄. e. c. j. j. e. cū cām. C. de iur. cal. auth. principalis. q ꝓpriè sumpto vocabulo iurāt. aliorū. n. ꝓcuratores nō iurant, licet aliq̄n procuratores vniuersitatis iurāt, īproprie sumpto vocabulo. j. e. cū cām, ut ibi no. [Statuas] ex hoc spāli mandato, alias conuentus facere debet, vt in hoc c. & 9. q. 3. cum scimus, episcopus autem confirmabit. C. de epis. & cle. omnes. §. hoc nihil. imo etiam & sine cōfirmatione ep̄iscopi.

CAP. V.

Cæterum. Et infra tenet constitutio syndici. ff. quod cuiusque vniuer. l. j.

SVMMARIVM.

1 *Iurare de calumnia tantum principales personæ tenentur.*
2 *Procurator ab vniuersitate constitutus dicitur syndicus.*

CAP. I. in VI.

Cum causam. [Procuratoribus] no. prælatū ante li. ꝯte. ꝯstituere ꝓcuratorē. secus in tutore, qui nō procuratorē, sed actorē facit ante litis ꝯte. C. de proc. neq; non. n. tanta, nec tā libera est tutoris administratio
1 sicut p̄lati. [Interrogantib.] nā q̄dā interrogatione fiūt añ lit. ꝯt. ut ff. de inter. ac. p totū ¶ † [Iurm̄ calūniæ,] olim iurabant procuratores indifferēter de calūnia. ff. de dam. infe. q bona. §. pen. sed postea quidē statutū est, ꝙ principales p̄sonæ iurent. C. de iura. cal. l. 2. & auth. principalis, qđ intelligit verū nisi eis mādetur spāliter, ꝙ iurent, arg. ff. de iureiu. iusiurandum qđ. ¶ Sed in causis ecclesiasticis iurāt ꝓcuratores sine spāli mandato iurandi. alii dn̄t tn̄, ꝙ procurator in causis laicorū non iurat de
2 calūnia, ēt si mandatū hēt iurādi. ¶ † [Procuratorib.] No. ꝙ ꝓcurator iurare de calūnia nō pōt. procurator ꝯstitutus ab vniuersitate nō ꝓpriè dr̄ ꝓcurator, sed syndicus, sed nō facimus vim in noīe, sed in mō ꝯstitutionis, ꝯdōne siue qualitate cōstituentis, ut si ab vniuersitate ꝯstituit syndicus sit, siue appellet̄ procurator, siue syndicus. ¶ Et eodē mō si a nō dn̄o, & cum decreto ꝯstituat̄ actor, ex quocūq; noīe cēseat̄. verūm hoc ē no. dignū ꝙ ep̄s & p̄lati, & si nō sint dn̄i, ut j. de dona. c. 2. tn̄ propriè ꝯstituūt ꝓcuratorē ēt sine decreto superioris, q litē prosequit̄, vt hic, qđ in aliis nō dicerē. no. de hoc s̄. de ꝓcur. petitio. vniuersitas ēt ꝓpriè dr̄ ꝯstituere ꝓcuratorē in re ꝓpria uniuersitatis. C. de iureiu. pp cal. l. 2. § hoc. Itē actorem constituit uniuersitas in rebus non suis. ff. quod cuiusq; vniuer. item. §. actor.

SVMMARIVM.

1 *In iuramento de veritate dicenda vnusquisque per se iurare debet.*
2 *Contendens cum recusante iurare, propter quod perempta est instantia iudicij, an habeat aliquod remedium.*

CAP. VII.

Cum in causa. [Syndicū] i. procuratorē: syndicus. n. ab vniuersitate ꝯstituit̄. ff. qđ cuiusq; vniuer. l. j. Sed hæc verba, ꝓcurator, syndicus, actor, œconomus, indifferēter accipiunt, vt no. s̄. c. proxi. & de proc. petitio. ¶ Sed nonne in cā spūali, vbi exigit̄ iurm̄ de veritate dicēda, ut no. s̄. de ele dudū, si sp p aliū egit, poterit p aliū præstare
1 iurm̄ de veritate dicēda? ¶ † Rn̄dent quidā, ꝙ nō, & est rō diuersitatis, qa vbi de calūnia iurat, de credulitate iurat, & quisq; de suo, & de alio facto credere pōt, sed in iurō de veritate dicēda nō excusat credulitas, nisi adsit veritas, qsq; p se iuret, & rn̄deat. pōt. n. esse, ꝙ illud, de quo ego quæro, scit dn̄s, & non procurator. vn̄ diuersa respondebunt, ar. ff. de in lit. iur. videamus, in prin. sed tn̄ ꝯ vr̄, ꝙ idē dr̄, ꝙ tutor iurat, si uult. Et ita vr̄, ꝙ ꝓcurator iurat, si uult. Sed respon. hoc esse pp defectū dn̄i q iurare nō pōt, quia est pupillus: imo, qđ plus est, s̄m antiqua tpa, p̄stito iurō de calūnia a procuratore, nihilominus iurat dn̄s de veritate dicēda. C. de procu. l. vlt. ff. de ꝓcu. si actor, quāuis illud intelligat̄ ēt de iurō calumniæ. Itē ad hoc est 11. q. 1. testimoniū. & q. 3. intelligēdū. 16. q. 3. dile. bene tn̄ possunt committere alicui, ꝙ in eorū aīas iuret, & tunc ille, qui iurat, non respondebit p se aliquid, sed qđ mandabunt illi, in quorū aīas iurabit j. de testi. p̄sentiū. 1. tamē satis vr̄, ꝙ syndici, & actores, & ēt ꝓcuratores possunt iurare de veritate dicenda, arg. C. de iud. ꝓperandū. § j. C. de re. cre. l. pe. §. pe. C. de iura. cal. l. 2. §. qđ obseruari. ff. de noxa. ac. quotiens. §. cos & §. p̄tor ait. ¶ Et intelligo hæc vera, ꝙ possunt p̄dicti p̄stare iura, q̄ respiciunt solā credulitatē, vel q̄ ꝯtinent ueritatē, vt sacrm̄ de quātitate expensarū, & qđ defert pro lite decidēda, & hmōi de iurō decisiuo, vel de veritate intellige verū esse ꝙ iuret procurator, dummō ei mādatū sit, vel liberā hēat administrationē, vel ꝯstitutus sit in rem suā ff. de iureiu. iusiurandū, qđ. ff. de procu. procurator cui, & l. seq. quis illæ leges loquant̄ tn̄ indeferēte iusiurandū, nō in recipiēte. si aūt sit iurm̄, qđ solā voluntatē respiciat, vel affectionē, ut est iusiurandū in litē, illud a p̄dictis non p̄stat̄, nisi in casu ff. de in litē iurādo, videamus, in prin. vsq; ad §. deferre. ¶ Illud aūt iurm̄, licet dicat de veritate dicēda, nō tamē est tm̄ de his
a q̄ qs uidit, sed ēt de his, q̄ indubitanter nouit. [a] nam non vidi Christū crucifigi, tamē firmiter noui I. ē non uidi Cōstantinū, vel Iuliū Imperatores, & hos ipsos bene noui. 96. di. Constantinus. 21. q. 3. Iul. ar. j. de test. ad hoc. ff. de in lit. iur. videamus. ad hoc facit, qđ dicit Augustinus, quia spes est certa expectatio futuræ beatitudinis, quia de futura beatitudine non potest esse certitudo scientiæ, sed credulitatis tantum. sic est in iuramento de veritate dicenda, quia iurat vera esse, de quibus non dubitat, licet ea non viderit, & lex dicit, scit & indubitatum est, qđ communi auditu percipitur de antiquis. ff. de aqua plu. ar. in summa. §. idem Labeo. sic & procurator iurat in animam constituentis de veritate dicenda, & etiam de cōsuetudine Romanæ curię in animam suam, & cum bona conscientia responderе potest vera esse ea, quæ scit, uel ab aliis, in quorum animis iurauit, intelligit vera esse. j. de testi. ad hoc, aliis præsentium

Sed

ADDITIO.

a ¶ Indubitanter nouit. Adde, ꝙ per hoc Pe. de Anch. in consi. 389. inci. uisis diligenter, & in consi. 392. conclu[illegible], ꝙ in substitutis casu, quo masculus non nascatur, potest ista conditio haberi pro impleta, si ex vehementi coniectura fœmina sit in vtero, & hanc doctrinam Iano. alle. Domi. in c. bea[illegible] q. 7. & Feli. in c. j. in col. j. & 2. supra de summis.

Universidad de Deusto Biblioteca

Sed testis non tm iurat de veritate, sed de his q in eius pñtia fa-
a cta sunt. C. de testi. testiũ. [Pęna.] C. de iur. cal. l. 2. §. ꝙ si actor. & § quod si aũt reus. [Actione] p sñiam. Sed nunquid si iudex nolit ferre sñiam ꝯ recusantẽ iusiurãdũ, & ita pereat instantia iudicii, nunquid habebit aliquã actionẽ ille, qui ꝯtendebat cũ recusante iurare, & insup si adhuc incipiat agere, qui recusauit, nunqd poterit ꝯ eũ excipi, tu debes cadere a lite, ergo non dẽt audiri agens? ar. ff. de inof. test. Pap. §. si filius. Rñ. ꝙ non credimus eũ posse agere, ve excipere de recusatione iuri, quia ea, q eueniũt post li ꝯte. valde ptinent ad officiũ iudicis. ff. de ædil. edic. ædiles. §. itẽ sciendũ, & nefas est ex matria litis litem oriri. C. de fruc. & lit. expen. l. 3. iudex tñ tenet ex hoc. C. de iud. sancimus. Insti. de ob. q ex quasi delic. in prin. qđ dicit hic gl. non debere hic litẽ ex lite oriri p sñiam, locũ hẽt, qñ negociũ principale terminatũ est, vel transactũ. C. de fruc. & lit. expen. termi. & si nondũ determinatũ sit negociũ p iustitiã, sed forte periit principale negociũ pp interitum rei, vel alia simili cã, tunc bene fertur sñia pp accessorium. ff. de rei ven. item siue, & l. vtiq;. ¶ Item non hẽt locũ hæc gl. p sñiam, in his, quæ fiunt extra iudicium, quod est videre. nam decre. dicit, ꝙ si qui elegerunt ꝯ formam, priuentur potestate eligendi. ad istam. n. pœnam agi potest semper. s. de elec. quia propter. ibi no. Alii tamen dñt, ꝙ etiam in iudiciis, vt hic, semper poterit agi, ut cadat a lite.

ADDITIO.

a ¶ Facta sunt. Vide Car. in consi. 56. inci. casus super quo, col. 3. in fine.

De dilationibus. *Rubrica. 8.*

SVMMARIVM.

1 *Appellationem iustam facit peremptorij nimis breuis assignatio, illudq; superioris iudicis arbitrio relinquitur.*

CAP. I.

Dilecti filij. [Breuem & perẽptoriũ] hoc fecit iusta ap. & an sit nimis breuis, arbitrio iudicis superioris relinquitur. ff. de ver. obl. continuus. solius. n. perẽptorii assignatio prima vice nõ sufficit ad ap. ff. de iudi. nonnunq. 24. q. 3. de illicita, iudex tñ potest id moderari. s. de off. deleg. ꝯsuluit. ff. de iudi. ad peremptoriũ, sed si male moderetur, licite appellat ab eo, vt hic. [Matura re.] i. ita abbreuiare, i. ita festinare, ut prima uice proponatur.

SVMMARIVM.

1 *Citatoriæ induciæ dantur parte absente.*
2 *Del g. & ordinarij differentia quo ad iurisdictionem.*
3 *Casus multos hic habes, in quibus citatus comparere non tenetur.*
4 *Cũ quis tutus est exceptione, missio i possessionẽ cõtra eũ facta nõ valet.*

CAP. II.

1 Præterea. [Rescriptũ.] In quo plene cõtinet tenor cõmis. [Trãsmisso.] ¶ † No. ꝙ induciæ citatoriæ dantur sine causæ cognitione, quia parte absente dant. ff. de offi. procon. nec quicq. §. vbi decretũ. Idẽ credimus de deliberatoriis, sicut hic apparet. Sed præparatoriæ & instructorię non dantur sine causæ cognitione 3. qõ. 3. spacium. Item credimus, ꝙ sine causæ cognitione possit augere, & diminuere. [¶ Vlterius] hic hẽs arg. ꝙ licet iudex delegatus non mittat rescriptũ apostolicum bullatum citato, mittat tñ non bullatum, tñ comparere dẽt, de hoc no. s. de offi. dele. cum in iure, quia plus est rñdere, ad qđ tenet, vt hic, ex quo talem causam exprimit in citatorio, quæ si vera est, tenet respondere, & cõparere dẽt, & si non cõpareat, & in veritate est iudex delegatus, iusta est sñia eius vel excõicationis vel missionis in possessionẽ, vel quæuis alia. Sed si nulla delegatio sibi facta esset, & sine cã citasset, & falsum tenorem rescripti misisset, tunc nihil valeret, qđ faceret ꝯ nõ comparentẽ, sed saluum erit ei ius suum, si cõpareat, quia non coget respondere, nisi postq venerit, habeat copiã rescripti apostolici, & alias priuil. fori põt allegare, & libellum recipere de nouo. s. de libel. obla. c. 1. s. de offi. dele. cũ in iure. s. de rescri. super lrís. c. cum ꝯtingat. s. de iudi. c. 1. ff. de iuris. om. iu. si quis ex. ¶ Si aũt in citatorio nullam causã assignet, quare hẽt sup eum iurisdõnẽ, nec tenorem rescripti inserat, nec alias est iudex ordinarius, ẽt si in veritate iurisdõnem habeat ex aliqua cã occulta, nõ tenet se pñtare iudici, ar. ff. si quis cau. quotiens seruus. C. ne de sta. de. l. pe. ff. de in ius vocan. l. 2. Si vero citatorium misit iudex ordinarius alicui, qui nõ sit de iurisdictione eius, in quo exprimebat cãm, quæ si vera esset, corã eo respõdere deberet, puta quia ꝯxit, vel deliquit, vel quia agit de re q ibi habet, sed tamen cã falsa erat, vel non suberat, tunc si comparuerit corã eo, idem est, ac si sine citatione ibi inueniatur. s. in terra, quæ sit de iurisdictione citantis. potest enim eum tunc tenere secundum quosdam, quousque cautionẽ pstet de stãdo iuri, uel lit. conte. ff. de iudi. l. 2. §. pe. male dicunt isti, quia lex illa loquitur tñ, cum compareat coram iudice, qui super eum hẽt iurisdõnem, sed tunc non põt exercere eam. quia reus hẽt priuilegium reuocandi domum. si vero non sit ibi, non cogitur venire, imo siue veniat, siue non veniat, nulla pœna põt sibi imponi, vel in cã procedi. & sic põt intelligi ff. de iud. non vr, nisi vbi agitur actione in rem, nam tunc procedit, vt fiat missio in possessionem bonorum, q habet in iurisdictione citantis, & forte secus est, si agitur personali, nisi forte latitaret, & de maleficio ibi commisso ꝯstet, & tunc ꝯ eum non proceditur, sed iudex, vbi latitat, sub fida custodia dẽt eum mittere ad citãtem, Aut. vt nulli iud. §. si vero quis, & in Auth. vt oẽs obe. iud. §. 2. col. 5. & si non fecerit, superior eum puniet, vt ibi. ¶ Si aũt vocatus venit, & litem contestatus fuerit, nõ errans neque in facto, neque in iure, poterit ferri sñia diffinitiua ꝯ eum, & suus iudex sub quo hẽt domicilium, proposita actione ex re iudicata exequetur eam. ff. de reg. iur. miles. §. vlt. ff. de reb. cre. actori. ¶ Sed si postquam venisset coram iudice, vel ẽt si inuentus in sua iurisdõne & citatus, vt corã eo compareret, & ꝯtumaciter recessit, vel non comparuit, tenet pęnæ impositio sibi facta, & excõicatio, & ẽt si cã talis erat, ꝙ li. non conte. non poterat procedi, tenebit eius processus, s. vt lit. non conte. tuæ, & c. qñ. Nec obstat si dicas, ꝙ non fuit verum, ꝙ ibi ꝯxit, sed forte sic crederet, quia de iure hic citator est iudex, ut non cognosceret, an sua esset iurisdõ, supra de rescrip. super literis, ff. de iud. si quis ex. ergo pp hanc contumaciam poterit puniri, ff. si quis ius di. nõ obtem. l. j. sed tamen cognoscere de principali cã non poterit, ẽt si talis esset, vbi procedi posset li. non ꝯte. nisi primo cognouerit, an sua sit iurisdõ, & si processerit sup principali, non tenebit processus eius, nisi in veritate iurisdõnem eum hre ꝯstaret, sed pronunciato ꝙ sit sua iurisdõ, procedet in principali, nec postea poterit obiicere, ꝙ sñia sit lata a non suo iudice, cum sit sup
a hoc iudex, s. ꝙ cognoscat, si sua est iurisdõ, & cognouit & sñiauit, & non fuit appellatũ. a sic nec appellari potuit, cum esset ꝯtumax. 2. q. 6. §. sunt quorum, & hæc oĩa intelligas, quando cõ
2 stat, ꝙ citas hẽt iurisdõnem ordinariã. ¶ † Sed obiicies, quare non eodem mõ tenet, qđ facit iudex delegatus, qui dicit se delegatum, cum non sit? Respondeo, quia del. iurisdictio certos & limitatos habet fines, quos transgredi non licet, sed ordinarius in suo territorio & in incolis eius & in aliis generalem & liberam habet iurisdõnem, vel administrationem: & iõ quicquid facit ꝯ eũ, vel eos quos in suo territorio inuenit, siue sint ibi incolæ, siue extranei, totum tenet. ¶ Hoc aũt fatemur, ꝙ si literæ ẽt falsæ impetratæ essent ad eũ, ꝙ adhuc posset cognoscere, an sua sit iurisdõ, & eodem modo si ille, qui conuenitur, priuilegium habet, ꝙ ibi conueniri non possit, siue spãle, siue propter delegationem, & de hoc ipso cognoscet delegatus, s.
3 de rescri. super literis. ¶ † Idem dicimus. s. ꝙ non comparere tenetur, si quis hoĩem suæ iurisdõnis citet super cã, q non possit esse suæ iurisdõnis, ut si laicus citet super rebus spiritualib. cã expressa, nulla est citatio, ar. j. de ord. cog. tuam. s. de iu. decernimus. s. de arb. ꝯtingit. Idem, si exprimat, ꝙ veniat responsurus seruo, vel excõicato, vel spoliatori suo, vel cuicunq; alii psonæ, q non hẽbet personã standi in iudicio. ff. si quis cau. quotiens. l. seruus. ff de procu. fœminas. s. de iu. intellegimus. Idẽ, si citat ad idem feriatum. Idẽ, si citat super eo, de quo qõ esse nõ põt, vt de sole, vel luna. ff. de iu. nunq, C. de sta. lib. l. j. li. 11. & Insti. de inuti. stip. §. j. Idem, si exprimat locũ inhonestũ, vel locum non tutum, ubi citat eum. ff. de arb. si cum dies. §. si arbiter. & gñalem regulam tradere possum, vbicunq; in citatione aliquid ponitur iniustum. vel inhonestum, vel ẽt si non sit turpe, uel iniustũ, est tamẽ tale, qđ exprimit, quia certum est, ꝙ ꝯ eũ, qui agit, cõpetit exceptio declinatoria iudicii, ut si uocet spoliatus, ꝙ respondeat spoliatori in cã ciuili, uel ẽt alii in cã criminali, uel ut respõdeat militi alterius negotia procurãti, ire non tenetur, ar. 3. q. 2. §. fi. j. de ord. cog. cũ dilectus. j. de rest. spo. frequens. s. de rescri. præsenti, C. de procu. qui stipendia: quia errorem exprimit. j. de sen. exc. per tuas. si autem nõ exprimat, sed esset notorium: alias etiam citanti, & aduersario ꝙ iniustum ꝯtinet citatio, vel bi gratia: quia citauit eum ad locum, quem notorium est esse non tutum, dicunt quidã, ꝙ cõparere non tenetur, & sic intelligitur. l. prædicta ff. de iudi. non vr: tamen tunc prudenter faciet, si miserit excusatorem 5. q. 3. si ægro-

ADDITIO.

a ¶ Appellatum. Et sic pronunciatio facta, a qua non fuit appellatum, firmat iurisdõnem iudicis ordinarii ẽt contra suos non subditos. Adde Pet. de Ancha. qui hoc refert & sequitur in consi. 192. inci. In auth. ueritatis. & pro confirmatione, col. 2. uer. confirmat hoc, & uide eund. Pe. de Anch. in consi. 270. col. pe. post me. inci. Consilium, in primo dubio.

si ægrotans. sed & si non miserit, tutus est exceptione ꝯ aduersariũ, q dolose cũ citari obtinuit, arg. ff. de eo, per quẽ fac. est. l. j. §. si reus. Sed si iudex, vel aduersarius nesciuit, tunc dabitur sibi in inte. rest. arg. ff. si quis cau. l. 2. per totum, si ꝯ eum procedatur. Si autem nil turpe expressum est in citatione, nec apparet de fraude aduersarij, nec subest cã, quare præsentiam iudicis adire non possit, tũc ire debebit allegaturus, iura vel priuilegiũ suũ, alias ni si iuerit, poterit mulctari, quãuis, si iuisset, se exceptione tueret. ff. si quis ius di. l. j. & excommunicari, j. de app. si duob. ad idem. ff. de iud. si quis ex & mitti in poss. cã custodiæ, ff. ex quib. caus. in poss. ea. l. in possessione, nisi cum ipse, q obtinuit se mitti in possessionem, sciebat aduersario exceptionem competere, & dolo obtinuit se mitti in poss. & sic loquitur. ff. de pec. eo tempore, in prin. sed peter & tunc, si volet is, qui absens fuit, reuocari possessionem in sua absentia datam, & si missus excipiat, tu contumaciter absuisti, & alius replicabit, & tu dolose excipis de dolo, vel contumacia mea, cum & tu dolose circa cãdem rem egeris sci-
4 ens me exceptione tutum. † Vel dic melius, vbicunque quis tutus est exceptione, non valet missio in possessionem facta ꝯtra
a eum, adeo ꝙ si expellatur missus, non datur actio ex eo edicto, ff. ne vis fi. ei, qui in pos. mi. quia non est interest actoris mitti in possessionem bonorum eius, qui tutus est exceptione, ff. ne vis fi. ei. l. j. §. hæc verba, & sic loquitur. ff. de pec. eo tẽpore, nec obst. ff. ex quib. cau. in pos. ea. l. in possessione, quia intelligit, ꝙ creditores sunt in possessionẽ mittendi pro debito conditionali, quo usq; caueatur de soluendo debito, existente conditione. si autẽ sit cã appellationis, vel alia, in qua posit procedi lite non ꝯtest. & tamen reo competit exceptio declinatoria iudicij, si contumaciter se absentauerit reus, vel potius non comparuerit postq in tali negotio inceperit procedi, vlterius non poterit exceptionem declinatoriam proponere. hoc probo, quia si præsens esset, & tacuisset, vlterius proponere non posset, ergo necẽ contumaciter absens sit, cum contumacia pro præsentia reputetur, C. de iudi. ꝑperandum, & j. de dolo, veritatis. nec absens contumaciter melior præsente putatur, Auth. vt oẽs obe. iud. §. si autem ille qui. col. 5. Item hic iudex bene fecit, ꝙ ꝓcessit. ergo vlterius reuocari non debet, vt j. de res. spo. audita: sed reuocaretur, si declinatoriæ iudicij admitterentur, & idem, quod diximus in declinatoriis iudicij, intelligimus in dilatoriis & peremptoriis, vt tandiu eis gaudeat, qui abfuit contumaciter, quandiu eis gaudere posset, si contumax non fuisset, sed postea non & hoc rationib. supradictis, & quia non debet esse melioris conditionis contumax. quam obediens. nec quæretur vlterius, an actor sciuerit exceptionem reo competere: quia si erat pẽptoria, hæc quęrenda sunt ante sententiam. si vero dilatoria, ante litis contest. alias autem, si non proponat ante litis conte. renunciasse vr, j. de re iudi. inter mo. semp tamen, si ꝯtrium apparuerit, s. eum non contumacẽ fecisse, restituet ex generali clausula simile. ff. ex quibus cum ma. in inte. rest. sed & si per. §. vlt. Sed ad ea, quæ primo dixi mus, potes opponere: qa vix aut nunquam poterit continere citatio aliquid ita iniustum, quod non possit habere excusationẽ vel dubitationẽ, v. gratia, citasti dñm, vt rñderet seruo, põt esse, s. si super intolerabili iniuria de eo conqueratur, insti. de his, qui sunt sui, vel ali. iur. & idem ẽt in omnib. aliis põt inueniri. Sed respõdeo, ꝙ ex quo illicitũ & iniustũ posuit in citatione, nisi adijciat cãm excusationis illius iniusti, prima facie ire non tenetur.

SVMMARIVM.

Cessans soluere pensionem per triẽnium, cadit a re emphyteutica laicali. quid in ecclesia, fisco, & colono.

CAP. III.

Literæ tuæ ac petitio. [Et vltra] & ideo petebat sibi de subtracta pẽsione satisfieri, vel ipsos milites cadere a iure pensionis. [petẽtib.] de ver. si. l. hæc adiectio. [Adiectionẽ] & malè, cũ adiectio esset ex superabundanti. nam tres anni sufficiunt cuilibet admittendum ius pensionis, vel possessionis, si cessetur in solutione pẽsionis. in ecclesia autem duo, C. de iu. emphy. l. j. ro. q. 2. hoc ius, §. qui rem. quod etiam sufficit contra colonum, si cessauerit in solutionem pensionis, ff. loc. quæ:o, §. inter loca. In re autem fisci statim cadit, ff. de pu. & vec. vectigali. §. non solutis, nisi essent in perpetuum locata. tunc. n. non reuocaretur sine auctoritate principis. ff. de pu. & vec. l. cotem ferro, §. agi. alij idem dicunt in fisco, quod in ecclesia, & est verum, quod in hac decre. dr, ubi in libello dicebatur cecidisse a iure emphy. si autem peteret pẽsionem subtractam, quia augeret quãtitatẽ, secus esset, ff. de ex. rei iud. quantitas. nam tunc bene daretur noua dilatio. vel dic etiã nec tunc dandam, quia & super pensione ꝯueniebat, & sup hoc habuerat inducias. vnde sup toto debuit deliberare. [Procedas] no. remitti causam applonis, vbi malè appellatur ad eum, a quo appellatum est, j. de app. cum in ecclesia, & c. vt debitus.

SVMMARIVM.

1 *Archiepiscopi & primatis differentia quo ad iura prouincialia.*
2 *In causis arduis non cogitur quis agi per procuratorem.*
3 *Minori negotio derogatur per maius, non e contra.*

CAP. IIII.

1 Exposuit nobis. [Prouincia.] † Not. quod licet alia sint iura archiepiscopi, quam primatis in prouincia: tamen archiepiscopus põt defendere prouinciam ꝯ aliũm petentem iura primatiæ in prouincia sua: quia eius interest, ne sua prouincia pluris aggrauetur. illa autem nõ est sufficiens ratio, s. quod omnia iura primatis cadant in archiepiscopo, cessante primate. nam hoc falsum est: nam si appelletur ab archiepiscopo appellari debet ad primatem, & tunc cessante primate non appellabit ipse archieps, seu Papa. Itẽ procurationes primatis nõ recipiet archieps, sed archiepales tñ [vocatus] hæc fuit probabilis & necessaria cã, & ideo hẽt ius reuocandi domum. ff. de iud. l. 2. §. 2. s. de foro. comp. c. vlt. [Postulauit] & ma
2 le. [Teneri] quare non cogitur respondere, ex quo erat in curia, & si forsan aduenendo excusationẽ haberet, ff. de fer. l. j. §. sed si prætor, ꝯ. Respondeo, l. prealle. quia ibi consentiebat litigare, hic autem ꝯdicit. Item quare non imputatur ei, ex quo dimisit procuratorem ad alia negotia, & non dimisit ad istud: arg. j. de dolo, cum dilecti? Respondeo, quod non potest imputari ei cũ haberet ius reuocandi domum, s. de foro comp. c. vlt. Item quia ardua erat causa, non debebat cogi agere per procuratorẽ, s. de procu. querelam. etiam si non haberet ius reuocandi domum: tamen debet procurator habere inducias ad consulendum dominum, s. de procu. dile. fil. ma. Item quia causa totam prouinciam tangebat, non poterat plene deliberare, uel contenderet, an cederet, nisi habito consilio cum, ff. de eden. l. j. non tamen dico, qđ necesse sit eos uocare, ff. de libe. causa, si pariter. [Respondit] &
3 malè. † [Prius] sed quare derogat primo mandato fm, de quo non facit mentionem ꝯ id, quod est. s. de rescr. cæterum? Respõdemus, quia fortius est secundum mandatum, & etiam si non propter secundum mandatum, sed solum spõte venisset ae seruitium ecclesiæ, crederem eũ excusatũ: quia causa subuentionis est necessaria & ex necessitate iuri tenetur, j de iure iu. ego. præterea decr. cæterum, non tangit istam decretalem. illa. n. loquit, super eodem facto, vel eadem re plura rescripta impetrantur. ista autem mandata sup diuersis negotiis impetrata sunt. quare, si potest debet ambo mandata implere: alioquin id, quod maiorem festinationẽ exigit, & ubi est maius periculum. arg. ff. de fe. l. 3. 43. di. quiescamus, ff. ad Syllania. si quis in gram. § si cui omnes. [vocatus] nõ est cã vera, quare non imputatur archiepiscopo Burdegalen. qa non prosequebatur cãm in termino assignato: quia cã probabili & necessaria venerat ad curiam, ubi eius cã agebatur, s. causa subueniẽdi ecclesiæ: quia etiam ille, qui ex probabili & necessaria causa abest, vbicunq; in foro copetenti mouetur sibi lis, tenetur per alium respondere. ff. de rest. mino. ignorare, ff. eum. qui appellat. in prouin. def. l. j. & 2. ergo multo fortius cęptam litem prosequi tenetur, saltem palium. & deterior dolus cognoscitur, quia interruptam litẽ deserit iterum, quam qui semel cœptã litem dereliquit, in Auth. de litig. §. si vero, in fin. colla. 8. & licet dixerimus, ꝙ in foro ordinario se defendere debebat, tamen in curia, licet sit cõe forum quãtum ad hoc, ut nullus illud forum valeat declinare, tamen tunc, s. tẽpore legationis, uel quo habet ius reuocandi domum, de nouo respondere non cogit. ff. de iud. l. 2. §. legatus. Sed vera cã fuit quare non fuit coactus tunc respõdere, quia negotium subsidij ita fuit graue, ꝙ non potuit declinare, alias deliberare sup cã cępta. [Temporis] falsum allegat, quia si verum esset, nec ius reuocandi domum haberet, nec iteratam dilationem ad ꝯsulendum suffraganeos. Alij ꝯ, ff. de arbi. non disting. §. item si quis Romæ. hoc autẽ constat, ꝙ si non fuisset præsens in termino, & procederetur ꝯ eum restitueretur, vt no. s. de procu. querelam. Item ar. ad hoc ꝙ hẽt restitutionẽ, si pscribatur circa iura, vel actiones eius, C. de in inte. rest. mi. l. j melius est ergo ei sine circuitu in inte. re. ꝓrogare terminũ. sed non vr eis hoc hic locum habere, cum illa iura intelligant, quando proceditur, vel pręscribit ꝯ eũ qui abest cã rei pub. pendẽte adhuc publico negocio, ꝓ quo vocatus erat: qa hic ꝯstat iã factũ fuisse finitũ: qa tñ finito negotio recessit, vr recedere debuit. ergo hoc beneficio iuuari nõ potuit, arg. ff. ex q. cau. ma. si cui. §. j. Sed dic, ꝙ simul vterq; terminus currit, s. & subueniẽdi ecclẽiæ, & respõdẽdi primati. & iõ p negotiũ maius derogat minori, nõ e ꝯ. ar. ff. de in inte. rest. l. scio. alij dicũt, ꝙ si psonalr esset vocatus, ipse hret ius reuocãdi domũ. sed si citatus esset, ut p se, uel p ꝓcuratorẽ ꝯpareret, & tps sufficiẽs habuisset ad vtrũq;. bene ĩputaret ei, puta qa ꝯdẽnaret ĩ expẽsis, nisi hret aliq legitimã excusationẽ, puta de magnitudine cãæ, vl aliã. s. de ꝓcu. qrelã. alij dicũt; & forte melius, ꝙ ubi se inuicẽ cõpatiunt, vtraq; mãdata, ambo sunt implẽda. ubi aũt sibi ꝯdicunt, ut hic. maiori dño obediẽdũ est, & in re magis necessaria, ut no s. c. c. ĩ gl. præcedenti. hic aũt vtraq; implere nõ poterat, quia dũ erat in curia, oportebat eum intendere circa militiam, & auxilium

Universidad de Deusto Biblioteca

ecclesiæ,& iterum eandem militiam reducere oportebat; & sic loquitur l.non distinguemus; & ideo ius reuocandi domum habuit etiam officio publico finito.

De ferijs. Rub. 9.

CAP. I.

OMnes dies. [Dominicos] quidam hoc c.dicunt loqui de consilio,uel esse locale, vel abrogatum per tacitum consensum..alij dicunt,ꝙ hodie seruandum est.C.eo.omnes.15.q.4.placita.33.q.4.non oportet.

CAP. II.

Quoniam. [eorum] festiuitatum.nam non solum indie resurrectionis, sed alicubi tribus dieb. post, alicubi octo feriamur. [Præcepimus.] de conse.di. 3.c.1. [Flexio] ex edicto ecclesiæ.76.di.scire.contra 20.di.c.vlt.

CAP. III.

Licet tamen. [Veteris] deputatos dies natiuitatis, circuncisionis, & alios. C.de fur.omnes. [Martyrum] quæ episcopi concordantibus populis in suis episcopatibus celebranda statuerunt.de conse.di.3.c.1.[Necessitate.] ff.de fer.l.solet.& l.pe.

CAP. IIII.

Capellanus tuus. [Statuta.] 33.q.4.non opor.2, [Continuandam] ipsi festo [Interuallum] hoc vult dicere:qa licet interuallū sit inter tres septimanas dictas,& festum beati Ioannis,puta quia aliquæ septimanæ intermediæ in tribus illis septimanis non celebrabuntur nuptiæ,sed in alijs,quæ sunt in interuallo,licet celebrare.[Contrahantur.] i.ꝯhi liceat.[Nō sinunt] de facto,& de ꝯsuetudine ecclesiæ.[Celebrant] de ꝯsuetudine ecclīæ, & sine eius prohibitione.

SVMMARIVM.

1 *Nō dēt iudex diebus feriatis procedere in causa,nec ēt citare ad eum diē.*
1 *Causæ spirituales,& causæ necessitatis etiam tpe feriali tractari possunt,*
3 *Qua de causa inductæ sunt feriæ æstiuales,& uide in nu.4.*
5 *Si quidē remotis partibus in curia agentes causam,occurrant feriæ:si ex his non læderentur,cogi possunt litigare.*
6 *Debet iudex seruare ferias.*
7 *Nunquid in terris,vbi non bibitur vinū:sint dandæ induciæ ꝓ vindemijs.*

CAP. V.

Conquestus est nobis.& infra. [Strepitus.] C.
1 eo.omnes,& l.vlti.† [Conquiescere] non solum in dieb.solennibus in honorē Dei dedicatis, sed ēt in alijs ferijs nō dēt iudex procedere in causis,nec ēt citare ad illum diem. ff.de fer.l.j.vnde iudices prudenter faciunt, si qn̄ citant dicūt,cōpareas tali die coram nobis,ut ex tunc procedamus in qōne tali: quia si die feriata non p̄t iudicare,comparere tn̄ p̄t pars citata,tn̄ nobis non multa vr̄ dr̄ia in hoc.hic āt attendendū est,ꝙ licet teneat citatio.qn̄ tamē exprimit errorē pro termino assignando, puta qa sic dicit, ad cōparendū corā nobis in tali cā tibi assignamus diē dominicum,ita ꝙ nec in dominica,nec in sequenti cōparere tenetur:si tamen non exprimat errorē,sed tamen in die solenni occurrat dies termini,puta decima die venias responsurus, & decima die veniat dies solēnis,non tenetur comparere in solēni die, sed sequenti die sic,quia duo videntur mandata,& ꝙ ad diē cōpareat,& ꝙ compareat.ff.de arbi.Celsus licet ergo habeat excusationem in die solenni,tn̄ in sequenti die non habet excusationem:& datio termini bene tenet.Idē dicimus, si per 10.aut 20. dies durent dies feriati.Item melius vr̄,ꝙ ēt si in die feriato expresse terminus assignetur,ꝙ teneat,ꝙ cōparere debeāt partes, licet non die feriato,tn̄ post illum.s̄.tit.proxi.exposuit. s̄. de in inte.resti.cum ex literis.Coram.j̄.de dolo,cum dilecti.j̄.de accu.veniens.[Solenniter] pn̄t.n.ꝯstituere aliquē sanctum solēniter venerari:sed non pn̄t aliquem sanctum sanctorum collegio sine auctoritate Pape ascribere.[Necessitas] quia si res sit tpe peritura.s̄.e.licet.ff.de fer.licet.ff.de dam.inf.l.1.& l.fiet missio.ff.
2 quemad.te.aper.l.j.ff.eo.l.2.† [Pietas] de alimentis pupillorum, cas āt spirituales,ut electionum,inquisitionū, & hmōi ēt dieb. feriatis exerceri pn̄t:qa & pietas & necessitas eas audiri suadet,& ar.15.q.4.placito.[Consentientibus.] ff.de arbi.si feriatis,in fi.& ff.de postu.quos.[Ob necessitatis] talis casus contingit pp cām, quæ vertebatur inter conuentum Rosen. & epm eiusdem loci commisit iudicib.examinandā,& vt instructā remitterent ēt ad sedē ap.Ipsi āt iudices in Iunio præfixere terminum partib.vt in medio Augusti ꝓ cā ipsa essent coram Pap.parte āt ꝯuentus in termino comparente,& auditorē impetrāte,parte epī nō cōparuit.vnde auditor datus ꝯdemnauit eū in expensis.postmodū āt vltra medietatē Octobris cōparuit procurator ꝓ epo, petēs reuocari sn̄iam expensarū,allegās ꝙ in medio Augusti cōparere nō debuit:quia tunc sunt feriæ messiū in Anglia.Item in mense Septēbris cōparere nō debuit, qa tunc sunt feriæ in curia Papæ vnde & si præsens fuisset,rndere nō cogeret, ergo non dēt ꝯtumax reputari, ut patet. ff.de iu.l. nō vr̄ post fiaitas āt vtralq; ferias venit ꝯtinuatis gressibus,q̄ cito potuit.& ideo cū non fuerit eps nec in mora,nec in culpa,iniusta fuit sentētia, & ideo reuocanda dicit, n.lex, ꝙ tpe messiū, & vindemiarū nemo cogēdus est ire ad forū.Itē occupati circa rē rusticā non sunt cogendi ire ad forū.ff.de fer.l.j.Itē cū feriæ plus inductæ sint in fauorē litigātium,ne tunc abstineat a re rustica q̄ in fauorē iudicis,sunt potius attendendæ feriæ litigatorū,q̄ iudicis. C.de legi.ꝙ fa.Itē cā quare facta est ꝯstitutio in istis litigatorib.est,qa si in medio Augusti comparuissent abstracti fuissent à re rustica.i.a messibus, ergo & beneficium ꝯstitutionis durare dēt. ff de pac. ꝙ dictum. C.qui ad li.ve.non pos.l.2.Item licet hoc non dicat ius expresse: tn̄ interpretatione principis, vel iurisdōne iudicis leges, quæ similem habent æquitatē:& vtilitatē,ad hunc casum sunt trahēdæ.ff.de legi.& ideo,cū duab.ll.sequentib.Itē pro epo facit s̄.ti.proxi.exposuit.In ꝯriū āt pars ꝯuentus,dicebat,ꝙ ille, qui assignauit terminum, non tenebatur vitare aliquod tps, nisi ferias curiæ Romanæ:sed illas cauere,vel vitare dicebat,quia si tpe feriato in curia cōparet,frustra hoc esset.nam nullius peregrini li.
Intimauit. [Eius] V.vel R. [Illorum] productorum, s. a partibus. [recipere] ad probandam corruptionem, vel violentiam prædictā, quo probato amitteret cām, quia copiam probationum aduersario subtrahere voluit.3.q.7.§.tria.j.tit.proxi.c.peruenit. Nos dicimus super principali. j.e. constitutis, quos diceremus ēt post publicationem testium recipiendos per beneficiū restitutionis ex clausula generali, si qua mihi iusta cā &c.ff.ex qui.ca.l.j.& dic, ꝙ post peractam pęnitentiam nō repellitur a testimonio, qa venit ꝯ illicitū iurm, vt no.j.e.testimoniū.& hoc dicimus pp iudices, q per se ēt nullo excipiente indignas personas a testimonio repellere dēnt, vt notatū est ff de postu.l.quos pro. Nā excipiēs de hoc iurō, vel periurio facilè repellitur replicatione doli, vt no.j.de adult.c.2.& pen.

CAP. XIX

Causam &c. [Priuilegium.] Bene post publicationem testium possunt produci instrumenta. [alijs] repete, quæ diximus supra e.fraternitatis. [Impedimentum] repete, quæ diximus, vt li.pen.dilectus.

CAP. XX.

Personas. [Ecclesiarum.] 4.quæstio.3.liberti.s. eod.veniens.15 quæst.3.nemini.

SVMMARIVM.

Testes infideles, an liceat contra fidem admittere.

CAP. XXI.

Iudæi, siue Saraceni. [Præsumant] de facto, quia de iure non licet infidelem contra fidelem admitti supra c.licet. 2.q.7. si hære. 23.q.4.Papa. [In hac parte] idest in testimonio ferēdo. [Subiacere] hic inducitur seruitus de iure canonico. si. infra de Iudæis. ca.ita quorundam.15.quæstio.vltima, cum multæ.

SVMMARIVM.

Pater & alii consanguinei, an & in quibus causis sint idonei testes.

CAP. XXII.

Super eo. [Superior.] Et est speciale in hoc casu, qa licet alias pater pro filio non sit idoneus testis. 4.q.3.idoneus, tñ in matrimonio, si agitur, an sit ꝯtum necne, non solum super consanguinitate potest ferre testimoniū, sed etiam super matrimonio, si non sit suspectus propter diuitias, vel po.vel ho.viri, quia pater, & consanguinei plus quàm alij intersunt matrimonijs filiorum. infra qui ma.ac.pos. videtur, ar.supra de probat.tertio. infra e.veniens. [Firmatū] consensu de pręsenti interueniente. j.de spon.duorum, licet.de sol.sponsalib.ēt cum iuramento, de consang.& affini super eo.

CAP. XXIII.

Licet vniuersi, & infra. [Fideles] supra eodem, Iudæi.

SVMMARIVM.

Familia quæ comprehendat, & quæ nam sint attendenda in ceteris familiaribus, ut eis credatur.

CAP. XXIIII.

In literis & infra. [Familia] i. seruos, vel in potestate patria constitutos.ff.e.t.l.pe.3.q.5.c.j.2.& 3. Alij autem familiares possunt licitè reddere testimonium.14.q.2.super prudentia. s.e.cum nuncius. Sed tamen diligenter iudex attendat honestatem personarum, vt nisi honestæ sint, nullatenus eis credatur, vt hic sup.de proba.licet. [Aliquos] etiam non familiares.

SVMMARIVM.

1 *Iudices deleg. an post mortem delegantis habeant iurisdictionem.*
2 *Possunt testes in causa appellationis super nouis articulis ex primis dependentibus produci.*
3 *Renunciatio & conclusio facta in principali causa nō extenditur ad causam appellationis, quæ est alia a prima.*

CAP. XXV.

Cum venisset. [Terminandam.] Et ijdem iudices eam diffinierunt, sed fuit ab eis appellatum, quia dicebatur non tenere, quod fecerant illi iudices in eo, ꝙ processerant post mortē delegantis: sed statim respon-
1 det, hoc non esse verū. [Morte] † hic dicunt quidā, ꝙ iudices deleg. ēt post mortē delegantis iurisdōnem hābēt, licet possint per exceptionē elidi, & si nō excipiat ꝯ ipsos iudices, tenet quod faciūt. & est ad hoc ar. quia tps datæ inspiciendū est. ꝯ de rescr. cā. Itē quia sola præsentatione rescripti iurisdictio perpetuatur, vt postea non valeat rescriptū impetratū ꝯ illud, vt no. s. de rescr. plerūque, & qa super ꝑsonis, & reb. in rescripto expressis statim iurisdōnem hēt deleg. s. de rescri.pasto. Alij tñ dicunt, ꝙ nunq̄ habent talē iurisdōnem, ar.s.de of dele. gratū, significantibus, licet. nec ob. quod hic legit, qa hic præcesserat citatio. Illud autē constat, qa possunt eorū iurisdōnem prorogare super suos consensus, vt hic no.& no.s.de of dele.sanè. [Egerit.] s.de of dele.gratū. j.de ap.solicitudinē. [Renunciatū] not. ꝙ post renunciationē testiū factā in principali iterū admittit aliqua exceptio, & iterū sup illa exceptione admittunt testes. ex quo.n. quis admittitur ad excipiendū & per ꝯns ad probandū exceptionē siue per testes, siue alio mō, ar.hic, & sup.e.cām.2 Si vero in aliquo speciali articulo sit renūciatū, super illo vlterius communi iure nō sunt recipiendi testes. infra e.de test. s.e.intimauit. Credimus ta-
a men,[a] ꝙ ēt super illo articulo, si aliqua iusta cā mouet iudicē, maxime ꝑstito a partibus iurō, ꝙ hic malitiosè non petit, ꝙ iterū sup eodē articulo posset testes producere p beneficiū restitutionis ex clausula generali, si qua mihi iusta cā &c.ar. in Auth. de test.§.qm multi.vbi dr, ꝙ admittat post ꝯclusionem, q̄ magis impedire dēt, q̄ renunciatio. Itē ar.ff.de eden. si quis ex communi.§.fi.& l.seq. Alij tñ dicūt hic permitti per beneficiū in inte.resti.specialis, de quo legitur & tractatur s.de in integ.resti. c.j. &
2 per totū: sed primū dictū magis placet. † In causa autem ap. constat, ꝙ qñ generaliter est renunciatum, possunt super nouis articulis dependentibus ex primis testes producere. s.e.fraternitatis. Sed si in aliquo articulo specialiter renūciasset quis in causa principali, tunc nec sup illo in cā appellationis cōmuni iure testes producere posset, sicut colligit a ꝯrio sensu infra e. constitutus, in fi.& sic vr, ꝙ quantū ad hoc nulla, vel modica diuersitas
3 sit inter cām principalem, & cām appellationis. † Renunciatio autē, & ꝯclusio facta in causa principali non extēditur ad cām appellationis, q̄ est alia a prima, & hoc ideo, quia nō creduntur partes de hoc intellexisse. sed si illi intelligerent, vel expresse dicerent, nos renunciamus, vel concludimus, ꝙ de cætero nec de iure, nec de facto in causa principali, vel appellationis dicemus aliquid: hæc renunciatio semper præiudicaret. [Receptis] & ita ꝙ nullæ aliæ recipiantur, & no.de hoc s.c.fraternitatis.

ADDITIO.

a ¶Credimus tamen, Hoc dictum Inn. refert etiam Io.An.& illud tenet in c.intimauit. infra c.Et tenet etiam Car.in cōsi.23.inci.in causa Amareti, col.j.in fi.

SVM-

SVMMARIVM.

Consanguinitas quomodo, & per quos testes probari possit.

CAP. XXVI.

Series. [Tui scripti.] In primo hic hēs, ꝙ non est necesse ponere stipitem, sed sufficit ponere primum gradum.35.q.10.c.j. j.de consan.& affi.cap.tua.& credimus duos testes probare consanguinitatē ab vno latere, s.viri, & alios testes ab alio, s.mulieris. Imò, qd plus est, duo testes pñt probare
a primum gradū, & alij duo[a] sm, & sic de aliis. [Sororē.] No. ad reprobādū ꝯsanguinitatē sufficere destructionē vnius gradus. [Contraria] nec introducta de certa scientia conditoris legis. [Testes] est.n. nouus articulus pendens ex priorib. vt no. s.eo. fraternitatis.& nō credimus, ꝙ duob. testib. hoc ꝑbantib. ꝑiudicetur plurib. qui aliud probauerunt, sed habebitur ꝯsideratio, quis melius probauerit s.de prob.ex literis.23.q.5.si quis ecce.

ADDITIO.

a ¶Et alij duo secundum. Et sic in probanda consanguinitate quilibet gradus dēt probari per duos teste. Adde, qd hic idē tenet Pet.de Anc.in cōs.277.inci. ex prædicta facti narratio. col.5.in prin.& illud consilium repetit sub nu.239.

SVMMARIVM.

1 *Cuiusmodi requirantur testes, cum accusatur, ꝙ non possit perfici matrimonium propter affinitatem, vide in nu.& 3.*

CAP. XXVII.

Præterea. In hac decre. quærit, an si qñ accusat matrimonium, s. ꝙ inchoatū nō possit perfici per affinitatē, vel aliam cām, necessarij sit testes de visu, & an sufficiāt de auditu, si testimoniū de auditu fulcitur fama, & alijs adminiculis, & an sufficiat testimoniū aliquorū, qui dicūt se conscios de carnali copula in eos habita. Rñ. ꝙ si testimonium de visu alias est conueniēs, quia s. crediderunt cām dicti, puta qa præsentes erant, & videbant, qñ ꝯsanguinei simul cōmiscebant bene valet, vt separetur matrimoniū, & hæc pars responsiones
1 nullā dubitationē recipit. † Ad secundam qōnem rñdeo idē, s. quod si de auditu tñ testificentur, dummō sibi ꝯsentiat fama, & alia adminicula. Sed ꝯ hoc vr, quia fama non probat, nec ēt quia violentā præsumptionē adducit. j.de eo qui co.con.sup eo.4.q.3.§.item sæpe. Rñ. hoc speciale est vbi dr ad matrimonium impedimentum, quia ꝯsanguineus viri eam cognouit, vel quia ipse vir ꝯsanguineam mulieris cognouit. nā minores probationes sufficiunt ad impediendū matrimoniū, de clan.
2 despon.cum vi. s.eo.super eo.1. j.de spon. præterea.2. † Pōt ēt intelligi, ꝙ fama cū alijs adminiculis defendit matrimonium, maximè si nō fit præiudiciū alij. j.de præsum.c.illud.alij dicūt speciale esse, cū agitur de adulterio, vt per præsumptiones cū fama probet adulteriū, ar.32.q.1.dixit, in Auc.vt li.ma.& au.§. hic quoq;, & §.quia vero. Tertiæ aūt qōni, cui non rñdet Papa, tu rñde ꝙ si interrogatus de cā sui testimonij non reddidit, nō valet. Si vero nō fuit interrogatus, valet.1.q.3.si hēs. [Visu] ita ꝙ visus sufficiat. [Sufficiat] sine visu. [Cōscios] quia ab eis, s.ab his qui se dicunt cognouisse, audierunt.22.q.5.hic vr, ibantq; cū eis, qñ pro hoc ibant, s. vt se inuicē cognoscerent. [De visu] & hoc indubitanter est, s. ꝙ eos ꝯmisceri viderint. [De auditu] s. ꝙ audiuerint ab aliquibus, ꝙ cōmiscebant ad inuicem. alij dicunt, ꝙ testificantur, ꝙ audiuerunt eos simul coeuntes, scilicet quia tenui pariete separabantur. [Subministret] supple testimonium de auditu. [Legitima] puta quia aliquando simul loquebantur, quando possunt captare opportunitatem.

SVMMARIVM.

1 *Iudex qui de causa cognoscit, an per se acta scribere possit.*
2 *Iudicis scriptura, & forensium instrumenta, an faciant fidem.*

CAP. XXVIII.

1 **Cum à nobis, & infra.** † Hic colligitur, ꝙ iudex, q cognoscit de cā, pōt idem scribere acta per se, & sm antiqua iura vr, ꝙ credebatur soli iudici sine subscriptione testiū, dūmō per testes, vel cōparationē literarū ꝯstaret, ꝙ esset sua scriptura, ar.ad hoc, qa si credit soli tabellioni. C.de dona.in dona.& in Auth.de fid. instr.§.si vero neq;. C.de falsis, si quis decurio, multofortius creditur iudici, & certe hodie ꝯriū est. s.de prob.qm. Imò plus vr, ꝙ ēt sm antiqua iura nō credebat iudici sine subscriptione testium, vt hic expressè dr. nec est simile de tabellione, q̄ ad hoc hēt publicū officiū, & de iudice, qui licet habeat publicū officiū in iudicando, nō tñ hēt publicū officiū in scribēdo ēt acta, cui
2 ēt minor fides hr, quia de suo facto testificat. † Itē scias, ꝙ talis scriptura iudi.& alia forensia instra priuatæ scripture sunt, & iō per se tñ nō faciūt fidē, nisi p testes, vel cōparationē lrarū probet vera esse scriptura. C.de ꝑb.instra, & duab.ll.seq. nos dicimus, ꝙ nunq̄ scripturæ iudicis credit nec cū subscriptione testium, nec sine, qa nullo iure hoc reperit, nec hic h.d.sequēs n. lra sic exponit, nec scriptū eorū, &c.i.tabellionū.non.n.refert ad dictionē s.positā, s.iudicis, q̄ est singularis numeri. vel dic, ꝙ in partib. illis notarij dicunt iudices, & hęc ē veritas, & cōi noīe appellant iudices, & notarij. [Et canonica.] 6.q.2.placuit, si tm. [Et ciuilia.] C.de arb.nemo. [In causis] corā eo habitis. s.d. ꝑb. qm, & multo magis si reddāt testimoniū de causis habitis corā alijs, vel ēt de alijs factis.11.q.j.nec honore. [sine] sup.nec ēt ex causas. [Sine sup te].i.si faciāt testimoniales lras, vel ēt si aliqñ testimonium reddant. [Testium] s.de procu.c.j.16.q.3.§.pen.

SVMMARIVM.

Exceptio dilatoria in qua parte iudicij sit proponenda, & in ea probanda, an testes super principali testificari possint.

CAP. XXIX.

De testibus, & infra. [Cogi] qa exceptio dilatoria semp li.ꝯt. ꝑponit, probat, & testes sup principali nō recipiunt ante li.ꝯt. rir.ā. vt li.nō ꝯt.c.qm. ideo testes super dilatoria recepti, super principali non testificantur, sed in peremptorij secus, quia post li.cont. probantur, vt C.sen.rescin.non pos.l.peremptorias, dummodo super principali iurauerint.

SVMMARIVM.

Testes contra vnam personam inducti, an contra aliam valeant: & an recepti in vna causa, probent in alia: & si fuerint recepti coram arbitrio, an valeant coram alio iudice.

CAP. XXX.

Constitutus, & infra. [Concilij]. j. de con. præ.nō va.c.2. [ꝑprij]. j.de cō.præ.nō va.post electio. [Ad iudices] & ab istis iudicib. appellauit Ho.& super appellatione suas lras reuocatorias impetrauit, & hoc totū videmus in registro. [Impetrauit] sup appellatione, q̄ emisit a iudicib. obtentis ab R. [Postulabat] corā Papa. [Testiū] corā quib. inducti fuerūt hi testes habemus. nec est vis. [procurator] magistri R. [dicebat] & bene. [archiepm] archieps.n.petijt remoueri R.cū nō esset per eū institutus. R.āt suā electionē petijt ꝯfirmari cum canonicè esset institutus per capłm, & super hoc vterq; testes induxit, quos Ho.aperiri petebat, & fuit hæc eius petitio reprobata. [cām] nō hāc. s.an esset apperitio testiū facienda, sed cām principalē ei cōmisit. [perire] testes.n.ꝯ vnā inducti personā ꝯ aliā non valent, sed inter easdē sic ēt in cā appellationis. & si recepti sunt corā arbitio, valent corā alio iudice, C.de test.l.vl.C de arb.l.pe. [Ira] denegata aūt sibi petitione sup testib. ab archiepō productis processit ad aliā petitionē, s. ꝙ liceret ei producere alios testes, & suæ petitioni cū dictione tñ. Pa.Ho.videmus.n. Ho.cām agi inter archiepm, & R.sup canonica instōne, R.timēs sibi præiudiciū generari, ēt ipse pro se, idest suo agendo noīe de sua instōne egit, dicens eā canonicā, & electionē R.minus canonicā, & iō non ꝯfirmandā, & testes ꝑduxit. Cum aūt eandē cām corā alijs iudicib. ꝑsequeret, ad quos prās deuoluta erat, siue per appellationē, siue alio mō, voluit eosdē testes ꝑducere, quos ꝑduxerat primò. R.aūt dicebat, ꝙ cū primò reddidissent testimoniū, nō erāt denuo admittēdi. Papa aūt rñdit, ꝙ sunt admittendi, si nō inueniant primæ attestationes, vel ēt si inueniunt, sed suspectæ sint. sed inueniant apud ipsum Ho. depositę, in hoc casu nō sunt recipiendi testes ex parte Ho. qa non pt hre eas suspectas. R.aūt bene posset forte suspectas hre, nisi forte depōni ꝯsensisset. & hoc vult dicere Papa, qa si attestationes receptæ in cā, q̄ vertebat inter magistrū R.& Ho. fuerūt depositę apud Ho. & postea super eadē cā velit alios testes ipse Ho. ꝑducere, vel qa dicat se minus sufficienter ꝑbasse, vel quia dicat se p̄dictas attestationes amisisse, nō est audiendus, qa suspectus est, ne dedicerit testificata. Si vero non fuissent apud eū depositæ ipsę attestationes, sed cū adhuc clausæ essent, vellet plenius probare, vel si amissæ essent, vellet ex integro ꝑbare, posset. s.de ꝑb.c.vlt.s.e. cām. nec mireris, si dr, ꝙ apud eū fuerūt depositæ attestōnes sæpe.n. accidit, vt apud ambas partes attestōnes deponant, qa eas diligētius custodiūt. [delegatis] sic est ī registro, a Petro S.Marcelli p̄sbytero Card. Apłicæ sedis leg. [Attestationib.] quātū ad illos testes, quos ꝑduxit ꝑ se. q.d. illis attestōnib. quas semel ꝑduxit, vtat: qa eosdē testes ꝑducere nō poterit. nec ꝑhibet, quin vtat attestōnib. aliorū testiū, q postea ꝑducent.n.bñ.n.licebat ei adhuc alios testes ꝑducere, cū adhuc nō essent aptæ attestōnes. [Eū]. s. Ho. melius placet, ꝙ referat ad legatū. nā licet testes recepti fuerint coram dele.a le. tñ attestōnes depositæ fuerunt apud legatū. iustū.n. fuit, ꝙ ex quo pro se induxerat testes corā prædictis dele. ꝙ eosdē testes super eodē nō inducat corā alijs, & sm hoc planus est intellēs, nec sunt necessariæ gl. hic positæ. [depositis] qa timetur, ne dedicerit testificata, quæ apud eum deposita erant, & iō ꝯtentus dēt esse illis nec amplius testes illos ꝑducere, vel alios, si ꝑ se nō ꝑduxit. [alioquin].i. si nō sint apud eū depositę [ꝑducti.] ī cā, q̄ erat īter archiepm, & mag R.

SVMMARIVM.

1 *Protestatio non excusat a iuramento.*
2 *Ante publicationem debet index exprimi facere, quod cuique obijciat.*
3 *Quando sit admittenda protestatio, & liceat dicere in personas testium.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

CAP. XXXI.

Præsentium. [Testium] secus in instris, ↄ q̄ obijcitur vsq; ad fi. ĩ.de præsump. illud, C. de edi di. Adri.l.vlti.[cū iuramēto] dicunt qdam tunc demum hoc iurm præstandum, cū a principio non est iuratū de calumnia, vel in causis, vbi nō iuratur de calūnia, vt in spūalibus, s̄. de elec.cū dilectus. Non tñ dicimus idē, & si sit iuratū. [Forsan] nam in hoc casu, s. qñ fuit protestatus, sine illo iuramēto poterit dicere in personas testium.
1 †Sed ↄ. ĩ.eo.præsentium, vbi dr̄, ꝙ protestatio non excusat a iur̄o. Sol.illud loquitur de illo, qui testes induxit, qñ vult reprobare testes sup aliorū reprobatione inductos, & ideo magis præsumitur ↄ eū, & ideo ēt cū protestatione exigitur ab eo iurm. vel ibi aliqua suspitio mouet iudicē, hic aūt obtinet gñralr. [id fuerit] s. ꝙ velit dicere in personas testiū.
2 †[Protestatus] licet sufficiat sola protestatio, vt hic, tñ iudex prudenter facit si ante publicationē facit exprimi, quid cuique obijciatur, & ēt super hoc ante apertionē testiū super principali productorū recipiendi sunt testes. s. sup reprobatione testiū, s̄.de proba.licet, & ĩ.e.præsentiū. [ostendere] p legitimas ꝓbationes, vel per ꝓbabiles p̄sumptiones. alij tñ dicunt ad hoc sufficere solū iurm ipsius. [repellere.] C. de fal. qui fallas. C.de reb.cred.si qs ius, ĩ. de cen.cū olim.
3 † [Protestatus] hæc protestatio, ꝙ liceat dicere in personas testiū, non est admittēda, nisi iudex in hoc aduersario ↄsentiat, ꝙ sic probo: post publicationē testiū non est ei licitū dicere ↄ testes, si nō fuerat ꝓtestatus, vel sine iur̄o. ergo & si fuerit protestatus, idē dicendū erit, nisi p̄dictorū cōsensus adsit, vel iusta cā protestationis ostēdatur. ꝓtestatio.n. ↄ ius cōe, vel præter voluntatē aduersarij, vel iudicis nō valet, nisi ex iusta cā fiat, vt no s̄.de cōsti.cū M. & de ele.Cumana. & ĩ hoc casu si admittat ꝓtestatio, si testes pro eo aliquid dicant, bene valet ei, quia nō dixit testes malos, licet & ꝓtestatus sit, ꝙ hoc sibi liceret, nec de omnib. dixit ꝙ vellet eos reprobare. & si protestetur expressè, ꝙ dicere vult in testes, vel excipiat sic, testes volo repellere, ꝙ sunt criminosi, bene admittendus est, etiā si nō hēt paratas probationes, sed recipient postea, vt no. ĩ.eo cū causam. & postmodū anteq̄ testes recipiant sup exceptione, oportet eorū crimina exprimere, ĩ.e. præsentiū, & tunc de facili nō crederē eis, si quid ꝓ ipso dixerint, vt hic. [De facili] i.nullo mō, ar.C.de fal.qui fallas, C.de rebus cred.si quis iu. ĩ.de cens.cū olim. Vel dic, ꝙ iudex aliquā habebit præsumptionē ex dicto eius, si alias viderit eā cōsonare veritati. vel dic ꝙ q̄diu perseuerat in proposito dicēdi ↄ testes, nō creditur sibi ꝓ ipso: sed si recedit ab hac sua ꝓtestatione, tūc creditur ei, quia pœnitere pōt, ff.de app.si quis li.ff.de inoffi. test. nā & si. vel dic, ꝙ nō crederetur huic testi pro ipso, q sic est ꝓtestatus, si aduersarius ratā vult hr̄e ꝓtestationē eius, & nō vti testimonio eius. alioquin si vult vti testimonio eius ꝓ se, & ↄ se admittere tenetur, 3.q.8.cuius in agēdo, nec dēt eadē res duplici iure censeri. 12.q.2.cognouimus. Sed dicūt quidā, ꝙ hanc ꝓtestationē pōt reuocare, sicut appellationē. 2.q.6.si quis libellos, nisi interesset aduersarij pp expensas, & laborē, ff.de re.iur.nemo, nisi illud interesse vellet remouere satisfaciēdo de expensis, & alijs, vt dēt. hic aūt fixe tenendū est, ꝙ postq̄ induxerit testes ad reprobationē testiū a parte altera productorū, vlterius nō pōt pœnitere. nā cū testes pro vtraq; parte iurent. 14.q.5.nō sane, pōt esse, ꝙ testes ipsi reprobatorij ea dicerent, q̄ potius facerēt ad ↄfirmationē suorū testium q̄ ad reprobationē. Si aūt per instr̄a vellet reprobare, etiā post productionē pōt desistere. Alij tñ dicunt, ꝙ ex quo corā iudice obtulit se probaturum exceptionē ↄ testes, vlterius reuocare non potest, quin sup hac exceptione iudicet, cū de qua re cognouit iudex &c. ff. de iudic. de qua & quia iam exceptione tua proposita ↄ testē quæsitū est ei ius, vt sibi pro te non credatur. tacitè aūt huic exceptioni, s. ꝙ possit dicere in personas testiū renunciatur, si mandet eū interrogari de capitulis suis, arg. præ.ll.& 4.qō.3 si quis re.quidā tñ dicunt, ꝙ inuito eo qui producit, super capitulis protestātis ↄ eū audiendi nō sunt, cū & si dicerent pro eo, non esset eis credendū. hoc dicit. Secus, si mādet examinari super capitulis aduersarij, quia tunc tantū ad eos reprobādos intēdo. Sed melius est dicere, ꝙ semper sunt recipiēdi, qa si non faciunt ad plenā ꝓbationē, faciunt tñ ad p̄sumptionē, vt s̄.dictū est. Si verò ex dictis testiū, ↄ quos ꝓtestatus est, faciat rubricas ↄ aduersariu, nō vr̄ tacitè renūciare, cū licitū sit auctoritatibus vti ad eos cōuincēdos. 37. di.si quid. Sed si pro se, vel iure suo faciat rubricas, secundū opinionē eorum, qui dicūt, ad nihilum valet eorū testimoniū, renunciare videt. s̄m opinionem aūt aliorum secus, cum ad aliquid valeat eis dictū illorū. tñ hoc, ꝙ ꝓ se, vel iure suo possit facere rubricas non vr̄ hēre locū nisi cū testes generaliter iurauerūt sup tota cā dicere testimonium. alij contra, & no. supra eodem, fraternitatis.

CAP. XXXII.

In nostra præsentia, & infra. [Honestatis] supra de ele.dudum, vbi no. [Præferenda] vel adæquanda, cū sint rei, supra de probat.cap.3.

SVMMARIVM.

1 *Criminosi an repellantur a testimonio & ab excipiendo.nu.2.*
2 *Testes super alijs articulis pœnitus diuersis, an produci possint apertis iam alijs attestationibus.*

CAP. XXXIII.

Tam literis vestris. [Lucan.] cū enim cōsecrationē peteret, exceptū fuit
1 ↄ eū de multis. [Infamia] ĩducitur ei purgatio. [Tales] † s. criminosi, q repellunt a testimonio, sed nō ab excipiendo, alij dicūt criminosos esse repellendos a testimonio in cā exceptionis. hic aūt repelluntur, quia erāt cōspiratores, vel inimici, uel
2 aduersarij in cā prius dictū magis placet. [Quia] † No. ꝙ si testes producti sunt, & apertæ attestationes, tñ post super alijs articulis penitus diuersis pñt produci testes, ar. s̄.e.cām, q̄.& est hoc ea rōne, quia generaliter de oīb. excipere pōt. Idē ēt dicerem in vniuersalibus, & generalib. petitionibus, quia licet sup vno articulo essent apertæ attestationes, tñ sup alio admitterentur. nā, qđ plus est, ēt post snīam audiret. C. de iud.l. 2. Idē est ēt in singularib. actionibus, dummō articuli sint diuersi. s̄. e.cām. Itē no. ꝙ hic spāliter admissi fuerunt postea testes sup hoc articulo, licet terminū habuerit ad probādū, quicquid voluit de iure suo, quia pp eius culpā.i. illegitimā appellationē super irregularitate eius nō fuerūt testes recepti. [Fœminæ]. s̄. e.qm̄.vbi no. [Lr̄as] & ideo fuerūt falsæ. s̄.de prob.c.tertio loco. ĩ.de his, quæ fi.a ma.par.ca.quanto. C.de falsis, qui veluti. [Constat] & potest constare directo. s̄.de proba. tertio loco & indirecto. ĩ.de his, quæ fiunt a prela.quanto. ĩ. eo.ex tenore.

SVMMARIVM.

1 *An possit Archidiaconus agere sine mandato.*
2 *Nunquid, si feratur snīa contra vnum agentē, possit postea alius agere.*
3 *Singularis persona qualiter agere valeat nomine ecclesiæ.*
4 *Contumax in processu negotij citandus est ad audiendam sententiam.*

CAP. XXXIIII.

Cum olim. [Archi. Menen.] qui alio noīe dr̄ sancti Dauid: dicebat.n.hic Archi.hanc ecclesiam esse archiep̄alem, & super hoc obtinuit fieri inquisitionē per dñm Papā. Sed obijcitur, aut vocabat ecclesia, aut nō. Si vacabat, vacāte sede nō erat de statu ecclesiæ agendū. ĩ.ne se.va.
1 c j.si nō vacabat, ep̄s dēt agere.nō archi. †Itē q̄uo pōt archidiaconus agere sine mandato? R ñ. ꝙ ecclesia non vacabat, & ep̄s erat negligens hoc ipso, ꝙ ius ecclesię suę non prosequitur, uel alias de negligentia summaria cognitione præmissa, constitit Papæ, vnde Arch. & quilibet alius de ecclesia pōt ꝓsequi cām, ēt ↄdicentib.ep̄o, & alijs. 12.q.2.non licet ĩ.de re.eccl. nō alie. c.si quis præsbyterorū. 2.q.7.qua pp, & conficiet libellū noīe ecclesiæ, & petet fieri restitutionē noīe ecclesię, vel iudicari ꝓ ecclesia, ar. s̄.de in inte.rest.c.2.& 3.& c.tū ex lr̄is, & licet agat noīe ecclesię, nō est necesse, ꝙ hēat mandatū, & hēt hāc ptātē agendi de iurib. quę sunt ecc.de re.eccl. non alien. si quis. 12. q.2.non licet, & nō est hic procurans. sicut si pr̄ agat pro filio. C.de bo.q li.l.cū oportet, & l.cū non solū. vel consanguineus ꝓ consanguinea, & in multis alijs casib. vbi aliquis ꝓ alio agit, & noīe alterius, licet non hēat mandatū. ff.iud.sol.l.3.§.j. ff.de proc. sed hę tñ si iudex nō cogat eū exprimere, cuius noīe agit, prudenter faciet, si nec ipse exprimat. Si aūt ecclesia vacaret, non posset agere Arch. cū non esset negligens ep̄s, quia nō est, nec pōt currere tp̄s vacante ecclesia. ĩ.de præscrip.auditis, & c. de quarta. alij tñ dicunt, ꝙ ēt vacante ecclesia pōt agere Arch.
2 †Sed nunquid, si vno agente ferat snīa ↄ eū, postea possit alius agere? R ñ non ēt procurator ab ecclesia legitime constitutus, nisi forte ignorasset, qñ alius agebat, ar. ff. de accu.is cui.§.idē vel nisi posterior doceat de collusione prioris. ff.de iu.l.cū.§.in popularib. & si plures simul agere velint, eligendus est idoneior post illū cuius interest. ff.de po.a c.l.2.& 3.qñ aūt ille, cuius interest singlr̄, agit suo noīe, cōficiet libellū post eū, si alius agat siue ꝓcurator ecclesiæ, siue quicūq; alius. nō exceptio rei iud. qa est alius qui primo egit, & alius qui mō, & ad aliud, ar. ff.de ex.rei iud. & an eadē, & l.cū q̄rit. Itē res inter alios ac. &c. hæc licet ꝓ parte sint vera, ĩ eo tñ, ꝙ cuiq; licitū ē agere noīe eccl̄iæ pro iurib.ecclesiæ, vbicunq; ep̄s, vel capl̄m fuerit negligens, ar. nō liceat, si quis presbyterū, non fatent quidā hoc esse verū, nec ↄcedit, ꝙ hic scriptū est. illa n. capl̄a tñ in reuocatione alienatorum loquunt, vbi est spāle, & ex spāli cā ↄcessum est singulis clericis eiusdē eccl̄e, cuius bona sunt alienata ↄ ius cōe, & suo noīe aget, sicut in actione populari, & nō ecclesiæ. Capl̄a āt, q sunt 2.q.7.qua pp, & c. seq. vere nō loquunt in reuocationib. alienatorū tñ, sed ēt vbicūq; viderit ep̄m excedere rōnē, uel
3 al̄as eccl̄iā lędi. †Sed dñt, ꝙ ibi ñ agit sīglaris ꝑsona noīe eccl̄ię
intentando

intentando actionē, sed denunciando, vel inquirēdo, vel excipiendo, vel accusando agere pōt ↄ eū, vel eos, qui neglexerūt ecclesiā, & sic intelligit 16.q.7.filius. 23.di.illud. illud ēt c. nō obest, quia hic non admittitur Archi. iure cōi, sed ad procedendū in inquisitione. C.si de mo.pos.l.j. & quā Papa faciebat. Nā cū Papa multa audisset de statu ecclesiæ huius, tandē ad instantiā Archi. & eodē prosequente Papa cōmisit inquisitionē, & ꝙ in forma inquisitionis procederet, ex eo apparet, ꝙ li. nō contest. recipiunt testes. & fertur diffinitiua snīa, quod nō licet, si directo ageret. s̄. vt li.nō ↄte.qm̄, in princi. hoc aūt forte posset dici anteq̄ celebraretur aliquis ↄctus per ep̄m, vel capitulū, ꝙ si aliquis ↄdiceret certa cā assignata, si postea vellet dicere ↄ eū & petere illud retractari nomine ecclesiæ probata cā coram iudice superiore, posset ēt sine appellatione expediri, infra de his q̄ fiunt a ma.par.cap.c.cū in cunctis, ar.11.q.1.si quis cum clerico.ēt patronus. 16.q.1.constitutus. Alij tñ ↄdicunt, sed ↄ prius dicta. s. ꝙ hic procedit inquirendo. vr̄ dicere litera, vbi dicit, ꝙ Archi. posset repelli. vnde dr̄ qđ hic non agit in forma inquisitionis, cū in cā inquisitionis fama est pro accusatore. & quæ ex quo vera est, nulla exceptione repelli pōt. ĩ.de accusā qualiter. 2. Itē quia dicit hic, ꝙ per procuratorē pōt agere executor huius inquisitionis. Itē quia hic dicit, ꝙ in inquisitione s̄m hoc necessaria est lit.cōte. dummō partes non sint contumaces. sed respondemus hoc non esse ↄ iura, s. ꝙ constituat procuratorem, & ꝙ possit repelli ab inquisitione, & ꝙ fiat lit. cōte. qñ aliquis executor admittitur ad inquisitionem prosequendā, vt hic, & maxime vbi agitur de iure alleuiando, vel accrescēdo. Secus autem dicerem, si inquireret de crimine. Itē & secus est, vbi Papa ex suo officio procedit. [Per exceptionē] forte quia mandatum non hēt hoc non placet. [Per exceptionem] excommunicationis, vel rei iudi. vt supra de lit.cōte.exce. & infra de excep.
4 exceptionē vel quia expoliauerat Archiep̄m custodia vacātiū ecclesiarū, vt s̄.de resti.spo.item cū quis, & in c.in litteris. †[Sententiā] præmissa tñ lit.conte.ne sit ↄ s̄.vt lit.non conte.qm̄, vel potes dicere decre.loqui, qñ Archiep̄s diffamauerat ecclesiam Nemen. quæ ei suberat. vnde præfigendus est terminus Archiep̄o, intra quem procedat, alioquin præcipiendum est ne vltra ecclesiā inquietet. C.de inge.ma.diffamari. sed hic non vr̄. s. ꝙ Archiep̄s diffamauerit, cū esset in possessione. alii dixerunt generale esse, ut in causa status procedatur lit.non contes. vel dic, ꝙ hic in modum inquisitionis processum fuit, & ideo procedi potuit lit.non contest. supra vt lit.non contesta. quoniam. Itē no.hic contumacem in processu negotii citandum ad sententiam audiendam, de hoc no.supra de offi.deleg.consuluit.

CAP. XXXV.

Ex tenore vestrarum. [Festum.] Hic non dixit ante productionē testium, s. de loco, & tempore, quibus cum alia ↄxerat, quia si dixisset post publicationem eorum, non fuissent alii testes admissi, cum & prius de hoc pars instructa fuerit. hic autem ideo admittuntur, quia sic ex dictis testium post publicationem apparuit. [admittendos] de hoc no.supra c.fraternitatis.

SVMMARIVM.

1 *Quarta productio qualiter sit petenda, & nunquid iudex possit eam denegare, nume.2.*
3 *Appellatur ab interlocutoria, quæ fertur in iudicio possessorio.*

CAP. XXXVI.

Significauerunt nobis, & infra. [Proprietate] de hoc no. s̄.de Sequestr.poss.ad hoc. [suspenso] de hoc no. s̄.de cau.pos.c.pastora. [Successerāt] interdictum.n. vnde vi, dat hr̄di, & bonorū possessori. ff.de vi & vi arma. l. 1. §. hoc interdictū, & in hæred.de hoc no. s̄.de resti.spo.cū ad sedē, & eodē mō successori, & in successorē de eo, qđ ad eū peruenit.
1 [Deberet] nisi monachi quartā productionē petiissent. †[Quartā] quicunq; quartā productionē petit, dēt petere cum ea adiectione, s. cū solēnitate iuris. & si hoc nō adiiciat, & offerat, & deneget, iusta est interlocutoria, & iniusta appellatio, qđ sic probo, quarta productio testiū sine solēnitate simplr̄ loquēdo non est de iure, imò est ↄ ius, vel p̄ter ius: ergo qui eam denegat bene
2 facit. †Itē no. ꝙ si petat quarta productio legitime, i. cū solēnitate, & iudex simplr̄ deneget, vel nō assignata cā, vel nō p̄missa cognitione sup ea, s. vt refrenet multitudinē testiū, vel aliā, ēt si illa cā denegationis subsit, in veritate tñ snīa est iniusta, & appellatio, si contingat eā fieri, erit iusta. Et hoc sic probo: petitio quartæ productionis de iure est, qm̄ fit cū solēnitate, denegatio est ↄ ius. ergo si nō assignat cām suæ denegationis, grauat partē, & sic pōns legitima appellatio vr̄, ĩ.de appel. cū in ecclesia, & c. vt debitus. sed si cām assignet iustā, & nō examinet ipsam, adhuc facit ↄ ius & pōns grauat, qa hæc quarta productio cū causæ cognitione dari dēt, vel negari. vñ no. supra eo. in causis. Si ergo hoc nō p̄cedat, grauamē est. alii aūt dñt ↄ. [Et pp hoc] quia quartam productionē denegabant. [Interlocutoria] su-
3 pra de electi.cū dilectus. †[Appellasse] no. ꝙ ab interlocutoria appellat q̄ fertur in iudicio possessorio. simile supra de ele.cū dilec. & tñ in possessorio siue retinēdæ, siue recu. siue adipi. possessionis nō appellat. C.si de mo.pos.l.j. & 2.q.6.si de possessione. quidam tñ dicunt, quod dicit illa l. non obtinere s̄m canones, sed s̄m leges tm̄. de hoc alias bene no ĩ.de no.op.c.nunc c. pen. vñ dicit, ꝙ monachi appellarunt post interlocutoriā latā ↄ eos super denegata eis quarta productione testiū quia p talē denegationē fuerunt grauati. Sed si monachi petiissent quartā productionē, & ante denegatā petitionē dixissent, & appellamus, si denegaueritis eam, tūc talis appellatio nō imp dr̄. quin valeat quicquid fit post talē appellationē, ēt si postea deneget p snīam admittere quartā productionē, nisi post denegationem iterū appellet, arg. ad hoc, qa nulla cā, vel grauamē suberat tpe primæ appellationis. ĩ.de appel. vt debitus honor, & c. dile. fil. G. sed si ante simpliciter denegasset quartā productionē, & monachi appellarēt, nisi reuocaret hoc grauamē, bñ valeret hm̄oi appellatio, qa nō est a futuro grauamine, sed p̄nti. ar. ĩ.de appe. ex parte. nec valet, si obiiciat appellatus ꝙ vr̄ a futuro grauamine appellatū, cū dicant, appellamus, nisi reuocaueris, qđ verbū
a ↄsiuū est, ff.ad Tertul.filii mr̄.ad finē, & futurū subiūctiui a modi, quia reuocatio, q̄ petit, q̄ est de futuro, nō est grauamē, sed est releuatio grauaminis grauamē aūt fuit denegatio quartæ productionis, q̄ bene præcessit, & a qua appellatū fuit, & bene appellare licet. [Quartā] & de hoc no. supra eō. in causis. [Effrenatā] supra de probatio. licet. ff.de testi.l.j. ĩ.c.proxi. [Legal] Auth.de testi. §.qa verò [In probatione] hic. s. ꝙ petiere quartā productionē cū solēnitate, & qđ qa eis hoc denegatum fuit, intra decenniū appellasset. [In expensis] de hoc no. supra de dolo, & ↄtu.finē. [Liquere] quod est post conclusionem. ante.n. cū posset nouas exceptiones proponere, & sup eis testes producere, & in omni cā instrumēta, de cā liquere nō pōt, supra c.causam, tā literis. supra de ele.dudū. 1. ĩ.de fi.instr.cū dilec. [Processuri] & si voluerint moniales, alias non, de hoc no. de cā pos. & proprie.pasto. alii ↄ, si noluerunt moniales, dummodo monachi velint. [Alioquin] idest si est conclusum, & ita habes hic, ꝙ si conclusum est in petitorio, ꝙ potest transire ad possessorium, sed tunc iudex vtrumque simul determinabit, ut hic dicit. [Simul] supra de causa poss. cum dilectus.

ADDITIO.

a ¶ Futurum subiunctiui. Vide Feli.hic, & eundem in c.quoniam, col.2.princi.supra de constitu.

SVMMARIVM.

1 *An valeat testimonium, in quo non est reddita, neque petita causa.*
2 *Testium refert veritatē dicere de his, quæ 5.sensib. corporis percipiūt.*
3 *Quando dicatur testimonium esse bonum.*
4 *Attestationes inualidæ quandoque per partium consensum validantur.*
5 *Quo casu iudex refrenare debeat testium multitudinem, uide in nu.6.*

CAP. XXXVII.

Cum causam. [Tā sup principali.] Idcirco a principio simul mandatur recipi testes super principali, & dici in personas testium, quia præsumptio erat, ꝙ Fauentini vellent prorogare causam. supra de proba. licet. Idē, vbi a principio fit tm̄ protestatio de dicendo in personas, ar. supra eo. præsentiū. Idē, vbi dr̄ odiosus ex leui cā, & idē, vbi dr̄ seruilis conditionis, & in præsenti non hēt chartam manumissionis, in Auth.e.§.si vero dicat. nā in his casib. admittit & recipit testis, vt testificetur sup eo, ad qđ inducitur, non obstantib. prædictis exceptionib. sup quibus, vel simul cum eis recipiunt probationes, vel differt in aliud tp̄s: alias autem proposito aliquo ↄ testē statim sup exceptione recipiet probatio ante q̄ testis admittat ad ferendū testimoniū. supra eo. ex parte. C.de ꝓba. ꝓbationē. C.e.si qñ. & hoc si sūt paratę, alias nō differt re-
1 ceptio testiū, vt in Auth. p̄d. †[De causis] s. an lucri cā fecerit, vel odii. ff.e.l.3. vel an reddiderit cām sui testimonii, Auth.e.§.2. 4. q.3.§.sola. si tñ iudex de cā non q̄sierit, nec testis reddiderit, nō minus valet testimoniū. ff.de no.op.nun.de pupillo. §.q opus, ĩ.de re iudi.sicut. 24.q.3.si habes. Hoc intelligo verū, si nō quærat de causis snīæ, & sic loquit Auth.de test.§.licet. Sed si omittitur quęrere de capitulis principalib. causæ, puta si egit rei vēdi. & testis, q iurauit super tota cā, dicit scio, quia talis est dñs rei petitæ, nisi aliud probet. fertur snīa ↄ eum. fert.n. testimoniū de iure, non de facto, qđ non licet, & dēt interrogari & rñdere, ex qua cā habuit. & si testis rñdet, ꝙ ex cā emptionis, iterum interrogabit, a quo dño emit, & sic de aliis, sine quib. dominiū haberi nō pōt. & q̄ cōprehendunt sub petitione de qua agit. Item nō dicimus q̄rendū indifferēter de odio, & lucro, ut no. ĩ. de accu. inqsitionis. sed de causis p̄cipalis negotii inqri mādat, & applat hic cās circūstātias ipsius negotii, sicut hic apparet, vel loco
2 & c. †[De causis] dic, ꝙ offm̄ testis ē ꝓprie dicere veritatē de

Universidad de Deusto Biblioteca

his, quæ percipit 5. sensib. corporis. 3. qō. 9. testis. si. n. qō est inter aliquos, an aliquis tenuerit aliquam rē de facto, nec ne, vel aliqua res fuerit alba, vel nigra, hic debet perhibere testimoniū de visu, & pt reddere testimoniū, ego vidi, ꝙ de facto tenebat rem talē, & hic nō est necesse, nec vtile quærere cām sciæ, quia iam dixit eā, qn̄ dixit, ꝙ vidit, ꝙ tenebat eā, quia nulla alia cā potest esse sui dicti, nisi qa vidit nec nego, quin vtile tūc sit quærere de alijs circunstantijs, videlicet vbi eras tu, qn̄ vidisti, & quæ erant, & qn̄ vidisti, & de consimilib. Sed certe hæ non sunt cāæ
3 dicti, sed sunt circunstantiæ ad veritatē indagandam. † Sed & si testis dicit simpl̄r, talis tenuit talē rem de facto, & nō dicit, ego vidi, bonum ēst eius testimoniū. C. de testi. testimoniū, & tunc est vtile ab eo quærere cām sui testimonij, qa si dicit, ego scio, qa nullus dubitat, vel ego scio, qa sic oēs dicunt, non valet eius testimoniū, quia malam & insufficientē cām reddit sui testimonij. sed si dicit, ego scio, qa vidi, tunc bonū est eius testimoniū. Item in hoc casu dicimus, qđ si non quæratur de cā, ꝙ nihilominus valet testimoniū eius. Itē dicimus, si qō est, an cantet alte, vel plane, bene vel male, hic quæritur testimoniū de auditu. Itē si quæraī, de qua materia ꝯcionatus est, & si scit ꝙ talis res est ei obligata, & idem est in similib. Idē est, qn̄ quæritur de aliqua re, an sit dulcis, vel amara, hic valet testimoniū de gustu, & dēt quæri, qūo scit, ꝙ sit talis saporis, & nō est nisi vna cā, qa ego gustaui. & idē est, si quæritur de aliqua re, an sit aspera, vel suauis, quærendū est testimoniū de tactu. & hic est vtile quærere cām, quæ similiter nō est nisi vna, s. quia ego tetigi eā. & idē est, si qō est de aliqua re, an sit boni odoris, vel fœtidi. nam hic non pōt alia cā reddi, nisi quia ego odoratus fui eā. bene tñ potest ꝓcedere iudex, vt dicat, qūo scis, ꝙ sit mali odoris, an erant ibi aliæ res vicinæ, de quib possit venire odor malus, vel an ipse esset fastiditus vino, vel cibo, vnde potius ex se exhalabat malū odorem, quā ex speciebus haberet. & hoc idem est quærere in alijs. Sed si omittatur, non minus valet testimonium. aliqui tñ quandoque quærunt, an est talis dñs rei, vel an est talis iracundus, vel ebriosus. Sed ad has qōnes non tenetur respondere, qa nullo sensu corporis pōt apprehendere, ꝙ sit dñs, vel ebriosus, vel iracundus, sed oculis mētis i. rōne hoc apprehendit. ipsa enim rō ex his, quæ apprehendit sensib. corporis, bene potest iudicare eum dñm, vel ebriosum, vel iracundum. sed ipse non adducitur in iudicem, sed in testē, & ideo testimoniū eius non præiudicat, nisi causam assignet. Sed si assignat iustas causas testimonij, puta scio eum dñm, quia fui præsens, vbi emit lanam, de qua fecit pannū, tunc valet testimoniū non ratione primæ partis, qua dixit eum dñm, quod videre non potuit, sed iudicare: sed ratione secundæ partis, qua assignauit causam iustā sui testimonij. & non est malum, si testis, vel ratio bene iudicat ex his quæ sensibus corporis apprehendit, ꝙ iudex concordet cum eo, tñ nisi sufficientes cās assignet, per quas apparet eū dñm, non valet testimonium eius. & idem vr̄, si dicit eum ebriosum, vel iracundū, quod potius vr̄ iudiciū rōnis, quam dictū testis. Videtur, qđ si testis dicit, vidi eū gerere se pro dño talis rei tanto tpe, quod p̄scripsit, quod bene ꝓbat vtile dominiū, ēt si nō dicit causam, quia non quæritur ab eo. quædā tñ sunt, quę possunt trahi ad iudicium rōnis, & ad testimoniū sensuum corporis, sicut est, si dicit ego dico, quod talis tali tpe possidebat, vel iuste possidebat. nam possessio, maxime qn̄ iungitur iuste, aliquid iuris habet, vt no. ĩ. de concess. pben. cū nostris. vnde intelligo dictū huius testis, ꝙ possidebat. i. de facto tenebat. sic enim est cōis intelligentia huius verbi, quā sequi debemus, arg. ĩ. de spon. ex literis. nec pōt dici, ꝙ eadē rōne ad iudicium rōnis spectat iudicare, an bene, vel male cantet, & an sit multū odoriferum: & idē de similibus. qa non est verū, qa hoc tm̄ sensib. corporis apprehēditur, licet vnus in his cognoscat melius, quā alius, & ideo ei magis, vel minus creditur. Idē est & in visu, qa vnus habet clariorē visum, q̄ alius, & ideo ei minus creditur de visu ad remota, & magis de visu ad propinqua. Idē est in testimonio sensuum, qa sæpe rō iuuat apprehensionē sensuum corporis, sicut est videre in inspectorib. corporis, s. an quis sit frigidus, vel non, vel an aliqua sit arcta, vel nō qa aliqui in his sunt alijs peritiores. ĩ. de frigi. fraternitatis, & tamen hic sufficit dicere, vidi eā arctā, vel frigidā, quia solo sensu corporis apprehēditur: sed solo sensu corporeo non apprehendit aliquē esse dñm, & ideo nō valet dictū eius, ego scio ipsum esse dominū. nec bene dr̄ ego vidi ipsū esse dominū, arg. ff. de interro. act. quia plerunq;. [Loco.] 3. q. 9. nihilominus. [Tpe.] s. celebrati ꝯctus. 4. q. 3. in testib. 3. q. 9. nihilominus. De qualitate aūt tpis, si fuerit serenū, vel nubilū, nō q̄ritur. 2. q. 8. libellorū. ff. de ꝓba. si arbiter, nisi & testes essent suspecti, tunc laborare dēt iudex omnib. modis, vt eū intercipiat per aliquas contrarietates, ar. 30. q. 5. iudicantē, C. de edē. is apud quē,
4 † [Præsumptione] ēt quandoq; attendat iudex: nā quandoq; attestationes, quæ non valent, ratificanī per consensum partium non solū expressum, sed ēt tacitū, ar. 4. q. 3. si qs testib. & ĩ. e. tit. c. ꝯstitutus, & c. p̄sentata, & c. tuis. Secus in litis cōt. vel re iudi. & his, quæ sunt de subā iudiciorū, quia illa non possunt ratificari, vt no. s̄. de off. dele. prudentiā. in gl. sed qd si iudex. licet. n. talis exceptio iurib. suis nō valeat, qa non est in iudicio: tñ neutra pars pōt ꝯdicere sibi obstāte exceptione pacti, vt patet in iurib. superius alle. ff. de re iu. si cōuenerit, & ff. cōi di. iudicē. ff. de no. ope. nun. l. j. §. & post operis, & §. seq. & patet in eo, qđ legiī s̄. c. j. & 3. Hac eadē rōne vr̄, ꝙ si ille, cui est cōmissa receptio testiū, & de ꝯsensu partiū ēt tacito cōmittat receptionē alijs, ꝙ valet, dūmodo non erret in facto, vel in iure, licet alias nō possit alijs cōmittere, cū sit ministeriū industriale, vt no. ĩ. de re iu. cū Bertoldus, arg s̄. de off. dele. qm̄. §. de his aūt. Quidā dicunt, & forte bene, ꝙ non sufficit tacitus cōsensus, qa potius vr̄ cōsentire, ꝙ iudex rōne suæ iurisdictionis facit, ꝙ velit se obligare ex pacto. Iudex aūt rōne iurisdictionis solus hoc facere non pōt, & ideo per solū tacitū cōsensum partiū attestationes, quæ de iure nō valēt, ratificari nō pn̄t. Sed alij dicunt, ꝙ iudex rōne suæ iurisdictionis hoc facere pōt, dūmō partes cōsentiāt saltē tacite,
5 ar. s̄. de of. del. prudētiā. §. sexta. † [Multitudinē.] Itē & alio modo refrenabit multitudinē testiū, qa iudex cū suis assessorib. dēt videre dicta testium, & si viderit, ꝙ bene ꝓbent articulos, super quib. inducunī, ꝓhibebit vlterius testes ꝓduci, non tñ dicet parti, ꝙ hoc faciat, qa bene ꝓbauit, quod intēdit, qa in interlocutione dēt iudicare, qd sentiat. C. de falsis. sed dicit, ꝙ hoc faciat, qa ad officiū eius pertinet effrenatā multitudinē refrenare, vt hic, & diminuere lites. s̄. de dol. & contu. finē, & dilationes amputare. C. de temp. ap. l. 2. in prin. & eas non debet dare ad testes sine
6 causæ cognitione. 3. q. 3. §. spacium. † Sed tñ prudenter ꝓcedet iudex, vt non procedat ad refrenationem hmōi quam facit ex sua secreta inspectione, nisi prius faciat renunciare partē ꝯ quā proceditur, ꝙ nihil dicet in testes, vel ea admissa ad dicendū appareat testes non reprobatos per testes reprobatorios, quos ꝯ primos produxit, quod iudex bene pōt facere, vt supra de ꝓba. licet, & ĩ. eo. ad hoc. Itē nunquam procedit iudex ad hanc refrenationem, nisi vbi ꝯstat, ꝙ dicta prædictorum testiū nō possunt retractari. Effrenata aūt multitudo dr̄ s̄m æstimationē iudicis, qa si aliqn̄ super vno articulo requiriī vltra 40. & in alio sufficient pauciores. ff. de testib. l. j. §. fi. [Præsumptione] infra c. constitutus. sup. eod. intimauit. [Depositiones] quæ forte non valebant, quia erant receptæ post appella. vel ex alia causa.

SVMMARIVM.

1 *Sententia executioni mandanda est, nisi is, qui sententiæ cōtradicit, incontinenti probet sua interesse.*
2 *An summaria cognitio semper sit necessaria.*
3 *In collatione beneficiorū maior diligētia est adhibenda, quā in alijs reb.*
4 *Nunquid testes inducti in causa vnius, possunt induci in causa alterius super capitulo eiusdem tenoris.*
5 *Nō tenet quis stare testib. in alio negotio inductis, nisi partes cōsentiāt.*

CAP. XXXVIII.

Veniens ad sed. ap. [Post appella.] in ista erat hæc exceptio: sed procurator repellebat, non qa esset ꝯstitutus ab excōicatis, qui bene possunt ꝯstituere procuratore in cā appellationis, & ēt per se prosequi. ĩ. de exc. cum inter, & c. venerabilem, & supra de iudi. intelleximus: sed forte quia procurator erat excōicatus, vel alias illegitime ꝯstitutus. [Voluerit] aliqua opposita exceptione legitima. [Incontinenti] hoc relinquitur arbitrio boni viri, forte vsque ad 8. dies, vel forte plures, donec requiret testes de vltra montes, ar. s̄. de test. spol. literas, circa fi. vbi dicitur incontinenti ꝓbandum. hæc tñ pars iudicis arbitrio relinquiī. dēt aūt fundare suā intentionem. i. ꝙ sua interest, puta qa sit electus. nec q̄ram quantū ad hoc, ꝙ admittaī ad ꝯdicendū, ꝙ ꝓbet se canonice electū, sed electū tm̄: nec ꝓbaī per hoc, ꝙ ēt ꝯ ꝯfirmandū, vel ꝯsecrandum nō admittaī aliqs. nisi cuius intersit, qa hic nō petebaī ꝯfirmatio, vel ꝯsecratio. sed executio sñiæ, quā nullus impedire pōt, nisi cuius in-
1 terest. † [Incōtinēti.] No. sñiam executioni mādandā nisi is q̄ ꝯ
a dicit sñiæ, incōtinēti ꝓbet sua interesse. Et hoc intelligo[a] verū, qn̄ petiī res vacās, q̄ a nemine possidet, quēadmodū erat hic decanatus, q vacabat. Si āt peteret res ab alio. s. victo p sñiam possessa, nō obstāte, ꝙ alius diceret se hr̄e ius in re. vel sua interesse, statim mādaī sñia executioni p̄stita cautione ab illo, q in sñia obtinuit illi, ꝯ quē lata est sñia, ꝙ seruet indēnis ꝯ aliū petitorē. ff. de rei ven. is a quo, & l. se. ff. de re iud. sæpe, ĩ fi. Et est rō diuersitatis hic, qa vbi res vacans transferī in aliū, deterioratur cōditio petentis. leuius. n. petitur res vacans, q̄ possessa, ideoq; non mandatur sententia executioni, si contradictor probet, quod sua intersit. Sed vbi de vno possidente in aliū possessorē transfertur,

ADDITIO.

a ¶Et hoc intelligo. Adde Bar. & Doc. in l. a diuo pio. §. si super rebus. ff. de re iu. & Pet. de Ancha. qui hoc sequitur in consi. 297. incip. efficacib. col. 3. in fi.

fertur, nō pōt dici deteriorari q̄tum ad possessionē ꝯdō petitoris. Itē vbi res vacans est nō est, q recipiat cautionē prædictam de indēni seruādo, vel potes dicere, ꝙ illa lex habet locū tm̄, vbi duo ꝯ eundē agunt. Sed hæc decre. habet locū, qn̄ nō ꝯ ter-
2 tiū, sed inter se tm̄ de re aliqua agunt. † Sed ꝯ vr̄, ꝙ sp summaria cognitio sit necessaria. ff. de re iud. à diuo. §. si super, & §. se. Sol. ibi loquitur, qn̄ non in rebus petitis fiebat executio, sed in alijs, q̄ capiebantur in causam pignoris, & tunc quocūq; allegante se hr̄e ius in re fit summaria cognitio, vt ibi dr̄. secus aūt vbi in ipsa re petita fit executio: nā tūc habet locum distinctio superior. Itē in illis, q̄ in cā pignoris capiunī, sufficit summaria cognō, sed in reb. vacantib. non sufficiet summaria, vt hic.
3 [Opponere.] Hoc dr̄, ꝙ iste pōt se opponere ꝯ eum, pro quo sñia lata erat, sed non dr̄, ꝙ possit impedire executionē sñiæ. sed licet nō dicat, vr̄ tñ, & ex quo cōstitit, ꝙ sua intereest, ꝙ nō mandetur executioni, & eius executio impediri dēt, quia per sñiam non debet fieri p̄iudiciū absenti, & ignorāti. ff. de mi. ēt §. fi. Sed ꝯ. ĩ. de re iud. cū super. vbi dr̄, ꝙ p̄iudicat sibi, nisi appellet. Sol. ibi loquitur; vbi præsens erat tpe latę sñię ille, qui ex eo lædebatur, sed hic loquiī pe absente, & ignorāte. Alij intelligunt, qđ hic dr̄ esse spāle in beneficiis, in quorū collatione maior diligentia est adhibēda, q̄ in alijs reb. & hæc solutio vr̄ posse tolerari s̄m iura. alijs vr̄, ꝙ in executione sñiæ, si appareat ꝯdictor, ꝙ summaria cognitio est admittēda. ff. de re iu. l. à diuo. §. si rerū, & § seq. [Electione.] Sup electione vtriusq;. [Sententia.] Lata inter capl̄m & decanū. forte dicebat ipsam sñiam nō p̄iudicare sibi, vel quia non est vocatus, vel quia nulla est. [Super principali.] Bona allegatio. ĩ. eo. cū in tua. [Incidēti.] i. sua intererat. [Eosdem.] Mirū vr̄, si ijdē testes, qui dixerunt in exceptione, iterū testificent super eodē in principali. vr̄. n. ꝯ. s̄. eo. cām. i. vt no. C. de testi. l. fi. Itē hi testes aut inducunī, ꝙ dicant idē, qđ in primo testimonio dixerunt, & ideo est superuacuū. Aut aliud ꝯrium, & tunc nō esset eis credendū, imo puniē-
mulier: quia si mulier nollet, præcisè cogeretur eam recipere.
nec obest, si dicat eam adulteram, quia & vir similiter adulte-
rat, & paria delicta pari recompensatione delentur, ĩ. de adul.
c. seq. vel dic, vt in glo. quę incipit, hæc sacramenta.

SVMMARIVM.

1 *Habitus probationis solennizat propositum.*
2 *Non est cogendus quis ad ingrediendum monasterium, licet votum fecerit de hoc, & in num. 3.*

CAP. XX.

Consulti. [Nouitij.] i. ꝓbationis. [Proposuerit.] Et de
hoc proposito põt cõstare vel per confessio
nẽ suã, quã modo facit, vel quia intrauit sic protestans, s. ꝙ vult
mutare vitã & habitũ & si de his ꝯstiterit, hic habitus solẽniter
susceptus dirimit matrimoniũ iã ꝯctũ. hæc. n. ꝓtestatio siue in-
tentio cũ susceptione habitus ꝓbationis hř ꝓ tacita ꝓfessione.
1 † Et est hic arg. ꝙ habitus ꝓbationis solẽnizat ꝓpositũ, & mul
to fortius votũ tale, quo ad abrenunciat seculo. Secundo solen
nizat capiẽdo habitũ probationis, ar. 28. dist. c. j. votũ aũt conti
nentiæ solius sufficit, vt solẽnizet votũ, si mulier postea habitũ
alicuius religionis solẽniter susceperit, ĩ. qui cle. vel vo. insinuã
te. & idem fortè esset dicendum, si abrenunciet proprijs, s. ꝙ po
stea accipiendo habitum probationis videtur solennizare votũ
primum de abrenunciatione propriorum, quod erat simplex,
& matrimonium non dirimebat, cum abrenunciatio proprio-
rum, sicut continentia, sit de substantia monachatus, ĩ. de sta.
mo. cum ad mo. secus si voueret non comedere carnes, vel ser-
uare vigilias monachorum. nã licet post tale uotum acciperet
habitũ, non crederemus solennizari votũ. Ratio aũt, quare prę
dictis modis vř solẽnizari votũ, est, quia ex quo prędicta vouit
2 cogendus est ea seruare, ẽt si habitũ non accepisset.† Igitur me
lius est, ꝙ si per se sine habitu fecit illud, quod facere tenetur, su
scipiendo habitũ, quod vlterius habitũ deserere non permitta
tur, arg. ꝯ. 17. q. 2. Gonsaldus, vbi dř, ꝙ qui vouit se fieri mona-
chũ non est ad hoc cogendus, ergo nec habitũ accipiẽdo vř so
lennizare uotũ. Sol. ibi uotũ emiũt mente alienata, uel ibi nul-
lũ uotũ emisit, nec ꝓfessionẽ fecit expressè, nec ẽt expressè præ
sumitur fecisse, quia ibi nullũ habitũ suscepit. hic aũt primo ꝓ-
positũ habuit, & postea habitũ suscepit, & ideo suscipiendo ha
bitũ illud solẽnizat. Gonsaldus autẽ, qui promisit se facturum
monachũ sine pꝯsenti susceptione habitus, licet peccet, si non
3 fiat, 17. q. j. qui bona, non tñ votum fecit, nec profiteri intelligi
tur, nec ẽt cogitur postea fieri monachus, arg. ŝ. de renũcia. ex
transmissa. ff. si cer. pet. qui mutuã.† Alij autẽ dicunt & melius
eũ esse cogendũ. & in pdicta decre. ex trãsmissa, nullũ uotũ uel
propositũ certũ habuit, sed tñ habitũ probationis petijt, ut ibi
no. nullo uoto pcedente. [Seculariter.] Portãdo arma, uel uiuẽ
do luxuriosè, arg. 20. q. 3. cos. mřimoniũ autẽ licitè ꝯhunt, & ue
stes, & tonsurã secularem portabunt, cum dicat regula, ꝙ in ue
ste, qua intrabit, exibit, ŝ. e. super eo, ar. ŝ. de cle. cõiu. Ioãnes, &
quia sub cõditione intrauit, ar. ĩ. de spon. de illis. alij dicunt, sed
malè, ꝙ sumẽdo habitũ ꝓbationis intelligitur simpl̃r uoluisse,
vnde impedit matrimoniũ ꝯhendũ, ĩ. q. cle. vel vo. rursus. [Pro-
testetur.] Et tñ nõ ꝓtestetur, poterit ad seculum redire, ĩ. e. sta 1
tuimus. nisi ꝯtrariũ appareat, s. ꝙ voluerit mutare uitã, licet videa 2
tur esse in culpa, cũ ꝓtestari deberet, & non protestatus fuit, &
ideo sibi imputari debet, sed ideo hic excusat à ꝓtestatione, uel
ideo non cogit ad ꝓtestationẽ, qa si cogeret, ferè oẽs ꝓtestarẽ-
tur, ꝓ ingressu, & sic multi postea haberent occasionẽ facilius &
sine rubore exeũdi, & qa cuilibet cõcessum est hoc de sua ꝯsci-
entia testificari, & solus Deus cognitor est secretorũ, introductũ est,
vt quicquid dixit de hoc credat sibi. imo plus dicimus, ꝙ si per
cõfessionẽ eius fieret ꝓiudiciũ matrimonio, nõ crederet ei. Itẽ
aliqua cã est, quare ẽt nõ exprimat, nõ ꝓsumitur ꝯ eũ, qa psumi
tur, ꝙ ex rubore omiserit protestari, ꝙ si regula ei displiceret, li-
ceret sibi ad seculum redire, uel forte ideo excusatur, quia ti- 1
met, si protestaretur, ꝙ non darent sibi habitum probationis.

SVMMARIVM.

Clericus si de licentia sui episcopi habitum probationis susceperit, an seruentur sibi sua beneficia, & per quantum tempus.

CAP. XXI.

Postulasti. [Nouitiorũ.] i. probationis. [Reuersi.] Qui
non intrauerunt, aio mutandi, uel fugiẽdi
seculum, ŝ. c. proxi. [Ab ipsis ecclesijs.] Si clericus de licẽtia epi
acceperit habitum probationis, intra annum seruabuntur sibi
sua beneficia, ar. de elec. cum in cunctis. si autem sine licẽtia,
proceditur ẽm formam decre. ŝ. de cle. non resi. ex tuę. hoc nõ
placet, qa decr. illa loquitur de clerico latitante, s. qualiter ꝯ eũ
procedatur. & credimus, ꝙ ẽt si sine licẽtia epi transiuerit, ꝙ de
bet expectari per annũ, quia ex quo habet hoc de iure, ꝙ etiam
sine licentia plati possit trãsire ad religionẽ, 19. q. 2. duæ, & ꝙ p
annũ sit in probatione tali cõditione, ꝙ possit ad priorẽ uitam
redire, ergo & beneficia recuperare possunt, uel potius nõ ami-
serũt. sed poterit eps moderari eis recissius tps, & maximè duo
rum mensium, ĩ. ti. proxi. ex publico. uel dic, ꝙ ipso iure uacãt,
arg. ŝ. de renun. ex transmissa. hoc non placet, & potest dici il-
lud fieri propter expressa signa renunciationis, quę ibi fuerunt.

SVMMARIVM.

Habitum probationis per quantum tempus illum portando quis teneatur profiteri, & an pro professo habe tur.

CAP. XXII.

Ex parte tua. [Habitum.] Quẽ cum solẽnitate soli
ta receperunt, alias secus, ut no. ŝ. e. ui
dua. hic nõ erant distincti habitus probationis, & professionis:
quia si essent distincti quãtocunq; tpe portaret habitũ ꝓbatio-
nis, nõ cogeretur illã regulã ꝓfiteri. uel dic, ꝙ ẽt si nõ profitea-
tur, ꝙ ẽt sunt distinct. habitus, ꝙ hoc ipso, ꝙ ultra tps probõnis
moraṫ cogitur esse in ordine, licet nõ in illo, sed hoc nõ placet.
[Habitus.] ŝ. e. porrectũ [Per annũ.] Præsumitur. n. ex cã proba
tionis usq; ad annum portasse. post annũ aũt quasi ꝓfessus por-
tasse uř. de hoc no. ŝ. e. c. 2. ti. hęc litera potius innuit ꝯtrium, ꝙ
nõ habeatur ꝓ ꝓfesso, sed ut negare nõ possit, cogeṫ uiua uoce
ꝓfiteri. uel posses dicere ꝙ loqtur, ubi habitus sint distincti qđ
nõ placet qa tũc nisi solita solẽnitas obseruetur ꝓ susceptione
habitus, nunquã hř pro professo, arg. ĩ. c. proxi. & no. ŝ. eo. c. 2.

SVMMARIVM.

Nouitij suscipiendo habitum probationis, quando possint redire ad seculum, & quando teneantur profiteri.

CAP. XXIII.

Statuimus. [Nouitios.] Nullũ uotũ emittẽtes, aľs se-
cus, ĩ. q cle. uel uo. c. ulti. [Religionis.] i.
professionis. [Posse.] Et si quis eos medio tpe uerberat, non in-
cidit in canonẽ, quia nõ est persona religiosa. [Appareat.] For
tè quia confitentur modo, ꝙ qñ intrauerunt, habuerunt ani-
mum fugiendi seculum, uel quia quãdo sumpserunt habitum,
hoc ipsum protestati sunt, & sic nõ tollitur per hanc decr. supe-
rior, s. cõsulti, sed eã interpretatur, quia cũ ibi non diceretur qs
probare deberet in foro ecclesię, an haberet animũ reuertendi,
uel ꝙ ipse cogatur probare, ꝙ eo animo intrauit, ut sibi liceret
ad seculũ redire, & hæc litera dec. magis innuere uidebatur. uel
ꝙ si nihil probaret, posset redire pp ꝓsumptionẽ, quę eum iuua
ret. & hoc modo in hæc decr. determinatur, s. ꝙ ubi apparet &
per cõfessionẽ eius, uel alio modo, ꝙ habuit animũ reuertẽdi,
ꝙ liberè poterit ad seculum redire. [Benedicantur.] Et hæc be-
nedictio facit, ꝙ ille habitus sit censendus professorum.

CAP. XXIIII.

Ne religiosi. [Priores.] Etiam extra capitulum gene
rale constituti. [Suis.] Vt locis primis.
[in locis.] Non cum alijs monachis, sed forte ad seruiendum
uel alio modo. [Ministrentur.] A primo monasterio, arg. 16. q.
6. de lapsis. alij ab alio, in quo morantur.

De

Universidad de Deusto Biblioteca

De conuersione coniugatorum. Rubrica 32.

SVMMARIVM.

1 *Coniugum alter si alteri dedit licentiam vouendi continentiam, an ambo continere cogantur.*

2 *Vxor si vouit continentiam, an maritus eam reuocare poterit, & vbi ipsa morari debeat,*

CAP. I.

PRæterea. [Presentibus.] Hę solennitates vel exhibitę vł omissę modicũ faciũt, ex quo cõstat de ꝓfessione. [De licẽtia.] q.d. hęc faciãt ad casum pſentẽ, in fi. dicemus. [Trãsierit.] ĵ. c. veniẽs, ꝯ. sol. illa ideo non potuit reuocare, qa adulteriũ cõmiserat. alias enim secus, 27.q.j. Agathosa. [Seruare.] Breuiter dicimus, ꝙ alterũ de his duob. oportet eã facere ad hoc, vt valeat ingressus, s. vel ꝙ intret religionẽ, vel ꝙ voueat ꝯtinentiã, ĵ. eo. coniugatus. 1 †& si vouerit cõtinentiã, sufficit ad hoc, vt nõ possit eã reuocare maritus: tñ si est iuuenis & suspectus, nõ sufficit, si solũmodo vouit, sed ẽt coget monasteriũ intrare, & sic intelligunt ꝯria hic signata, 27.q.2.c. Agathosa, rescripsit, & 23.q.5. c. qui vxorẽ, ĵ. eo. cũ sis, & c. vxoratus. tñ non cogetur fieri monacha, nec viuere monachaliter, hoc excepto, ꝙ cõpescentur à vagatione, & custodietur, ne luxuriari possit, secus si esset vetula, vt ibi dr. alij dicũt, sed nõ bene, solã licentiã sufficere, 33.q.5. qui vxorẽ, & in alijs ꝯrijs. Hoc autẽ c. cũ suis cõcor. intelligitur de licẽtia extorta. arg. 33.q.5. notificasti. alij dicunt, ꝙ minus bene, ꝙ si erat iuris ignara nõ obstante licentia, poterit reuocare, alias nõ. 2 † Itẽ qrunt, qd si maritus nõ intrauit religionẽ, sed tñ consentiẽte vxore vouit cõtinentiã? Respon. si vxor nõ vouit, & marito vouẽte consenserit, vterq; debet cõtinentiã seruare, nec alter alteri debitum reddere tenetur, cum ius suũ remiserit, tñ monasterium intrare non põt sine voluntate alterius, vt 33. q.5. ꝙ Deo. sed si tñ vnus alteri vouendi licentiã dederit, & nõ vouit, debitum exigere potest, quia non renunciauit, arg. contra, quia dando licentiam intrandi monasterium videtur ei dedisse licentiam vouendi, & tamen eum potest repetere, vt hic.

CAP. II

Verum. [Eligere.] Vt hic, & ĵ. eo. ex publico. [Satis potest.] Et credimus primi matrimonij vinculum penitus frangi.

SVMMARIVM.

1 *Votum quod in vita vxore fit, quando impediat matrimonium.*

2 *In quibus casibus ingressus vxoris, vel mariti valeat, vel non, in nume. 3.4.& 5.*

CAP. III.

1 Quidam. [Votum non tenuit.] †Quo ad hoc, ꝙ fit in monasterio, cum non esset persona idonea tunc ad intrandum monasterium, cum intrare non potest sine voluntate vxoris, sed tenet quo ad hoc, ꝙ non exigat debitum vt hic sequitur, qa persona idonea ad hoc erat. tunc dicunt quidam, & bene, ꝙ votũ hmõi quod fit inuita vxore, vel ẽt ꝙ plus est voluntaria, sed non vouente, nec religionẽ intrãte, non esset solenne, sed simplex, & ideo impedit ꝯhendũ, sed nõ dirimit iã ꝯtractum, vt hic. & ĵ. eo. placet, ĵ. qui cle. vel vo. cõsuluit, & c. rursus. votũ aũt simplex cõtinentię non dirimit matrimoniũ contractum, vt ĵ. qui cle. vel vo. veniẽs, & c rursus. & silr dicimus, ꝙ ingressus monasterij sine voto vxoris nõ dirimit ꝯtractum, arg. hic, & ĵ. eo. placet. Ad ꝯria aũt, ĵ. c. ex parte, & c. ꝯsuluit, & c. dudũ, respon. ꝙ vel habuit post ingressum ratũ votũ coniugis, marito hoc petente, in quo casu tenet, vel ratificatur ingressus, & ipsa mulier intrare cogitur, vt no. s. c. proxi. C. ad Velle. iubemus. vel post mortem vxoris tacitè, vel expressè vir ingressus priorẽ ingressum, q non tenebat, ratũ habuit, arg s. de his, quę vi me. cau. c. j. & c. qđ Deo, nõ ꝯdicit. ibi ambo cõiuges pariter & solẽniter hoc vouerũt. Itẽ dicimus similiter, si remanẽs in seculo velit intrare religionẽ, ille, q ingressus est ante, q̃ restituat, prohibere non potest, 27.q.2. Agathosa, 33.q.5. qui vxorẽ, quia non põt ab ea debitũ exigere, vt hic dr, & multo minus potest eã reuocare de monasterio, quod intrauit, ar. ad hoc, quia si propositũ vr quis solennizare per susceptionẽ habitus, ĵ. eo c. consuluit, multo fortius votũ factũ ingressu monasterij, licet tunc esset inutilis ingressus, vr tamen eum ratificare per receptionẽ habitus quod verũ intelligim s, si cõstat eũ voluisse vitã mutare, vt in predicta decre. dr. 2 †Alij tamẽ dicũt, & vr melius, ꝙ hęc mulier, q̃ non vouit, quando vir ingressus est monasteriũ, viro inuito nõ põt ingredi religionẽ, & ingressum põt educere, arg. 33.q.5. quod Deo, quia nõ tenuit ingressus eius, vt hic, secus autẽ, si in ingressu viri vouisset, quia tunc ingressus tenet, & sic loquit c. Agathosa. hac eadẽ ratione dicimus, ꝙ si quis post mortẽ vxoris stetit in monasterio ẽt per momentũ, votũ eius fit solenne, & si ignorauit mortẽ vxoris, vt no. ĵ. eo. consuluit, salua tamen distinctione, quã ponimus ĵ. de eo, qui dux. in matri. c. j. idem est, & si ambo coniuges siue ignorantes, siue scientes alterum viuere, ingressi sunt monasterium, quia amborũ votum vr ratificatũ & solennizatum per confessionẽ & ingressum vltimo ingrediẽtis, sed si restitutus esset, tunc eo inuito ille, qui remansit in seculo, religionẽ intrare nõ põt. 3 † Itẽ dicimus, ꝙ non solũ remanens in seculo põt repetere vxorẽ ingredientẽ monasteriũ: sed ipsa ingrediens põt petere coniugẽ in seculo remanẽtẽ. nã vnus coniugũ sine altero vouente non põt, & si vouit, nõ dẽt soluere promissionẽ, vt hic, & 33.q.5. vna. Itẽ alia est ratio, quia eius ingressus nõ tenet, vnde peccat, si se ab vxore alienat, vel si ei occasionẽ adulterandi præstat, 27.q.2. si tu. s. tit. proxi. veniẽs. & intelligimus hęc uera, ẽt si de voluntate alterius non vouẽtis intrasset pp causas & rõnes prædictas q a par est, siue in uita vxore transierit, siue volente. Sed secus est, si remanẽte in seculo adulteraretur, quia tũc non posset ad eã redire, ĵ. eo. constitutus, & c. veniẽs, 33.q.5.c. notificasti: sed tutius est, ꝙ fiat officio iudicis reuersio eius, qui ingressus est monasteriũ, ad cõiugẽ suã, q̃ ad petitionẽ suã, s. e. ti. c. j. sed licet rediret ad maritũ, non tñ exiget debitũ, vt hic, sed secũ cohabitabit, & debitũ red-
4 det, 33.q.5. quod Deo †Alij dicũt & malẽ, ꝙ si nõ inuita vxore vouet vir, sed uoluntaria, vt hic, nõ tñ vouẽte & transeunte, ut ĵ. c. ex parte. j. nõ tenet uotum ita ꝙ sit irreuocabile. imo reuocari ꝑt uxore petẽnte, ut hic. sed ipsa uxore uel mortua, uel uouẽte cõtinere cogitur maritus, & ad monasteriũ redire, & si cũ alia ꝯxit, separatur matrimoniũ, ĵ. e. ex parte, & seq. sed ĵ. e. placet. uehemẽter ꝯdicit. sed dicunt illud c. loqui in errãte, & nihil est tã ꝯriũ cõsensui, sicut error. ff. de iuris. om. iud. si p errorẽ. secus autẽ, ubi non erat. & dicunt istum uerum esse monachum, & in oĩb. debere seruare regulã saluo iure uxoris, & ꝙ sine scãdalo cum ea uiuat. ar. s. de cle. cõiu. Ioannes, s. de ui. & ho. cle. Deus. põt ẽt dici sm eos, ꝙ inuita uxore portabit habitum, ex quo consensit monachatui. sed ꝯ uideo, ꝙ non sit monachus, cum non possit uiuere sine continentia, sed dicunt in hoc casu spãle. qñ autẽ inuita uxore, uel ẽt nesciẽte intra monasterium, nõ fit monachus, nec tenet ingressus, ut hic, & sic ꝑt intelligi ĵ.
5 e. placet. †Vel dic, licet hęc distinctio non placeat, ꝙ ingressus monasterij sine professione, uel uoto continentię nõ põt solennizare uotum, ẽt si alter cõiugum cõsentiat, altero coniugum nõ intrãte monasteriũ, uel nõ uouẽte ꝯtinẽtiã & iccirco si post mortẽ pſentis uxoris ꝯhat cũ alia, tenet nec pcisè cogendus est intrare monasteriũ, & sic loquitur præsens decre. & ĵ. e. placet, nisi postea ratũ habuisset primum ingressum, qui non tenebat, s. de trãsa. c. 2. de his quæ ui me. cau. per latũ, & ĵ. eo. ex parte, & c. cõsuluit. Si uero ille, qui ingreditur monasteriũ, nõ solũ ingreditur, sed etiã uotum cõtinentiæ emittit, licet possit ab uxore nõ ꝓfitente nec uolente reuocari, tñ post mortem eius non põt ꝯhere, & si ꝯxit, nõ tenet matrimoniũ. nam licet ingressus monasterij, qui non potuit solennizare uotũ sine cõsensu uxoris ad hoc nõ sufficiat, sufficit tñ uotum continentię cum prædicta solennizatione. de hoc no. ĵ. e. c. penul. [Poterit.] Tamen si acceperit, tenet matrimonium, cum tñ sit simplex uotum.

SVMMARIVM.

Coniugum alteri quando liceat ingredi monasterium sine altero.

CAP. IIII.

Cum sis. [Transire.] Nisi ꝑpter adulterium alterutrius ferat sñia diuortij, qa ex tũc licitũ est nõ adultero ingredi monasteriũ, 27.q.2. Agathosa, & post mortem ingressi monasteriũ licitũ est remanẽti in seculo ꝯhere, quia post mortẽ soluta est à lege viri, infra de secũ. nup. c. fi. [Trãseat.] Nisi in episcopo, vbi oportet, ꝙ & vxor intret religionẽ, ĵ. e. sanè.

SVMMARIVM.

Coniugatus an possit habere præbendam, & an consensus vxoris vel sola taciturnitas sufficiat in ordinatione.

CAP. V.

Coniugatus. [Sacros.] Dicunt quidam idem, si ad minores, cum non possit ordinari sine titulo, 70. dist. c. j. & coniugati non possunt habere præbendas, s. de cleri. coniuga. c. 3. & alij contra, cum possit intitulari ad patrimonium, s. de præben. tuis. item potest esse, ꝙ vellet dimittere. & accipere vxorem, & ideo malum esset ligare eum. [Profitente.] No. vxorem ordinati non cogi intrare religionem, sed sufficere, si voueat continentiam, 28. dist. si se. 72. dist. eps. secus in monacho, s. c. proxi. & episcopo, infra c. proxi. sed quæritur, an sufficit ordinando sola taciturnitas vxoris, arg. quod sic, 28. dist. quia sunt. sed tamen ordinator peccat, nisi à principio, antequã eum ordinet, mulierem ipsam faciat profiteri. alij tamen dicunt, ꝙ sicut in professione, sic & in clericatu tenetur vel ad ingressum monasterij, vel ad promittendam continentiam. arg. infra. c. proximo.

SVMMARIVM.

Sponsi ante carnalem copulam, an & quanto tempore possint religionem intrare.

CAP.

CAP. VII.

Ex publico. [Religionẽ.] Non tamen in domo propria remanere, ĵ. e. ex parte, alias aũt bene liceret sibi in domo remanere, ĵ. qui cle. vel vo. insinuante. [Cautione.] Hęc cautio exigitur, ne hanc dilationẽ, licet modicam, malitiosè peteret. [Duorũ.] Quidam dicũt hoc tps currere à tpe ꝯtracti matrimonij: alij à die monitionis, ꝙ consumet matrimoniũ. nos dicimus epm audit. defensione puellæ, ꝙ velit intrare religionẽ, præfiget ei hoc tps, & non credimus hoc tps dari ad deliberãdũ ei, an redeat ad spõsum, vel intret religionem, sed ad probandũ religionẽ, & nõ habebit amplius tps probationis: sed tunc profiteri cogetur, licet credamus epm posse illum prorogare, & restringere. sed nunquid transacto tpe, si nundum intrauit, sed si postea intret, tenebit? respon. ꝙ sic. tamen iudex debet eam excommunicare transacto tpe & termino, & sic excõicata manebit vsq; ad introitũ monasterij, sed tunc absoluetur, s. de resti. spol. literas, in fi. [Consummatum.] Et sic nota circa matrimonium consummatũ valere constitutiones ecclesię.

CAP. VIII.

Vxoratus. s. eo. cum sis. [Vestro.] Loquitur fratribus.

SVMMARIVM.

Maritus si cum licentia vxoris ingreditur religionem, non potest ad eam redire, sed ipse compellitur intrare.

CAP. IX.

Ex parte. [Vxore.] Et similiter uouente, & sic nullum est contrarium. [Retinuit.] Illicitè. [De iure.] Vt no. ĵ. eo. dudum, cum esset suspecta. [Muliere.] Iustum est, quod hic dicitur, cum habuerit licentiam ab vxore, vnde malè fecit, quod ad eam redijt: sed ipsa compellenda erat intrare, 33.q.5. qui vxorem. alij tamen cõtradicunt, & fortè melius, vt no. s. eo. c. j. [Monasterium.] Arg. s. eo. quidam, notatur ibi.

SVMMARIVM.

Coniugatus ingressus religionem, quibus casibus vxore mortua teneatur perseuerare, & quando possit exire.

CAP. X.

Consuluit. [Transierat.] Ipse vir. [Dirimendũ.] Hoc ideo est, quia post mortem vxoris stetit in monasterio, vnde ꝙ ab initio nõ tenebat, ratificatur, s. de his, quæ vi me. cau. perlatum. vel votum, quod vxore sua viuente emiserat, & non valebat ingrediendo monasterium, modo solẽnizatũ est pseuerando in monasterio post mortẽ vxoris. nec requiritur ad hoc, ꝙ solennizasse intelligatur, ꝙ sciuerit mortẽ vxoris, & ꝙ postea in monasterio remanserit, sed sufficit, ꝙ mortua sit. & est ratio, quia separãdo se ab vxore siue inuita, s. eo. quidã, siue voluntaria, ĵ. eo. ex parte, semper pſumitur velle mutare seculũ, vt ĵ. in pal. decr. & ex quo tale propositũ habet, per habitus susceptionẽ esset solennizatũ votũ, nisi vxor impediret, ĵ. tit. proxi. cõsulti. ergo sublato impedimento vxoris, statim primo momento post mortẽ eius & votũ solennizatũ esse vr. Itẽ alia ratio est, quia ad hoc vt votũ valeat, nõ requirit sciẽtia, vel opinio, sed rei veritas, ĵ. eo. placet. Itẽ si allegaret se ideo moram in monasterio fecisse, quia vxor viuebat, ad q̃ redire nolebat, allegaret turpitudinẽ suã, & sic audiendus non esset, s. de eo. inter. secus aũt esset si protestatus esset habens vxorẽ, ꝙ non intentione mutandi vitã, sed probandi intrauit, quia tunc etiã post mortẽ vxoris non ratificatur, quãdiu durat tps ꝓbationis, imo exire põt, sicut si non habens vxorẽ ingressus est, ĵ. ti. proxi. super eo. tunc autem tñ dicimus ratificari votum cõiugati ingressi, vel solennizari, quando prius expressè professus est vel tacite, quamuis professio eius non tenueri propter coniugẽ viuentẽ. quando aũt tacite, vel expresse quis vouere intelligitur, no. s. ti. proxi. c. 2. alijs aũt tñ vr, & forte melius, ꝙ non ratificatur votum, vel ingressus monasterij illius coniugati, qui inuita vxore intrauit, licet post mortem eius ignoranter in monasterio manserit, sicut notauimus in matrimonio carnali plene supra his rationes assignando, ĵ. de eo qui dux. in matrimo. c. j.

CAP. XI.

Charissimis. [Maximè.] Id est tantum.

SVMMARIVM.

Coniugatus inuita, vel nesciente vxore ordinatus ad sacros ordines, an ea mortua sit cogendus seruare ordines. Et an si cum alia contrahat, matrimonium teneat.

CAP. XII.

Placet nobis. [Promisit.] Et intelligitur simplex hoc votũ, vt no. s. eo. quidam. [Cogenda.] s. eo. quidam intrauit, vbi de hoc no. s. eo. ex parte, cõtra. nunquid idem dices in promoto ad sacros ordines, s. quia si ordinatus fuerit ad sacros ordines inuita vel nesciente vxore, ꝙ ea mortua non sit cogendus seruare ordinem, ꝙ si cõtrahat cũ alia de nouo, ꝙ tenet matrimoniũ? arg. hic. nos credimus ꝯtrarium, s. ꝙ licet ordinatus reddendus sit vxori, tamen si de nouo cũ alia ꝯhat, non tenet matrimoniũ. & ratio est diuersitatis, qa matrimoniũ de iure naturali nõ impedit quẽquã ordinari ad sacros ordines, quia naturlr potest ordinatus vti matrimonio ꝯtracto, sicut facit oriẽtalis ecclesia, 31. dist. Niceua, 32. dist. si quis eorum, & etiam ꝯhere posset, nisi constitutiones ecclesiæ hoc prohiberent. Ex hoc apparet, ꝙ sola constitutio impedit, ꝙ hic coniugatus nõ ꝯhat. cessante ergo impedimẽto, i. mortua vxore seruet cõstitutionẽ, q̃ est ꝙ ordinatus in sacro ordine si ꝯhat, ꝙ nõ tenet matrimoniũ; sed in voto secus, quia de iure naturali matrimonium, vel vsus matrimonij impedit votum, in quo cõtinetur cõtinentia quæ simul esse non possunt, s. cõtinentia & vsus matrimonij. vnde cum à principio de iure naturali non tenuerit, non potest dirimere matrimonium iam contractum.

SVMMARIVM.

Coniugum alter si transiuit ad secunda vota antequam interueniat copula carnalis, non sufficit alteri habitum sumere, sed monasterium ingredi cogenda est.

CAP. XIIII.

Ex parte. [Viduitatis.] i. professionis, sed dicitur viduitatis, quia ipsa vidua erat, & erat signum, ꝙ in viduitate manere debebat. plus placet ꝙ non assumpsit velũ professionis, sed viduitatis tñ, in quo proponebat, & se proponere & vouere ostendebat, ꝙ in viduitate permaneret, & hoc satis patet per hoc, ꝙ sequitur in fi. vbi dr, ꝙ si noluerit intrare monasterium, ꝙ cogitur ire ad sponsum, quod non esset si professa esset. [Solenni celebratione, ac litania.] Forte quęlibet istarum sufficit ad solennitatem, si non habet virum, vel si non intrasset monasterium, vt no. s. ti. ꝓxi. [vidua.] alias si virũ habet, secus, vt hic in fi. hoc non fatemur, nisi cũ solẽnitate solita hoc faciat, vel nisi suã voluntatẽ exprimat. [Videri.] Licet non sit verũ, vt sequitur. [Consumandũ.] Qui cle. vel vo. insinuante, ꝯ. sol. ibi emiserat votũ, hic nõ. vel illa erat libera, vnde facilius pſumitur pro solennizatione voti. s. ꝙ sola susceptione habitus sit solennizatũ, s. de re. & tran. ad re. consulti. hæc habebat spõsum, vnde difficilis pręsumitur pro solennizatione voti. nõ n. votũ sponsi de præsenti solennizatur per susceptionẽ habitus, quãuis alterius simplicis & solutæ personæ solennizatur, s. de reli. & transe. ad relig. cõsulti. plus placet, ꝙ hic, & ibi fuit solenne votũ continentię, & nõ professionis. & hoc solenne votum continentię non dirimit matrimoniũ ꝯtractum ante ipsum votũ, vt hic. sed bene dirimit matrimoniũ ꝯtractum post votũ hmõi, s. continentię solenne, & sic loquit decre. insinuante. de hoc no. de reg. & trans. ad reli. porrectũ. [Regularẽ.] No. ꝙ vbi alter cõiugum transiuit ad secunda vota, anteq̃ interueniat carnalis copula, nõ sufficit alteri cõiugũ habitũ sumere, vouere ꝯtinentiã, & in domo sua manere, imo cogenda est professionẽ facere alicui de regulis apꝓbatis, vt hic habes. & postmodũ cogẽda monasteriũ ingredi. idẽ dicẽdũ vr in vxore epi, quia nõ sufficit vxori eius vouere, nisi intret religionẽ, & cõtinentiã profiteatur, s. eo. sane. & idẽ est, si suspecta sit, q̃ in seculo permanet, s. eo. cum sit. sed si de facto nõ sit à pdictis exacta & facta professio, cũ hęc professio sequat ad illud, in pdictis casib. cogetur & profiteri, & religionem intrare, arg. ĵ. eo. significauit. in alijs autem credimus sufficere solum votum cõtinentiæ, & remanebit in domo propria & proprium habebit, nec vllam regulam seruare tenebitur, s. eo. c. j. & c. cum sis, & c. coniugatus, ĵ. eo. significauit.

SVMMARIVM.

Vxore adulterante an vir possit promoueri ad ordines, & monasterium ingredi.

CAP XV.

Constitutus. [Copulata.] Et male: ipsa. n. potius omnia mala debuit sustinere, quam huic malo consentire. 32.q.7. ita ne. [Gradum.] Hic licite potuit sacerdos ordines recipere, & monasterium ingredi, cum vxor commiserit adulterium, cui causam non præstitit, & sic non est contra. s. ti. proxi. veniens. sed etiã si præstitisse causam dicatur ex eo, quia vxori nubenti per iudicem nõ contradixit, cum teneat eius monachatus, vlterius redire non potest. ca. proxi. [Inquietat.] s. eo. c. j. contra, ibi sol. quia adultera.

SVMMARIVM.

Coniunx si propter adulterium vxoris ingressus est religionem, an eo non excipiente de adulterio mulieri repetenti sit restituendus.

CAP XVI.

Veniens. [Tonsuratus.] Et male, nec tenuit, s. eo. c. j. [Amatores.] Propter hoc adulterium solennizatum est votum, quod nõ tenuit. [Sponte.] Idem dicimus, & si contra eius voluntatem intrasset, ex quo adulterium commisit, 28.q.2. Agathosa. [Continuit.] Hoc solũ sufficit ne matrimonium possit repetere, 27.q.2. Agathosa, vt ĵ. de diuor. significauit. sed quid si mulieri repetẽti nolit opponere exceptionẽ fornicationis, seu adulterij? ar. ꝙ possit omittere. C. de pac. si quis. C. ne quis inui. arg. l. actio, respon. ꝙ cum sit verus monachus & irreuocabilis pp adulteriũ vxoris, ẽt si non opponat exceptionẽ, tñ reuocari nõ poterit, & monasteriũ excipiet eũ eo nolente,

Universidad de Deusto Biblioteca

nolēte,cū ſit eius monachus,& ei acquiſita ſit exceptio,& pro eo egere & defendere debeat.& ex hoc eſt, ꝙ etiā ſi inuita vxore intrauit monaſteriū,& poſtea fornicetur.firmatur monachatus eius,nec poterit reuocari,27.q.2.Agathoſa.imo & ſi vir fornicetur in monaſterio poſt fornicationē vxoris,non tñ ius,qđ amiſit per fornicationē ſuā, recuperabit, cū iā ſemel ſit factus verus & irreuocabilis monachus, arg.de conſec.diſt.4.quæris, licet ſecus ſit ſi eſſent ambo in ſeculo, ſ.de iureiu.tua, j.de adu. c.vlti.Hoc aūt certum tenemus,ꝙ licet alteruter coniugū poſt ſnīam diuortij quo ad thorū latā intret monaſterium, tamē remanens in ſeculo poſt mortē eius licitè ꝯhit.mortuo.n.primo marito ſoluta eſt vxor à lege viri,vt j.de ſecū.nup.c.pen.& vl. & j.de diuor.de illa.nec obſtat ſ.eo.cū ſis,& c.ſeq.qa illa loquūtur in volūtariè vouentibus,& hoc pp delictum ſuum,& in pęna lata ex ſnīa diuortij; ſecus autem eſt in ordinibus, quia non pōt fieri ſubdiaconus,cū vxor adulterata eſt,ea inuita. Et eſt ea rō,qa vxor cuiuſlibet in ſacris ordinib. cōſtituti tenetur cōtinere poſt mortē eius,28.di.qa ſunt,32.di.ſeriatim,ſed ad hoc inuita,cogi nō pōt,cum ſit res voti,non pręcepti,32.q.j.integritas.

SVMMARIVM.

Licentia vi extorta non præiudicat.

CAP. XVII.

Accedens. [Verbera.] Ob hoc verberabat, vt licentiam prębere intrandi monaſterium, icirco non præiudicauit ſibi,33.q.5.notificaſti.[Voto.] Quod ſi emiſiſſet,cum in hoc haberet liberum cōſenſum mariti intrandi,vel potius quia ipſe intrando votum intelligitur ſolennizaſſe, poſtea exire non poſſet.alij aliter dicunt, vt no.ſ.tit.proxi. quidam. [Reliquiſſet.] Etiam inuitum de monaſterio educere potuiſſet, 33 quæſt.5.notificaſti.

SVMMARIVM.

Vxor ſi det licentiam viro intrandi monaſterium, an ipſa ſit itidem cogenda ingredi.

CAP. XVIII.

Significauit. [eidem.] Mulieri.[Iniuncto.] A decano [Aetatis.] ſ.e.cum ſis.alias.n.compelli poſſet,33.q.5. qui vxorem.ex quo.n. mulier vouet continentiā.& permittit virū intrare obligationē.hoc ipſo vr̄ etiam cōcedere,ꝙ ēt ipſa tranſeat,& ſi ſuſpecta erit,tñ nos non cogeremus eā profiteri regulā,nec abſtinere à proprio,nā cum hoc nūquā promiſerit,quare ergo ad id cogetur?ſed bene debet cogi eē in monaſterio,vt ceſſet omnis mala ſuſpitio. fatemur tñ, ꝙ ſi mulier eſt ſuſpecta,ꝙ anteq̃ admittatur profeſſio viri, dēt etiam mulierē facere profiteri ſi eſt ſuſpecta. & ſic loquitur ſ. eo.cū ſis,tñ ſi recepta eſt eius profeſſio, & nō pfeſſio mulieris, ſed tm̄ votū cōtinētię pſtiterit nō faceret eā modo profiteri,vt dictū eſt. Alij tñ dicūt,ſ.ꝙ hoc ipſo, ꝙ dat licentiā intrandi monaſteriū, & emittet votū cōtinētię,ſi eſt ſuſpecta cogi pōt intrare monaſteriū,& ſic loquitur,33.q.5.qui vxorem, & etiam cogitur viuere ſine proprio,& ſub obedientia,vt no. ſ.e.ex parte.

CAP. XIX.

Gaudemus. [Ad frugem.] Non tamen intrauerunt religionem,nec fecerunt votum.[Collocare.] Non tamen erit monacha,ſed penitens,licet nō ſolenniter,50.diſt. ſi ille, in Auct. vt nulli iudi.§.ſi. vero quando ad.

SVMMARIVM.

1 *Poſſunt tabelliones,& alij officiales cuilibet paciſci in iudicio.*
2 *Votum ſolenne,quando & quo caſu dicatur, & in num.3.*
4 *Vouens quando peccet exigendo debitum coniugale.*

CAP. XX.

Dudum. [Renūciauit omnino.] Propter hoc eſt commendandum, quod fecit in manu ſacerdotis, quia pp Deū fiebat.alias.n.ſi pp infirmitatē faceret, vel aliam cauſam iuſtam,vel iniuſtam, tamen mulieri facienda erat hæc renunciatio.Inſtit.de inuti.ſtipu.§.alteri.& poteſt dici,ꝙ non tenet ex alia cauſa facta renunciatio, ſ.tit.proxi.veniens, & quia alias ſemper intendendum eſt proli,niſi pp Deum fiat,poterat etiam bene fieri in manibus vxoris.[In perſona.] ff.rem pu.ſal.
1 ſo.l.2.†[Eccleſiæ.] qđ.q.in perſona ſua nō potuit recipere reſignationē,quia non eius intererat ſpecialiter,vel ſingulariter.ff. de pac.ſi vnus.§.ſi pacta, totius aūt eccleſiæ intereſt multos ha-
a bere contēplatiuos,& ideo in eius perſona[a] ſtipulari potuit,& paciſci, cū officialis eccleſiæ ſit.ff. quod cuiuſq; vni.l.vlti.imo plus dicimus,ꝙ tabelliones & alij officiales poſſunt cuilibet paciſci in iudicio, & qñ alias procedit iudex ex officio ſuo, ſi non eſt alius,qui alteri paciſci potuit, & hoc ipſum facere debēt auctoritate iudicis, & tūc qñ iuſta cauſa ſubeſt.ff. rē pu.ſal.ſo.l.2. & 3.ſed ēt ipſi magiſtratus hoc facere poſſūt ēt ſine alterius au-
2 ctoritate.ff de mag.con.l.pen.†[Caſtitatem.] Dicunt quidam, ſed non bene, vt nobis vr̄ ꝙ vbicunq; quis voueat ſeruare continētiam ſiue in publico, ſiue in priuato, ſemper ſi cōſtat de voto,votū ſolēne dr̄,& dirimit matrimoniū iam ꝯctum, nā ſi nō eſſet ſolenne,quare impediretur repetere vxorē,vel cogeretur intrare monaſteriū,vt j.ſequitur ad idē 33,q.5.q vxorē.&c. qđ Deo,arg.ꝯ.ſ.eo.ex parte.ſed ibi non vouit, ſed tm̄ habitū ſumpſit,& nō pręſumitur in ſponſa alterius,ꝙ ſuſcipiēdo habitum ſolēnizet votū,niſi expreſsè voueat,vel niſi monaſteriū ingrediatur,vt ibidē dr̄.ſed eſt ꝯriū,cui reſponderi nō pōt. j. qui cle. vel vo.ruſus,27.diſt.ſi vir. Alij nō dicunt ſolēne,niſi aliqua de ſolennitatibus interueniat,quas diximus ſ.tit.proxi vidua. alij dicunt nullū habitū,vel votum dici ſolēne, vel dirimere matrimoniū iam ꝯctum,quantūcunq; ſolēniter fiat, niſi ſe reddiderit vni ex approbatis religionibus, j. qui cle. vel vo.inſinuante. & in hoc ſolo caſu votū cōtinentiæ pōt dici ſolēne. de quo hic dr̄,ſ.cū coniunx cōtinentiam vouere.& intelligūt hoc ſolenne nō à principio,qñ vouent,ſed ex poſt facto ſolēnizatur,cū ambo intrant religionē,vel alter tm̄.dūmodo ingreſſus prędictus in monaſteriū fiat de voluntate vtriuſq;,quia aliter nō liceret, 33 q.5 quod Deo, ſ.eo.c.j.& hęc ſola mulier intrauit, & nō maritus,quia licet deuouerit ſe hoſpitali,non tñ hoſpitale erat religioſum. † Et ideo pp illud,quod deuouerat ſe hoſpitali ſeruire,nō ſolēnizabatur votū,ſed tm̄ pp ingreſſum vxoris ſolennizatur votū etiā remanentis in ſeculo. & bene vtriuſq; cōſenſus requiritur in voto emittendo,quia & ſi à debito reddendo ſint abſoluti,non tñ ab alijs obſequijs, 33.q 5 quod Deo. ſed ſi tamē intrauit,dicūt quidam,& malè ſolēnizari votum, & ingreſſum tenere,quia libera eſt à redditione debiti viro. Itē quamuis ipſi vouentes carnaliter ſe cognoſcant poſt talē votum etiam ante ingreſſum & renunciationē viri ſui, & licentiā datā de ingreſſu monaſterij,tamen nihilominus pdicto modo.ſ. per ingreſſum monaſterij poterit ſolennizari votū. nā nulla ratio dicit vel patitur,ꝙ illicita cōiugum cōmiſtio tollat votū,ſed matrimoniū ſequēs tm̄. Idem eſt,& ſi ante matrimoniū ambo vouiſſent cōiuges, ſi poſtea inter ipſos ꝯcto matrimonio alter velit ingredi monaſteriū,ſine licentia alterius nō poterit, nec tenebit ingreſſus quia licet neuter poſſit exigere. ſ. de cōuer.coniu.quidam. quidam tamen dicunt, ꝙ vterq; tenetur reddere debitū alteri.
4 † Sed obijcies, nonne peccat vouēs exigendo debitū, ſ. eo. quidam,ergo & reddens,quia non eſt ipſi vouenti in crimine fauendum,imo prohibēdū eſt,2.q.7.negligere,22.q.5. anima?reſpō. ſine dubio illud habet locū,ſi non eſt veriſile præſumendum,ꝙ vellet cū altero adulterari.ſed cū pſumitur,potius debemus pmittere reddere debitū,ad quod tenemur, & dare ſibi conſiliū, vt minus peccando vitet peccatū maius,quàm pmittere ipſam cū alio adulterari,quod eſſet grauius peccatū arg.14.diſt.per totū.licet hoc aliquādo ſic tenuerimus tñ poſtea viſum eſt nobis aliter in aliquibus, & maximè in hoc, quia credimus in coniugatis aliquod ſpeciale,quia ex quo cōiuges ſiue in priuato,ſiue in publico,ſiue ſolenniter,ſiue non vouerint cōtinentiā, illam ſeruare tenentur , & ſi cōmiſcentur illicita eſt cōmiſtio, & filij inde nati ſunt illegitimi. & ſi ꝯxit poſtea cū alio viro poſt mortē primi viri,ꝙ nō tenet matrimoniū,ſed tñ viuēte primo viro,q ſecū pariter vouit,nō pōt intrare monaſteriū, nec veſtem mutare,arg.ad hoc,33.q.5.quod Deo.in alijs aūt non coniugatis ad hoc,vt ſolennizetur votū continentiæ,neceſſaria eſt certa ſolennitas,vt no.ſ.de re.& tranſe.ad relig. porrectū. In profeſſione aūt religionis ad hoc, ut dirimat ꝯctum matrimoniū, neceſſe eſt,ꝙ profiteatur vnā de regul.approbatis,ut no. in hac gl ſ.de reg.& tranſe.ad relig.porrectū.[Prius.] Hoc non uitiat inſtrm.[Pluribus.] Nec hoc uitiat inſtrm,cū falſa nō adiecerit. [Allexerunt.] Licet hoc fieri non debuerit, tamē nō irritat uotū 20.q.3.cōſtituit, ſ.de his,q̃ ui me.cau.cū dilectus,ubi de hoc quo ad bona aūt bene obeſt dolus eccleſiæ, & ideo nō lucratur, ſed hæredibus defertur,20.q.3.conſtituit.[Retinere.] Hoc erat uerū.ſ.ꝙ non erat locus, de quo agitur talis,ubi ingreſſi profiterentur aliquā religionē,nec tenerētur proprijs renunciare. ſi aūt ſecus eſſet,ſ.ꝙ teneret aliquā religionē profiteri, tūc ſi ꝯriū diceretur, ingrediens poſt ingreſſum non teneretur profiteri.& plus dicimus,quia ēt ſi ingredientibus diceret uos debitis profiteri regulā Beati Auguſt. ſed bene poteritis comedere carnes, & in illa eccleſia eſſent cōſtitutiones, ꝙ nō comederent carnes, pene poſſent comedere carnes, cū nec rl̄a habeat, nec uniuerſalis cōſtitutio, nec eis poſſet aliquid imputari. Cū igit pdicta nō uouerint,nec ad ea teneantur de iure naturali, nec cōi cōſuetudine, nō ergo ad ea cogendi ſunt,niſi eſſet inde ſcādalū : in quo caſu poſſent alium locum mutare. Alij dicūt,ꝙ ex quo ſubmittunt ſe obedientiæ alterius, ꝙ non obſtantibus talibus promiſſionibus tenentur ſeruare regulam, & eius cōſtitutionis, 12.q.j. non dicatis. ſecus diceremus, ſi profiterētur regulā Beati Benedicti;nam cum ſm eam oēs generaliter abſtinere debeant à carnibus,

ADDITIO.

a ¶ In eius perſona. Adde Feli. in proœ. Greg.col.5.ver.in gl. in ver. ſeruus, & ibi concordantes, quando quis poſſit alteri ſtipulari.

ſtus fatuitati eorū eſt īputandū,ſi crederent eis,qui promittebant ſibi,& liceret comedere carnes. Itē eſt & alia ratio, quia debet eis pīudicare,ſ. vt viuere debeant ſm rl̄am, quia ignorātia regulæ eſt ignorantia iuris,quā nulli ignorare licet.ff.de iu. & fac.ign.l.regula.hoc non placet quia regula, vel ſtatuta eius non ſunt ius.[Appetitū.] Fatuus fuit,quia hoc credidit,& ideo ſibi nō prodeſt,ſi fatuè credidit, ſ.de his, q̃ vi me. cau.c. pe.vel verū promittebant,quia ſi Deo fidelis eſſet, non vinceretur libidine. qa Dñs dat ſp cum tentatione prouentū.[Purè.] Si.n.ſub ꝯdōne veniſſet,idem diceremus,cum vel fatuus eſſet, ꝙ ꝯdōni credidiſſet,vel ſpūaľr ſit intelligenda. [Dēt.] Ipſa mulier, imo vir.[Mutare.] 33.q.5.qui vxorem. [Suſpitione.] ſ. eod.cū ſis.

CAP. XXI.

Mulier. [Iudicio.] Secus ſi non eſſet ſeparata per ſententiam,quia tunc teneretur eam recipere. & idem dicendum videtur in matrimonio carnali & ſpirituali, de quo no. j.de diuor.de illis.

De conuerſione infidelium. Rubrica 33.

CAP. I.

Laudabilem. [Damnum.] 14.diſt.in.quod ait, 34.q.5.ſi dicat.[tales.] mulieres

SVMMARIVM.

Filij apud quem alendi ſunt,ſi ſeparetur matrimonium.

CAP. II.

Ex literis. [Poteſtate.] C.de pac.po.per totum.C.de eman.per totum.[Matris.] C de adop.mulierem.[Tali.] Maiores triennio apud patrem nutriuntur, minores apud matrem, diuortio facto pp conſanguinitatem. C. diuor.fac.ap.l.j.& C.de pac.po.l.nec filium.nec iudex ex certis cauſis aliud arbitretur, quia eius intereſſet circa talia arbitrari, & eius arbitrio reſeruatur, j.de eo,qui dux.in ma.c.cū haberet ver.ſollicitudinis tuæ, &c. Si vero pp adulteriū vxoris, vel qa noluit ꝯuenire ad fidē catholicā, vel aliam ſuam culpam ſeparetur matrimonium ſiue per eccleſiam, ſiue de facto, apud virum ſunt alendi cum expenſis matris. & idem econuerſo, ſi p culpam mariti ſint ſeparati, apud mulierem erunt educādi ex penſis patris, in Auct. vt lice. ma.& auiæ. § illud quoq;.filij ēt naturales alendi ſunt à parentib. & conſanguineis, in Auct.q. mo.natu.ſi.eſſ. leg.§.ſi quis igitur habens. [Suſpitio.] Hæc eſt melior ratio,quia & ſi mater conuerſa erit,ipſi,& non patri aſſignaretur puer. [Baptizabitur.] Nam bona eſt ratio, quæ pro religione Chriſtiana facit.

De voto, & voti redemptione. Rubrica 34.

SVMMARIVM.

Votum peregrinationis, vel aliud ſiue in faciendo, ſiue in non faciendo conſiſtat, an liceat epiſcopo commutare.

CAP. I.

De peregrinationis. [Alex.III.Exon. epo.] quia Exon. epo ſcribit, colligimus, ꝙ cuilibet epo licet votum commutare, niſi ſit votum peregrinationis vltramarinæ,quod ſoli Papæ reſeruatur, j.eo.ex multa. [Neceſſitate.] Infirmitatis,vel viarum.[Ab eius.] Epi,vel ſuperioris prælati,nō inferioris. [Commutationis.] Si ſit infirma,vel diues,vel econuerſo, vel hmōi.[Diſpenſare.] In omni voto,ſiue ſit in faciendo,ſiue non faciendo, diſpenſare poteſt, vel potius commutari, ēt ſi ſolenniter vouerint,vel commutari, dummodo iuſta ſubſit cauſa,& ſuperioris auctoritas interuenerit, & melior ſit compenſatio,quia aliter non tenet, j. eo.ſcripturæ, & C.non eſt in uoto tamen continentiæ ſpeciale eſt, ꝙ in eo nullus diſpenſare pōt. j.de ſtatu mona.cum ad mona. 32.q.1.nuptæ,& q.5.ille,32.q.vlt.c.j.vel dic aliter, vt no. j.de ſtatu mon. cum ad mo.Item omne uotum poteſt commutari cum ingreſſu religionis, j.eo.ſcripturæ. Alij tamen dicunt, ꝙ in votis nō pōt diſpenſari ſed poſſunt commutari, ſed hanc differentiam non vidimus,cum commutatio non fiat ſine diſpenſatione.

SVMMARIVM.

Vouentis ætas minor,& facilitas leuiorem diſpenſationem adducunt.

CAP. II.

Venientis. [Puerili.] Doli tñ capax: alias.n. non coguntur ꝯpenſare vt hic dr̄.vel hoc iō eſt,qa votum in minori ætate factum ratum habuit in maiori,20.q.j. illud.& non eſt dr̄a,ſiue in maiori ætate,ſiue in minori vouerit,quia ſemper illud auctoritate ſuperioris commutari pōt, ſ.eo.c.proxi.[A voto.] Et ita Papa abſoluit eum ab obligatione,qua ocio tenebatur, qđ de plenitudine poteſtatis facere poteſt,9.q.3.p principalem.C. de quadr. præ.l. bene à Zenone. C. de præcib.imper.offer.quotiens. vel hoc eſt propter fauorem minoris ætatis: minor.n.ætas,& facilitas leuiorem diſpenſationem adducunt.Item non obligatur ex voto.ff. de poſtu.l.2.

SVMMARIVM.

Voti propoſitum quantumcunque licitum non attenditur, niſi deliberatio præceſſerit, quæ etiam in mente retenta obligat.

CAP. III.

Literarum. [Morabor.] Non aīo obligandi, & ideo non fuit mendax,nec tranſgreſſor voti, 17.q.2.§.ſicut ergo,in ſi.arg.ff.ſi cer.pet.ſi ergo.[Trāſgreſſor.] Licet.n,quis licitum proponat,vel voueat, non tñ propoſitū, vel votum ꝯplere tenetur,niſi deliberatio præceſſerit. vel niſi aīo obligandi fecerit,17.q.j.Gonſaldus,arg.ſ.de regula.ad noſtram. in foro tamen eccleſiæ,ex quo exprimit votum, cogitur illud perficere,quia creditur ex deliberatione procedere. Si aūt deliberatione pcedente in mente propoſuerit ꝯtinere,vel peregrinari,illud facere tenetur etiam ſi voce non expreſſit, 17.q.1. qui bona,ſed eccleſia non cogit eum,niſi confiteatur.

SVMMARIVM.

1 *Votum irritatur ex conditionis ſiue generalis, ſiue ſpecialis defectu.*
2 *Vota,in quibus offeruntur temporalia,non improbantur.*
3 *Clericus ſecularis non poteſt vouere peregrinationē ſine licentia plati.*

CAP. IIII.

1 **Scripturæ,** [Perpetuam.] Hoc credimus ſine diſpenſatione,ſed tutius eſt,vt diſpēſet.† [Religionis.] Irritatur votum ex defectu ꝯdōnis, ſiue generalis, puta ſi vixero,ſi potero,ſi Deo placuerit, quæ ſemper intelligitur, & ſi non dicatur, j.eo.non eſt,22.q.2.beatus,16.q.1.in parochia. vel ſpecialis,puta ſi filius meus liberabitur, domino offeram tale palliū,vel tunc ibo ad ſanctū Iacobum.nā tunc non tenet implere votū,niſi extiterit ꝯdō,ſ.filij liberatio,32.q.8.c.ſi.arg.ſ. de reſt.ſpo.olim cām, j.de cond.apoſi.verum.credimus tamē ꝙ ēt ſi extaret ꝯdō, tamen rector loci, cui facta eſt promiſſio oblationis non poſſet ad illam agere, quia licet quidam dixerint,ꝙ tenetur implere votum,non tñ hoc credimus, niſi de licito.ſed tale votum eſt illicitū, quia intendit à Deo, vel aliquo ſancto emere ſanitatē.qđ eſſet ſimoniacū.1.q.1.q ſtuder.liberaliter ergo quiſq; offerre dēt & poſtea precib. pro ſanitate. vel quocunq; aliquo ſupplicare,1.q.1.Duces.& q.2.quam pio 23. q.4.c.ſi.27.q.1 caue,nec per hoc dico ꝯdōnes in uotis reprobādas,niſi ſimoniacę eſſent, vt eſt pdictū, vel aliæ turpes, arg.pal. c.& ſ.de iureiu.peruenit.tamen vbi publice uouit, & cauſam voti non expreſſit,ſed in corde retinuit,tum pp ſcandalum,tñ pp ignorantiam compelletur votum vel adimplere,vel muta-
2 re, j.eo magnæ, j.de cenſi.ex parte.† Alij tamen dicunt hmōi vota eſſe licita,nec eſt ibi ſimonia,ſi offert Deo cordis ſui ꝯtritionē,vel aliā deuotionē, ſiue in dādo, ſiue in faciendo conſiſtat,qa quicquid dat,vel facit,nō de ſuo facit,ſed de eo,qđ Dei eſt.Itē pro ſpirituali dare licet, ſ.de re. permu. ad qōnes. & ſic licet palliū ſuū, vel aliam eleemoſynā, vel peregrinationē pro re ſpirituali,ſ.ſanctitate dare,& vr̄ expreſſum ꝙ liceat,28. q.2.§. ex his,& §.ſi.in ſi.Itē irritat votū ptāte ſuperioris:nā monach9 votū facere, vel ꝯplere non pōt ſine licētia ſuperioris, ſiue ſit abſtinentiæ,ſiue peregrinationis,ſiue quodlibet tale,vnde poſſet pbere viam vagandi,vel ſcandalizandi fratres, vel minuēdi obſequiū debitū, 20.q.3. monacho. imo ēt ſi ante ingreſſum monaſterij vouiſſet,non tenet ſoluere,arg.c.ſcripturæ,23.q.5. noluit. ſi aūt voueret dicere vnū pſalmū, vel aliquā orationē, vbi nihil mali pōt contingere,ſeruet votū.eſt.n.ſibi licitū plus
3 mereri.† Clericus aūt ſecularis pōt vouere ꝯtinentiam,ſed peregrinationem nō ſine licentia prælati de ꝯſec.diſt.5.nō oportet.& no.ſ.de cle.peregri.c.j.eps aūt ſine ſpeciali licentia Papę non pōt votum peregrinationis, vel religionis emittere, ſ. de reg.licet.tranſmarino forſan excepto, j.eo.magnæ. Item ſeruus vouere nō pōt aliqđ,vnde minuatur ſeruitiū dñi, 54. diſt. ſi ſeruus, j.de ſen.excō.mulieres,& c.relatū.Itē nec pueri, nec puellę ſine licentia parentū,vel tutorū poſſunt ante pubertatē votū religionis emittere,20.q.2.c.j.& 2. Itē nec votum abſtinētię,vel peregrinationis,22.q.2.tribus,& q.4. pueri, qđ intelligunt qdā,ſi ſunt impuberes,arg.op.pro eis a ꝯrio ſenſu, 20.q. 2.ſi qlibet.Sed nobis vr̄ idē & ſi ſint puberes,dummō ſint ī ptāte patris.ff de po.l.2.niſi patres ꝯſentiāt expreſsè, vel tacitè.ſufficit.n.ſi ſciant,& non ꝯdicant,31.q.3.c.1.nec obſt. 20.q. 2.c.j. & 2.quia illud idē in voto religionis, p quod a ptāte patris eximitur.Idē credimus, ꝙ ēt impubes, ſi doli capax ſit, & fecerit votū abſtinentiæ,vel peregrinationis, vel aliud,ꝙ dēt illud adimplere,poſtq̃ paternā poteſtatē exiuerit,qa ſe obligauit Deo, qđ potuit,ſicut per delictū ſe obligat diabolo, j. de deli.pu.c.j. tñ cū talibus facilè eſt diſpenſandū,& ꝯmutandū,cum licet in aliquo ſint doli capaces, tñ non multa cognoſcunt, cum ſint inexperti. vir aūt & mulier, qui non ſunt ad imparia iudicādi, 32.q.2 ſi quis vxorē,& q.5.pręcepit,& c.Chriſtianā.nō poſſūt vouere abſtinentiā, vel peregrinationē vnus ſine conſenſu alterius.

terius: imo & si aliq̄s consensit pōt reuocare, licet peccet, 33. q.5. manifestum, & c. voluit, & c. hæc imago. excipimus votū peregrinationis vltramarinæ, qđ viri, vel mulieres, si sunt potētes, pñt facere, altero inuito, j.eo.ex multa. §. in tātā. sed nō vouens pōt aliū sequi; j.eo.ꝙ sup.§ fi. de voto aūt ꝯtinentinentiæ, no.s.de ꝯuer.ꝯiu.c.j.& c.pe. Item sicut vterq; pōt dare, qđ suū est, ita pōt vouere de dādo: nec credimus peccare p̄dictos si ꝯ iurm vel votum suū faciant in casib. p̄dictis. lex n.& patria potestas eos excusant, 33.q.5. voluit, manifestū. & ēt canones hoc excusant, 22.q.5.c.paruuli. & in c. pueri. Item nec pr̄ peccat reuocando, quia vtitur iure suo. ff.de iniu.l.iniuriarum.

SVMMARIVM.

Votum suum an per alium quis semper exequi possit, & quo casu hæredes adimplere sint compellendi.

CAP. VI.

Licet vniuersis. [Maledictionis.] Hæc pęna non includit aliam, s. priuationē successionis paternæ, vt hic sequitur. [Tuæ.] Not. ꝙ quis exequitur votum suum per alium, 23.q.2.aīæ, 26.q 6. si quis fuerit. Et hoc est licitū & debitū, vbi per se nullo modo pōt exequi, sed si p se exequi posset, licet inutiliter, s. qa esset claudus, vel alias mutilatus, tunc si non ad subsiduū, sed ad deuotionem tm̄, s. vt uideret terrā sanctā, vouisset, ire psonalr̄ deberet, & eodē mō si pp subsidium vouisset, si est talis, ꝙ suū defectum possit supplere per alios, quos secum ducere pōt. sed in vtroq; casu admittitur ꝯpensatio, j.eo.magnæ, & c.seq. Hanc tñ assignamus drīam inter eos, qui vouent pro subsidio, & eos, qui vouēt pro deuotione, quia primi morte, vel alio impedimento detenti coguntur alijs ꝯmittere, ꝙ eorū votū ꝯpleant, argu. hic: imo plus vr̄, & si alijs non ꝯmittant, tamen hæredes ꝯpelli possunt, vt vł ipsi compleant votū patris, vel expēsis & subsidium, ꝙ pr̄, vel testator facturus erat, ipsi faciant. nam vouisse intelligitur subsidiū Terræ sanctæ, siue p se, siue per alium faciendū, vnde ad illud ꝯpellendi sunt hæredes, cum ex nudo voto obligatio nascatur. ff.de polli.l.2 in prin. & nuda promissio facta ciuitati obligat. ff de polli. pactū multo fortius facta Deo, vel subsidio Terræ sanctæ. item arg. ad hoc, j.eo.quod super, & c seq. In secundo aūt casu, s. qñ pp deuotionem videndi terram, vel aliā vouit, non credimus, ꝙ mittere teneatur, si iusto impedimento psonaliter ire impediatur pp ꝯdōnem gñalem, q̄ subintelligit, s. si potero, vt s. dictū est. [Promisisti.] Idē est, & si nō promisisset, vel ēt si crucem non assumpsit, quantū ad hoc, ꝙ hæreditate priuetur. sed præcisè ire vltra mare nō cogit, nisi vouerit, vł nisi signū Crucis acceperit. [Successione.] i. iure fideicom. vel successionis ab intestato, qđ in paterna hæreditate habes, sic 11.q.j. sanè. C. de fideicom. l.vlt. & si esset alia hr̄ditas p̄ter regnum, filius hr̄et legitimā. C.de fideicō. auct. hoc amplius. sed in regno secus, quia sectionem non patitur. [Si dictis.] In alia parte huius c. [Rex.] Frater, s. huius Ducis, q post patrē regnū habuit, qui erat primogenitus: sed tñ pr̄ vtriusque testamento præceperat, ꝙ si ille sine filijs decederet, ꝙ iste Dux esset Rex.

SVMMARIVM.

Vouenti an liceat venire contra votum suum.

CAP. VII.

Magnæ. [Consilio.] Non.n.debuit ꝯ votum suum venire sua auctoritate, j.e.ex multa, nec ꝯ iurm s.de elec. venerabilem, nisi esset certus, ꝙ non obligatus esset, j.de sen.excom.inquisitioni. [Aequitate.] i. quid de æquitate & iustitia sit faciendū. [Assensu.] Cū.n.peregrinatio epi sit magnum negociū, non pōt sine ꝯsensu capituli, s.de his, q̄ fi.à p̄la. sine ꝯsen.c.quanto, & no.de hoc.s.de ele.peregr.c.j. [Tandiu.] q.d. modicā peregrinationē posset facere sine licentia Papæ.

SVMMARIVM.

1 *An liceat Christianis inuadere loca, quæ tenent infideles, vel quæ sua sunt.*
2 *Deus per se a principio dicitur exercuisse iurisdictionem.*
3 *Dominia & iurisdictiones licitè possunt esse apud infideles.*
4 *Papa etiam super infideles de iure iurisdictionem, & potestatem hēt, & potest Iudæos iudicare, & in nu.5. & Christianos, in num.6.*
7 *An bene faciat Papa dando indulgentias fidelibus pro recuperatione Terrę sanctæ.*
8 *Infideles non debent cogi ad fidem, possunt tamen cogi admittere prædicatores euangelij, & quid si non admittant, in num.9.*
10 *An infidelis possit dominium habere super fideles.*

CAP. VIII.

Quod super. [Quæsiuisti.] Quid fieri debeat. [Sint nobiles.] Et diuites. [Artifices.] Pauperes robusti. [Dilatio.] ff.de vaca.mu.l.vlt. ff.de iud.& si longi⁹.
1 [Compensato.] Cum gemitibus, & vigilijs, s.c.proxi. † [Pro defensione.] Hoc non est dubium, ꝙ licet Papę fidelibus suadere, & indulgentias dare, vt Terram sanctam, & fideles habitantes in ea defendant, 23.q.8. omni timere, & c. igitur. sed nunquid est licitum inuadere terram, quam infideles possident, vel q̄ est sua? Et nos rñdemus, ꝙ in veritate domini est terra, & plenitudo eius, orbis terrarum, & vniuersi, qui habitant in ea. ipse n. est creator oīum. idem ipse Deus hæc omnia fecerat, vt habemus in j.c.Gen. & hæc a principio seculi fuit cōis, quousq; vsibus priorum parentū introductū est, ꝙ aliqui aliqua, & alii alia sibi appropriauerunt. nec fuit hoc malum, imo bonum, quia naturale est res cōes negligi, & ēt cōio discordiam parit, & fuerunt a principio cuiuscunque, qui occupauit, quia in nullius boni erant, nisi Dei. Et ideo licebat cuilibet occupare, quod occupatum non erat, sed ab aliis occupatum occupare non licebat, quia fiebat ꝯ legem naturæ, qua cuilibet inditum est, vt alii non faciat, quod sibi non vult fieri. habuerunt ēt specialia dñia per diuisiones primi parentis, sicut apparet in Abraam, & Loth, quorum vnus accepit ad vnam partem, & alius ad aliā, Gen.13. super hoīes aūt quasi super seruos nullus habuit dñiū, nisi de iure gen. vel ciuili. natura.n. oēs hoīes, liberi sunt, Insti.
2 de liber. † Iurisdōnem. n. iustam & rectam lego, vbi dr̄ datus gladius ad uindictam, s.de maio.& obe.solitæ. sed qñō cęperit nescio, nisi forte, ꝙ Deus dedit aliquem, vel aliquos, qui facerēt iustitiam super delinquentes, vel iure naturæ pr̄ fa. super familiam suam habebat iurisdōnem omnē a principio, sed hodie non habet, nisi in paucis & modicis. ff.de fur. respiciēdum, & C.de pa po. per totum. hoc aūt certum est, ꝙ ipse Deus per se a principio exercuit iurisdictionem, vt no. de foro compe.
3 licet. † Item p electionem poterunt hr̄e Principes, sicut habuerunt Saul, & multos alios, 8.q.1. licet. sic ergo audacter, & in pluribus alijs c. prædicta inquam, s. dñia possessiones & iurisdictiones licitè sine peccato possunt eē apud infideles. hæc. n. nō tm̄ pro fidelibus. sed pro omni rationabili creatura facta sunt, vt est prædictum. ipse. n. solem suum oriri facit super bonos, & malos. ipse ēt volatilia pascit, Matthæi c.5. circa fin. & 6. & pp
a hoc ª dicimus, non licet Papæ, vel fidelibus auferre sua siue dominia, siue iurisdōnes infidelibus, quia sine peccato possidēt,
b sed bene tamen credimus, ꝙ Papa, ᵇ qui est uicarius Iesu Christi, potestatem hēt non tm̄ super Christianos, sed ēt super oēs infideles. cum. n. Christus habuerit super oēs potestatem, vnde in Psalmo, Deus iudicium tuum regi da. non vr̄ diligens pater fa. nisi uicario suo, quæ in terra dimittebat, plenam potestatē
4 super oēs dimisisset. † Item ipse Petro, & successoribus eius dedit claues regni cęlorum, & dixit, quocunq; li. & c. Item alibi, pasce oues meas, & c. s. de elec. significasti. oēs aūt tam fideles, quàm infideles oues sunt Christi per creationem, licet non sint de ouili ecclesiæ. & sic per prędicta apparet, ꝙ Papa super omnes habet iurisdōnem, & potestatem de iure, licet nō de facto vnde per ptātem, quam habet Papa, credo, ꝙ si gentilis, q non habet legem nisi naturæ, si ꝯ legem naturæ facit, pōt licitè puniri per Papam, arg. Gen.19. vbi habes, ꝙ sodomitæ, qui ꝯ legē naturæ peccabant, puniti sunt a Deo; cum aūt Dei iudicia sint nobis exēplaria, non uideo, quare Papa, qui est vicarius Christi hoc non possit, & ēt debeat, dummō facultas adsit. & idem dicunt, si colant idola. naturale. n. est, vnum & solū Deū creatorē
5 colere, & non creaturas. † Item Iudæos pōt iudicare Papa, si ꝯ legem euangelij faciunt in moralib. si eorum p̄lati eos non puniant, & eodem modo si hr̄ies circa suam legem inueniant, & hac rōne motus Papa Greg. & Inn. mandauerunt ꝯburi libros taliū, in quo multæ ꝯtinebantur hæreses, & mandauerunt pu-
6 niri illos, qui p̄dictas hæreses sequerent vel docerēt. † De Christianis aūt non est dubiū, ꝙ eos iudicare pōt Papa, si ꝯ legē euāgelicam facerent. & licet Papa aliqñ omittat pęnas instas & debitas oībus prædictis inferendas est, vel quia facultatem nō habet, vel pp pericula, vel scandala, q̄ inde obueniunt, vel eueni-
7 re timerentur. ptās tñ faciendi est apud eum. † Quod aūt Papa facit indulgentias illis, qui uadunt ad recuperandam terrā sanctam, licet eam possideant Saraceni, & ēt inducere bellum, & dare indulgentias illis, qui occupant Terram sanctā: quā infideles illicite possidēt, hoc totum est ex cā. nam iustè motus est Papa, si intendit Terram sanctā, q̄ ꝯsecrata est natiuitate, habitatione, & morte Iesu Christi, & in qua non colitur Christus, sed Machometus, reuocare, ut incolatur à Christianis. Itē Terra sācta iusto bello victa fuit ab Impatore Romano post mortem Christi, vnde licitū est Papę ratione Imperii Romani, qđ obtinet, illud ad suā iurisdōnem reuocare, qa iniustè expoliatus est, & ab eo, qui non habuit ius spoliandi eū. & hæc rō sufficit in oībus alijs terris, in quibus Imperatores Romani iurisdictionem habuerunt, licet posset dici, ꝙ hoc iure, s. rōne Imperij non possit, cū ecclesia non habeat Imperiū, nisi in Occidentem, 96.dist. Constan. sed si non pōt facere tanquā Imperator, potest

ADDITIONES.

a ¶ Et propter hoc. Adde ꝙ hoc dictum refert Abb. in c. quæ in ecclesiarum, col.4. ver circa secundum, sup.de consti.

b ¶ Tamen credimus quod Papa. Hæc dicta refert & sequitur Abb. in c. venerabilem, col.5. supr. de ele. in ver. in gl. in ver. transtulit.

potest facere ex aliis p̄dictis causis, vel ad minus Imperator pōt facere, vt Rex Hierusalē, ad quē regnū illđ de iure venit, sicut credimus & credere debemus, ex quo ꝯrium nobis non ꝯstat; sed & ꝯ alios infideles, q nunc tenent terrā, in qua iurisdictionē habuerunt Christiani Principes, pōt Papa iustè facere pręceptū, & constōnē, ꝙ non molestent Christianos iniustè, qui sub sunt eorū iurisdōni, imò quod plus est, pōt eos eximere à iurisdōne eorū, & dñio in totū, j.de Iudę. & Sa. cū sit, & c. speciali, & c.j. & c.fi. & 54.dist. mancipia, & c.seq. imò, si malè tractarēt Christianos, posset eos priuare per sñiam iurisdōne, & dñio, ꝙ super eos habent. tñ magna causa debet eē, ꝙ ad hoc veniat. debet. n. Papa eos, quātum pōt sustinere, dūmodo periculum nō
8 sit Christianis, nec graue scandalū generetur. † Item licet non debeant infideles cogi ad fidem, quia oēs libero arbitrio relinquendi sunt, & sola Dei gratia in hac vocatione valeat, 45. dist. de Iudæis. tñ mandare Pōt Papa infidelib. ꝙ admittant p̄dicatores euangelij in terris suæ iurisdōnis, nā cum oīs creatura rationabilis facta sit ad Deū laudandū, sent.2. dist.j. si quæritur, si ipsi prohibent prædicatores pr̄dicare, peccant, & ideo puniendi
9 sunt. † In omnib. autem prædictis casib. & in aliis, vbi licet Papæ eis aliquid mandare, si non obediant, copellendi sunt brachio seculari, & indicendū est bellum ꝯ eos per Papam, & nō per alios, vbi quis de iure suo ꝯtendit. nec est ꝯ, 2.q.j. multi, vbi dr̄, ꝙ nō pertinet ad nos iudicare de his, qui foris sunt. quia intelligitur, ꝙ non debemus eos iudicare excōicando, vel cōpellendo ad fidem, ad q̄ sola Dei gratia vocantur, 45.di.de Iudęis.
10 † Sed dices, quare nō eodē modo licet eis repetere terrā istā, s. Italiā, vel alias vbi dñati fuerunt infideles? Respon. quia domini harū terrarū cū populis eorū ꝯuersi sunt. fatemur tñ, ꝙ si populi ꝯuersi essent, sed dñi remanerent infideles, ꝙ Papa bñ posset domino infideli dominiū & iurisdōnem dimittere sup fideles, arg.j.ad Thimo.6. in prin. dūmodo Christianos nō grauaret iniustè. Itē pp periculū posset cogi dominus ad recipiendū pretiū vel cōmutationē: sæpe. n. qs amittit res suas sine culpa sua. C.pro qui.cau.ser.li.per totū, ar. ff.de re i.& sum.fu. l.sunt personæ. nā fauorabilis est ratio, q̄ p religione facit. Sed dices, nunquid & eodē modo debet Papa admittere illos, q vellent p̄dicare legem Machometi? Respon. non: non.n. ad paria debemus eos nobiscū iudicare, cū ipsi sint in errore, & nos in via ve
a ritatis, & hoc pro ꝯstanti tenemus. Sed q̄res ª qūo pōt ecclesia Romana, & omnes aliæ ecclīæ & ēt alij Christinani licite tenere, q̄ tenent in occidente, & alibi, cū Imperatores Romani armis p violentiā hæc omnia occuparunt, & ita ꝯstat, ꝙ mala fide detenent? Respō. oēs generaliter clerici & laici possunt secure tenere & bona fide, qcunq; tenent, quia nescimus, vtrū illi, q occuparunt p̄dicta, vii fuerint iure suo in occupādo, debemus credere, ꝙ vsi fuerint iure suo, qa forte recuperauerunt, quod prius p violentiā amiserāt, vel forte p munera. vel donationes ad eos puenerūt legitime, licet in eis multos habuerunt rebelles, quos vicerūt, sed de ecclesiis ꝯstat, ꝙ ipse bene pōt tenere, quia si nō ꝯstat, qs fuerit dominus ante occupationē Papæ facięda est restō tanq̄ vicario Christi, & ecclesiis aliis, q̄ p Papam possident, & eius auctoritate: nā Papa & ecclesiæ noīe omnium hoīum oīa possident, vt inde oīb. necessitatē habentib. subueniant, 12.q.j. videntes. bona aūt schismaticorū, & hæreticorū licet occupare pp ꝯstōnes Principū, q̄ cēsent ea occupāda, 8.dis. quo iure, 23.q.7. p totū. [Hoc modo.] s. p succursu terræ sanctæ. [Penitente.] Et de eo, cui pro satisfactione est iniunctum, ꝙ vadat vltramare. [Iter.] Quia impotens est ad eundem.

ADDITIO.

a ¶ Sed quæres. De hoc dic melius, vt per Bart. in l. cunctos populos. C. de sum. Tri. & adde Abb. in c. venerabilem, col. 5. in fi. supra de elec.

SVMMARIVM.

Votum Terræ sanctæ vir auctoritate vxoris specialiter vouere potest.

CAP. IX.

Ex multa. [Edidimus.] s. c. pxi. [Aequales.] s. religiosos. dicebatur. n. in illa cōstitutione, ꝙ per religiosos viros fieret huiusmodi commutatio, vel dispensatio, de quo verbo orta est dubitatio. [Quos.] s. episcopos tātum, vel alios prælatos, vel delegatos Papæ tantum, quod verius est, sicut j. exponitur. [Verum.] Ecce respōsio. [Profectū.] At isti qui sunt consilio strenui, vel secum possunt ducere bellatores, non tendunt ad defectum terræ, & ideo non comprehenduntur. [Astrinxerunt.] Illæ quæ vouerunt, cogendæ sunt vel ire, vel votum redimere. [Vxorum.] Specialis est in hoc casu, vt liceat viro vouere sine auctoritate vxoris, alias contra, 34.q.5. quod Deo, 27.q.2. si tu. nec per hoc sequitur, ꝙ hoc votum sit maius continentia, quia non sit perpetuo & sine preiudicio alicuius, 33.q.5.c.noluit. [Labor.] In illis. n. aliæ considerationes habendæ sunt, supra c.proxi.

SVMMARIVM.

Votum quod dicatur solenne, & an matrimonium contractum separet.

CAP. X.

Per tuas. [Solenniter.] i. in p̄sentia Abbatis & multorū hoc votū emiserit, quia tamē nō fuit de p̄senti, sed de futuro, non fuit solenne, s̄m ꝙ dr̄ solēne votum continentiæ, vel religionis, quod dirimit matrimonium. vnde si ꝯxisset matrimoniū carnale, non separaretur, j. qui cleri. vel vo.c. rursus. Sed quæres, quare non ita dr̄ votum solenne, si dicat, voueo, ꝙ intrabo monasterium: sicut si dicat, ibo vltra mare, qđ ēt est de futuro? Respōdemus, ꝙ vtrūq; votū pōt dici solenne, s̄m ꝙ solenne dr̄ pp solennitates uulgi, ut hic, sed uotum cōtinentiæ, vel religionis non dr̄ ꝓpriè solenne, nisi sit de præsenti, uel alicui religioni se deuoueat, de hoc no. s. de regu.& trans.ad re.c.2.& c.porrectū. uotum aūt peregrinationis a iure non dr̄ solenne, & sicut uouens peregrinationē cogitur eam perficere, sic & uouens ingredi monasterium, & ad hoc facit præsens decr.& s.eo. quod super, ubi uocat talem promissionem de futuro non solennem. [Trangressos.] Quia. j. duos menses non perfecit uotum, ut ꝓmiserat. [Cōsulimus.] Et etiā si petitum fuerit, cogeremus, cū cogēdus sit Domino reddere vota sua, sup.eo.magnæ. [Resignes.] Mirū vr̄, quia si iā eēt canonicus, posset eligi uel postulari, multo fortius si nōdū factus est canonicus, sed hoc est ea rōne, qa non pōt fieri monachus, uel canonicus r̄latis, ex quo est eṗs, nisi resignet: ad hoc ergo, vt ꝯpleat uotum, resignare debet, sed canonicus uel monach⁹ bene pōt fieri eṗs. & sic pōt uotum suum implere & ꝯpatum habere, arg. hic. [Eligendum.] Idest postulandum. alij dicunt, ꝙ simpliciter eligēdus est. [Electionem.] Præmissa tamen postulatione facta à priore, & est argu. ꝙ canonicus regularis debet eligi, de hoc no. ff. de renun. post translationem.

SVMMARIVM.

Cruce signati non solum vicesimam partem, sed & totum ecclesiæ prouentum retinere possunt.

CAP. XI.

Postulasti. [Ecclīarum.] Nō dicit p̄bēdarum, cum regularib. nō liceat hr̄e præbendas. [Ecclesiis.] Isti præpositi erāt, sicut ex titulo apparet. [Vicesima.] Et est no. dignum, quòd præpositus Cruce signatus non solum uicesimam partis suæ, sed totius ecclesiæ acceperit.

De statu Monachorum, & canonicorum regularium. Rubrica 35.

SVMMARIVM.

1 *Diœcesanæ ecclesiæ duplici lege ad episcopum pertinent.*
2 *Quæ sint ea, quæ de lege diœcesana dicuntur esse, & quæ de lege iurisdictionis, in nume.3.*
4 *An monasteria teneantur ad legem diœcesanam, & in nu.5.*

CAP. I.

Theodosius. [Disciplinæ.] i. præter uisitationē, quam facere potest, quoties expedit, 18.q.2. non semel. [Accesserit.] Nisi in morte, de test. officij & c. reqsisti, & de sepult. relatum, & c.
1 de his. † [Vendicare.] Quia hoc c. de duplici lege mentionem facit, s. diœc. & iurisd. ideo no. ꝙ ecclīæ diœc. ad episcopum ptinent duplici lege, s. diœc. & l. iurisdōnis. & aliq certis regulis distinxerunt, ꝙ illud sit de lege diœc. i. quod in recipiendo ꝯsistit, ut est recipere tertiam oblationum, & ꝯsimilia. lex autem iurisdictionis ꝯsistit in ꝯferēdo, ut ordines, & similia: tamē nobis non uidentur hic propria uerba, nec alia ratione dicuntur lex diœc. & iurisdictionis, nisi quia sic assumpta sunt à iure, sup. de of. or. dile. ubi no. & e. ti. ut iusta, & 10.q.j.c.j. ibi. q.j. cū p utilita
2 te. † Nos igit, quia de his ꝓpriam & generalem doctrinam inuariabilem dare nescimus, per singularia diuidemus hoc mō: est ergo de lege diœc. ꝑceptio cathedratici, 10.q.3.c.j. debita pars oblationum, decimationum, & mortuariorum, sup. de of. ord. conquerente, 16.q.j. quęst. & c. decimas, 10.q.j. de his, & c. antiquos, 12. quæst. 2. concesso, & c. uulteranæ, & c. de redditibus Item quòd missas publicas cantet in qualibet ecclesia, & quòd cathedram ponat ubi uult uel causa prædicandi, uel audiendi causas, 18.q.2. luminoso. moderatum auxilium petere à subditis, j. de censi. cum Apl̄s. item p negociis ecclesiæ potest eṗs clericis imperare, qđ uult, & eos mittere 7 q.j. qa frater, supra de cleri. non resi. de cętero, sup. de maio & obe. c.2. itē ad exequias mortuorū, 16.q.j. placuit. & uocatio ad synodū, 18. dis. c.
3 ulti. † De lege iurisdictionis est causas audire, & oīa quæ circa iudicium aguntur collatio oīum sacrorum, uisitatio, ordinatio, correctio, inqsitio, excōicare, interdicere, statuta facere sup iudiciis uel accessoriis eorū, & ēt de uita, officiis, & aliis huiusmodi, institutio, destitutio, ꝯfirmatio, & inuestitura. 12. distin. de his, & c. de illa, de ꝯse. di. 3. c. j. sup. de cōsue. cum consuetudinis, sup. de of. or. ꝯquærente, & c. dile. licet. n. ibi permixtim ponat ea, quæ ad utranque legem pertinent, ponit ibi etiam quę

Universidad de Deusto Biblioteca

ſunt de iure epali,quod in pdictis duab.legib.ꝯſiſtit, ſed ꝑ hæc ſtatuta nunquã monachi tenentur ad aliqua ꝯ regulã. ſup. de off.Arc. dilecto.tñ. ſm hanc nram declarationẽ oĩa dicimus de lege iuriſdõnis eſſe,a quib. monaſteria exẽpta non ſunt per canones.ea.n.à quib.ſunt exempta,& tñ ſunt de iure epai dicimus de lege diœceſana eſſe,cũ canones dicãt eſſe monaſteria lege diœc.exempta,10.q.1.c.j.16.q.1.cum ꝓ vti.&ab eis canones dñt ea exempta,q̃ de lege diœceſana numerauimus,16.q.j.cum ꝓ,18.q.2.quã ſi.& c.calumnioſa.12.di.de his,10.q.3.relatum, 18.q.vl.§.vl.ad ea aũt,q̃ de lege iuriſdõnis ſunt,tenent mõaſteria,& multo fortius oẽs aliæ eccleſiæ,10.q.3.relatum.& q.j.in ſex primis c.28.q.2.hoc tñ,monaſteria,Abbatẽ,& q.vlt.non ſemel viſitandi.Itẽ no ꝙ licet monaſteria ſint à lege diœceſ.exempta,tñ ſi habẽt popl̃m,debent facere oĩa, q̃ pertinent ad legẽ diœc.& ad q̃ rõne populi aliæ eccl̃iæ tenent: vnde debent, ſi habẽt populũ,ad ſynodũ ire,ſup.de maio.& obe.qđ ſup,18.di.c.vl.vt ibi no.imò ſi eſſent exẽpti, ex quo habẽt popl̃m q non eſt exẽpt⁹, vel ſi habẽt nõ exẽpta mẽbra,lege diœc.tenent, inquãtum lex diœc.popl̃m tãgit,vel mẽbra nõ exẽpta,j.de priu.ex ore,in fi.bene tñ dñt quidã,ꝙ ſi ſunt aliqua, q̃ popl̃m nõ reſpiciunt,quo ad illã legẽ diœc.nõ tenebit, ſicut in his, q̃ ei donant intuitu pietatis vel religionis,nullã partẽ p legẽ diœce.habebit eps,16.q.j.cum ꝓ vti.& ſic eodẽ mõ, ſi velit monachus ꝓ negociis cõib.non populi ſui,i.monaſterij exempti, vel etiã non exempti dirigere, cũ ei ꝓhibitum & periculoſum ſit vagari,16.q.j.ſi cupis,placuit, peruenit, ſed argu.ꝯ ea.q.qui verè parochia.ſed illa c.loquunt,ꝙ de licentia Abbatis faciant,non de mandato epi,quia nihil niſi rõne populi pcipere põt, 18.q.2.luminoſo.idem etiã dñt,ꝙ in nullis aliis ad legem diœc. ptinentib.tñr epiſcopo, niſi in his, ad q̃ aliæ eccl̃iæ alias exemptæ
4 ratione populi tenentur.† Sed q̃res,cum exempti & monaſteria teneant ad debitã partẽ relictorũ cã mortis.ſup de teſta.requiſiſti,ſup.de ſepul.in nra,& in c.de his,quare non eodẽ modo debitam portionem habebit de his,q̃ non cauſa mortis dãtur,cum vtrunq; ſit debitum lege diœc.10.q.1.decretũ? Reſpondeo,lex diœc.vt dictũ eſt,remiſſa eſt monaſteriis,nec ad illã tenentur,ſiue habeant populum,ſiue nõ,niſi ſint talia, q̃ rõne populi debentur,vel dantur,quale eſt, quod datur cauſa mortis: non autem tale eſt, qđ datur inter viuos. vel dic aliud eſt in iure parochiali,quale eſt quarta ſepultura:aliud in lege diœce.ſed hoc probat eſſe falſum,ſup.de teſta.requiſiſti.§. pen. vbi ad epm pertinet partem debitã habere de legatis monaſteriis,eſt ergo melior r̃ſio, ꝙ partem de hmõi legatis recipere eſt de l.iuriſdõnis,quod ſic probat:diuiſio hæc fit pp ſacra eccleſiæ, & inter eas eccleſias fit diuiſio,vbi ſacra percepit,ſup.de ſep.c.1.& c.de his.cum autem collatio ſacrorum ſit de l.iuriſdõnis,16.q.1.interdicimus,& hæc diuiſio, q̃ ꝯñs eſt, vel acceſſoria ad collationem ſacrorum de l.iuriſdõnis dicenda eſt:ſic etiam dici põt in quarta decimarũ,q̃ pro ſacris datur. vel dic in quarta decimarum non poſſe habere locum prædictam qõnem, qa decimas non debet recipere monaſterium,ſed debet alij ſoluere,16.q.j.alia,ſup.de deci.nup. & ſic non debet ſoluere quartam decimarum,q̃ tñ debetur de decimis acceptis,ſed nõ põt habere monaſterium ex donatione alicuius,niſi cum onere ſuo,& nullus donator põt plus donare,q̃ partem ſuam, 16.q. 2.ſi quis.ergo & ſi vna eccleſia monaſterio aliquam decimam donet,intelligitur partem ſuã,& aliorum partes ſaluæ erunt ſiue epi,ſiue cuiuſcunq; alterius.ſi autem pceptionem decimarum,non quartę tñ dicis lege diœc.ſcire debes ob hoc,quo ad poſſeſſiones nõ eſſe exempta monaſteria,niſi per priuilegiũ exẽpta ꝓbẽtur, vt no.ſup.de deci.ſuggeſtũ.ad pſonales autem nec monachi,nec clerici tñr,vt no.ſup.de deci.nouum. & iõ pceptio illarum nõ
5 eſt de lege diœce.vel iuriſdõnis,cũ nõ debeat.† Item no.ꝙ licet in aliqua eccleſia morant monachi,niſi ſit ibi cõgregatio,nihilominus l.diœc.tñr,10.q.1.c.j.item grangiæ non tñr l.diœc.j.de cenſi.c.vlt.capellæ aũt monachorũ vtraq; l.epis ſunt ſunt ſubiectæ,12.q.2.ſanè,j.de priui.cum & plãt.§.in eccl̃iis. Quidam autem dñt & multũ probabiliter,ꝙ monaſteria nõ ſunt exempta à quarta decimarum,vel mortuariorum,vel oblationum, ſiue in morte, ſiue in vita eis aliqua donent & hoc ſatis ꝓbat. ſup.de of.or.ꝯquerente & de oblationib eſt expreſſum.16.q.1.in c.ad hoc qđ expreſsè loquit de monaſterio nã Cartha.eccl̃ia monachorum eſt.nec ob.16.q.j.decimas.qa ꝙ mõachi habent decimas de ꝓpriis laborib.vt in p̃al,decr.dr̃, eſt ex priuilegio,s̃.de deci.nup.ex parte,& ſuggeſtum.alias.n.tenent ad decimas:11.q.j.alia.ſed ꝯ hoc eſt 16.q.j.cum ꝓ.10.q.j.c.j.18 q.1.q̃ ſi,vbi dr̃ ꝙ ea q̃ offeruntur monaſteriis,non tenet l.diœce.So.iſti bene fatentur,ꝙ non tenentur in oĩb.l.diœ.nã de l.diœc.eſt, ꝙ ſingulę eccleſiæ debeant ꝯferre cum epo, quãdo vadit ad Papã,vel Regem vel ad ſynodum, vel qñ facit expenſas pro aliquib.negociis cõib.totius diœc.10.q.3.vnio.& 12.q.2.nobis.ſed ab his collationib.ſunt exempta monaſteria,& ſic videntur ſonare prędicta c.& maxime c.quod eſt 18.q.2.q̃ ſit, in fi.vel dic, ꝙ hæc non ſunt l.diœce.ſed iuriſdõnis, quia de l.iuriſdõnis dicitur eſſe omne illud ad quod monaſteria tenentur. nunquã.n. in canonib.antiquis aliqua mentio fit de l.iuriſdõnis,ſed noua decre.tantum facit mentionem de ea.magiſtralia.n. verba fuerunt.[Aeſtimetis.] Honeſta ſeruitia ex conſtitutione, vel conſuetudine debita,18.q.vlt.ſeruitium,j.q.3.q̃ſitum.

SVMMARIVM.

Monachus an poſſit peculium habere.

CAP. II.

Monachi. [Peculium,] Niſi ꝓ iniuncta adminiſtratione,vt j.§.ſeq.[Parochiales.] Niſi ex diſpenſatione cum ꝯſenſu Abbatis.16.q.j.in parochia, cum pro vtilitate,& c.doctos,ſimoniacus,ſi qs monachus.[Adminiſtratione.]Puta qa eſt veſtiarius,vel eleemoſynari⁹.[Donatione.] Hoc intelligit,qñ prioratus habent ius ſpirituale annexum,vel diſtincta bona & appropriata à bonis monaſterij, ſed ſi ſunt de menſa Abbatiæ dicti prioratus,tunc poſſunt indicere & ſtatuere, ꝙ monachus, cui committitur dictus prioratus, certum quid ſoluat de redditib.dicti prioratus,ſed nõ aliunde, & hi potius dicerentur miniſtri, quam priores: quod ſonant in dignitatem.[Nõ mutent.] Ab Abbate,ſi curã aĩarum nõ habent.ſi.n.curã aĩarum habent,nõ p̃nt amoueri ſine ꝯſilio epõrum,qui eis curã aĩarum ꝯcedunt,ſup.de præb.in Lateran.[Nõ mutentur.]His.cõfirmari poſſunt beneficia, ſup.de præb. niſi eſſent: ſecus in prioratib.qui conceduntur Abbate,ſup.de confir. vti. vel inuti.porrecta,j.eo.cum ad monaſterium.§.tales.

CAP. III.

Recolentes. [Inſtitutione.] Qua dr̃ inſtitutum, ne Ciſtercien.habeant villas,eccleſias,uel alia,quæ ſequuntur.[Similem.]C.locati.l.milites.

CAP. IIII.

Super quodam. [Potuit.] ſup.de ſep. ſacris.not. propter ſcandalum non extumulari,quod extumulandum eſt.

SVMMARIVM.

In voto licet quis non dixerit, cui regulæ ſe voueret, intelligitur tamen in cuius manibus fecit promiſſionem.

CAP. V.

Quod Dei timorem. [Officium.] In aliis põt laudare intentionem plebani,ſed factum eius in hoc laudãdum nõ eſt, cum in manib.ſui epi debuerit reſignare ſup.de re.admonet [Coram fratrib.S.Victoris.]No.ꝙ licet nõ dixerit, cui rl̃æ ſe deuouerat, intelligit illi ſe deuouere,in cuius manib.fecit promiſſionem.nã eccleſia S.Victoris eſt rl̃aris.[Promiſſionẽ.] Licet p hanc pmiſſionem de futuro nõ ſit cẽſendus rl̃aris qa tñ cogẽdus eẽt.ex quo promiſit fieri regularis idcirco rñdet,ac ſi regularis eẽt.ſi.ſup.ti.ꝓxi.p tuas.] A Florẽtino.]Et Bon.ꝯſentiẽte,uł ad minus priore & ꝯuentu eius diſpẽſatio tñ epi Florẽtini eſt.[Miniſtratores.] In hoc.n. credim⁹ epm diſpẽſare poſſe. [Licẽtia.] Quæ neceſſaria eſt.[In Latera.]ſup.eo. c. in ſcdo. [Cõmode.] Monachus aũt nullo mõ põt eſſe ſine monacho, & in hoc eſt ſpãle de canonico rl̃ari,ſup.eo.c.2.[Canonicum.] Qđ hic non fuit canonicus rl̃aris ex principio apparet,vbi dicit, ꝙ nec profeſſionẽ fecit,nec habitũ aſſũpſit. ꝙ fuerit canonicus hinc apparet,ubi dr̃ ꝙ habeat canonicũ,& ẽt ſuperiori argõ, ubi innuit qđ poſſit ad regimẽ ſecularis eccleſię aſſumi.Quidã dñt,ꝙ fuit canonicus:& licet a principio nõ fecerit profeſſionẽ:ex poſtfacto tñ fecit:uel ſi prius feciſſet:tñ mõ Papa mãdauit: ꝙ faceret ut uotũ ꝯpleret:arg.ſup.ti.ꝓxi.p tuas. j.de ſpon.ꝯmiſſum.uel dic:licet non multũ uideat ꝯſonare ueritati,ꝙ non fuit canonicus:& eps cum uoluntate prioris diſpenſauit: quòd non fieret canonicus:licet uoluiſſet: & pmutauerit uotũ magis utile, qđ licet:ar.ſup.tit.ꝓxi.c.j.& c.magnæ.& monet habere canonicũ: ut rl̃r uiuat,nec ꝯdicit dec.p tuas,qa ibi nõ diſpẽſabatur cũ eo, ut nõ obſtante uoto haberet epatũ: uel ibi aliud eſt in electo ad epatum,ubi bene debet complere uotum, quia ſine diſpenſatione põt fieri eps.aliud in plebanatu,ad quem tranſ[illegible] nõ põt ſine diſpenſatione,55 di.priſcis.melius ergo fuit eum non fieri canonicum,& permutare votum,quàm canonicum fieri,& poſtea ex diſpenſatione Archipreſbyterum.

SVMMARIVM.

1 *Quis propriè dicatur monachus.*
2 *Peccat Papa diſpenſando ex cauſa non iuſta.*
3 *Non valet diſpenſatio in his,quæ ſunt contra uotum tacitũ uel exp̃ſſũ.*
4 *Conditori conſtitutionis licet diſpenſare ſine cauſæ cognitione contra ſuam conſtitutionem.*

CAP. VI.

Cum ad monaſterium. [Exhibere] Etiã de carnib.In hoc enim poteſt diſpenſare Abbas,ſicut in propria cella habenda.20.q.ult.

20.q.vlt.monachũ.& circa ordinẽ.j.de eo q fur.ord.re. cũ H.& circa canonẽ latæ ſnĩæ.j.de ſen. excõ. cũ illorum. alij tñ dicunt, ꝙ nunq̃ licet veſci carnib. nec Abbatis licet diſpenſare.
1 [Præuaricator.]Abbas.†[Annexa.]Hæc aũt ſunt annexa ordini a iure poſitiuo,quod probo,monachus aũt nihil aliud eſt,q̃ ſolitarius triſtis,16.q.j.placuit.ſi igitur plura imponãtur, illud eſt impoſitum a ꝯditore iuris.& ex hoc patet,ꝙ Papa põt diſpẽſare cum monacho,ꝙ habeat proprium,vel ꝯiugem, cum poſſit ordinẽ & naturam,quã dedit ordini, & ſubſtãtiam tollere.
2 †[Summus.] Niſi ex cã:quanquam.n.Papa diſpenſet,niſi iuſta cã ſubſit,peccat & diſpenſans,& cũ quo diſpenſatur. Nos dicimus,ꝙ nunquam valet diſpenſatio in proprio, & in talibus licet ex cã poſſet concedere ei,ꝙ peregrinetur, & portet ſecum viaticum,illud tñ non poſſidebit ſuo noĩe, ſed noĩe monaſterij,vnde de eo non poterit teſtari.& hæc vera ſunt, niſi magna cã & vera ſubeſſet. vr̃ tamen, ꝙ ſi diſpẽſaretur cum monacho in caſu, in quo cum eo diſpenſari non debet, vtputa ꝙ hẽat vxorẽ,& non eſt neceſſitas, vel vtilitas diſpenſandi, ſi tñ ꝯhat cum aliqua credens bonam diſpenſationẽ & licitam, ꝙ tenet matrimonium,licet ille q fuit monachus, ſp peccet exigendo debitum,& non reddendo, quia verum matrimoniũ eſt inter eos.rõ diuerſitatis eſt, quia ex diſpenſatione habendi propriũ nemini præiudicatur,nec alicui prodeſt, nec obeſt, niſi cũ quo diſpenſatur,vnde niſi ibi ſit vtilitas,non valet diſpenſatio, ſed ſecus eſt in matrimonio,vbi diſpenſatio prodeſt alij.ſ.ꝯiugum vel præiudicat. imo & ibi idẽ quodãmõ eſt,ſ. qa monacho, cũ quo diſpenſatum eſt malè ſup matrimonio,nõ prodeſt diſpẽ-
3 ſatio,quin ſp peccet.†Itẽ no.ꝙ quidam dicunt,& fortè nõ malè,ꝙ licet in his, q̃ ſunt ꝯ votũ tacitũ vel expreſſũ & in alijs, q̃ ſunt ꝯ euangeliũ,non proſit diſpẽſatio, niſi ex cã fiat, & fortè idẽ intelligendum eſt,ſi diſpenſetur in his,q̃ ſunt ꝯ gñalẽ ſtatũ
a eccleſiæ,non tñ hoc eſt verum[a] in his diſpenſationib.q̃ fiunt ꝯ ius poſitiuum tm̃.ſicut apparet in ſtatutis, q̃ facta ſunt de ordinib.faciendis intra certa interſtitia tẽporũ, vt 87. diſt. p totũ.& ꝙ quis non poſſit hr̃e duas curas,vt no.s̃.de præb.c.de multa.& de ele.dudum.in his.n. diſpenſationibus ſufficit ſola voluntas diſpenſatoris ẽt ſine cã,quod probo:nam ſi ſola voluntaria ꝯſtõ erat cã, quare aliquid prohibebatur, & ſola volũtas erit cã,quare prohibitio relaxetur,quia eius eſt deſtruere ius,q illud condidit,nec tenetur Princeps ſua lege ligatus.C.de le.digna.& res facilè reddit ad ſuam naturam,ff.de pac.ſi vnus.§.pacta.tñ ſicut lex eadem dicit,ipſe tamen bñ facit, ſi ſuam legem
4 ſeruat. † Item licet ꝯditori [b] ꝯſtitutionis diſpenſare ſine cauſæ
b cognitione ex certa ſcientia ꝯ ſuam ꝯſtõnem,non tñ alijs, quibus conceſſum eſt diſpenſare, licet diſpenſare, niſi cum cauſæ cognitione,& ſi diſpenſant,non valet diſpenſatio, vel reuocat & ipſi peccant,& puniuntur.51. diſt. qui in aliquo.[Licentiã.] Bñ dicit licentiam,& voluntariã tñ, quia ſine cã: nam & ſi cã ſubeſſet bñ poſſet diſpenſare, ꝙ proprium hr̃et. Quid.n.ſi tota Chriſtianitas,vel ẽt aliqua pars eius eſſet in periculo, niſi monachus fieret Rex, fortè nõ eẽt alius, qui ſciret aliquod regnũ regere,vel poſſet,niſi monachus,nonne dices, ꝙ fiat Rex, nõne quilibet dẽt ſe totũ in holocauſtum offerre Deo, vt in eo, quod ſibi plus placet,præeligat ſeruire? ſed præ oĩbus placet ei ꝙ creaturam ſuam rõnabilem & tpalem ꝯſeruet,pro qua ẽt ipſe aĩam ſuam poſuit.Item nonne peccat, qui minus bonũ maiori bono præponit,s̃.de reg.licet,in fi.11.q.3.ſi quis di.& c.væ quidicitis: Item cõis vtilitas præfertur priuatæ,7.q.j.ſcias.& c.mutationes.Item ſi pp cõem vtilitatẽ põt fieri eps.j. eo. licet.& ẽt clericus.55.diſt.priſcis.16.q.1.ne pro cuius, quare nõ eodem mõ Rex? ſed fortè rñdebit conditor cõcedo, ꝙ fiat Rex, ſed non habebit proprium,quia regnum cõe eſt, & q̃ acquiret, regno acquiret,arg.ꝓ his,18.q.j.c.j.j.de priuileg. cum olim.ſed ꝯ,quid ſi non põt eſſe ſalua Chriſtianitas,niſi regnum in ſuum proprium accipiat,illud ſuis hr̃dibus relinquendum,quia fortè habebat filios,añq̃ fieret monachus.Itẽ quid ſi dixerint ei illi, qui poſſunt dare regnũ,oportet,ꝙ ſi vis hr̃e regnum, accipias hanc Reginam in vxorem,alias dabimus eam infideli, vel tyranno? an hic ita diliges ꝯtemplationem huius monachi,& cõtinentiam hominis vnius, & ita reputabis Deum crudelem,ꝙ nolit per prouiſionem vicarij ſui huic Chriſtianitati prouidere? Itẽ Papa fecit ꝯſtõnem,ꝙ ẽt ille, qui uouit ſimpliciter, ſi ꝯhat,ꝙ tenet matrimoniũ.j.q cle.vel vo.rurſus.17.q.2. Gonſaldus.s̃.de ꝯuer.ꝯiu.placet.quare non eodẽ mõ põt diſpenſare? Item fecit ꝯſtõnem,ꝙ vxor vnius alij nubat, j.de diuor.gaudemus.§.pen.Itẽ ex ꝯſtõne eſt, ꝙ minor 14.annis nõ põt ſe obligare religioni,s̃.de reg.& tranſ.ad noſtram, quod eſt ꝯ ius naturale,quia ſicut puer,ex quo doli capax eſt, poteſt ſe diabolo obligare, eodem modo & Deo.Item Papæ dr̃,quodcunque ligaueris,&c.Item in quolibet voto intelligendum eſt, niſi aliter Deo placeat,ſed credendum eſt, quód Deo aliud placeat,ſi vtilitas ſubeſt,quód ꝯ votum faciat.Itẽ ſicut dicitur, quód nõ intelligitur uenire ꝯ uotum,qui facit ꝯ illud auctoritate ſuperioris,qui eſt vicarius IESV CHRISTI, ſicut in matrimonio, s̃.de tranſla.c.inter.in prin.nec obſt.prædictis, quod dr̃,uouete,& reddite.vouere quidem eſt uoluntatis,ſed reddere neceſſitatis,quia bene intelligitur votum Deo reddere, qui ſe eius diſpoſitioni committit,& qui magis eius beneplacitum facit, vt prædictum eſt.s̃.de uo.& uo.reden.magnæ.

ADDITIONES.

a ¶ Non tñ hoc eſt verum.Spec.in tit.de lega.§.nunc br̃.ad fi.ver.15.in voto, & Card.in rep.c.perpendimus,j.de ſen.excom.col.8.ſequuntur Innoc.hic, & & Abb.in c.fraternitatib.& ibi Io.de Ana.j.de ſchiſma. & de veritate uide p Fel.in c.ad audientiam,el 2.col 4.ver.hilominus attende bene, s̃.de reſcr.

b ¶ Item licet conditori.Adde,ꝙ idem tenet ipſe Inn.in c.veniẽs,s̃.de fil.presb.in gl.in fi.Et gl.in c.ſi qui.81.diſt.in gl.j.in fi.& no.Io.de Imo.in l.quidã conſulebat.ff.de re iudi.& refert Fel.in c ad audientiam, el 2.col.5.ver.omnia autem iſta ſupra de reſcrip.& adde eundem Fel.in c.quæ in eccleſiarum,col.23.in prin.ſupra de conſti.& ibi alleg.concor.

SVMMARIVM.

1 *Non poſſunt viſitatores rectorẽ alicuius loci remouere,et epo nũciare.*
2 *Parochia regenda eſt auctoritate epiſcopi.*
3 *Ad quem pertineat electiones confirmare de prioribus fratrum factæ, & in nu.5.6.&7.*
4 *Non poteſt Archidiaconus de iure præſentatum ſibi a patrono ſine Epiſcopi licentia in eccleſia inſtituere.*
8 *Degradatio priorum pertinet tantum ad Epiſcopum.*

CAP. VII.

In ſingulis. [Abbatum,atque Priorum.]Non exemptorum, j.c.proxi.§.hæc eadem. [Aduocent.[Capl̃m Abbatum,& Priorum,qui conueniunt ad generale capl̃m,& factis ẽt his primordijs, capl̃m totum uel maior pars eliget quatuor Abbates,qui præſunt capitulo. [Qui.] Ciſtercien.[De ipſis.] Abbatibus,qui cõueniunt ad capl̃m. [Prę lationis.]Iſti cum ſint prælati ordinariam iuriſdõnem non habent,ſed delegatione Papæ funguntur. Idẽ de uiſitatoribus ab his deputatis,nam delegatione Papæ, non iſtorũ quatuor funguntur,ut j.eo.c.ibi.[Vice noſtra.] Vel dic, quòd eſt ordina-
1 rio iure iſtorũ ab hac ꝯſtõne eis conceſſa.†[Denũciẽt.]Not.ꝙ remouere non poſſunt,ſed tm̃ epo nunciare, & cũ tã epiſcop⁹, q̃ hi uiſitatores habeant iuriſdõnem cognoſcẽdi,uel inquirẽdi de his,occupãtis melior erit ꝯdõ,ut ff.de procur. plurib. alij tamen dicunt,ꝙ uiſitatores non ꝓcedent, niſi primo moneãt Epm,& appareat eius negligentia,arg.s̃.de offi.ord. quãto,9.q.3.tunc uero.uel dic,& melius,ꝙ ambo uiſitabũt,& erit fortè utraq; ordinaria,arg.j.eo.c.porro.Item ſiĉ.j.c.proxi. nec eſt, ꝯ,s̃.de off.ord.c.j. ubi innuitur, ꝙ uiſitatores poſſunt deponere,qa ibi non erant tm̃ uiſitatores, ſed inquiſitores,& iudices, ut ibi colligitur.alij dicunt aliter in generali uiſitatore,& ſic loquitur hic,aliud in ſpãli,& ſic loquitur c.j.primo dictũ placet.[Diœceſani.] Epi.n.curã gerunt ſuarũ diœceſum.s̃.de offi.ord.pernitioſam.[iura.] Quorũ ipſæ diœceſes exiſtere dignõſcunt.9.q.2.nullus primas.& in alijs c.ſeq.& iõ cum ipſi curã habeãt, ad illos ptinet ipſam cõmittere,de offi.Arch.cũ ſatis, 16.q.ul.
2 nullius.†[Oĩno.] Vnde epõrum auctoritate ſiue cura,adminiſtratio gerenda eſt,& parochia regenda,10.q.j.regẽda,ac ipſis de hmõi cura,uel regimine rñdendum,16.q.2.ſanè.s̃.de præb.in Lateran.& de priuil. cũ & plantare.§.in eccleſijs. & ita talib.prioratib.quib. cura populi eſt annexa, priores inſtitui dẽnt p epos,& hoc eſt uerũ,quãdo p ipſos cura gerit.nam & ſm antiquos cano.monachi poſſunt aſſumi ad regimẽ eccl̃arũ parochialiũ. 16.q.j.doctos,& c.in parochia,55.diſt.priſcis, & s̃.e. ꝙ Dei.ſeq⁹ aũt qñ p presby.ſeculares, qa tunc ipſi presbyteri, & nõ monachi inſtituẽdi ſunt p epos de ꝯſilio monachorũ.j. de capel.mona.in eccleſijs.itẽ hoc eſt uerũ,qñ tales prioratus. uel eccleſiæ pleno iure nõ ſubſunt religioſis:ſec⁹ aũt, ſi pleno iure ſubſunt.16.q.2.viſis.& in p̃alle.decr.in Lateran.& c.cũ & plantare.Item pro graui culpa deſtituendus eſt aliquis & auctoritate ſuperioris,videlicet epi diœce.16 q.vlt. inuentũ. & s̃.de foro ꝯpe.poſtulaſti.circa maiora]nanq; periculũ vertit.42.diſt.quieſcam⁹.& iõ hmõi grauiora & difficilia diœceſanis referẽda ſũt in ſuis diœceſib.de offi. Archipresbyteri.ſingulæ.in fi.ardua ſine epis nequeunt terminari, s̃.de offi. Arch. ad hoc. verſ. itẽ in epiſtola.difficilia.n.ſeperiorib.ſunt intimanda.s̃.eo. circa medium,18.diſt.multis denuo,in fi. & licet correctio religioſorũ ad ſuos p̃latos rl̃r pertineat.s̃.de offi. ord. quanto, & 90. diſt.ſi qs.ſi tñ aliquid graue & difficile emergat,ad cuius correctionẽ detentio Abbatis non ſufficiat, prouidentia diœceſani eſt ſup hoc adhibenda,de ſen.excõ.monachi,& c.cũ illorũ. de p̃ſcrip.cũ olim, vbi dr̃,ꝙ pnĩa in leuib. culpis pertinet ad Abbatẽ, maxime aũt prouidentia & diligentia tũc adhibẽda eſt, cũ p̃ficiũtur aliqui in prælatos,ſeu rectores,ſeu ẽt amouentur, de elect.nihil.& 7.q.vlt.c.ſi.vbi dr̃,ꝙ de tanta re.ſ.qñ inquiritur, de dignitate alicuius prælati,vt remoueatur,vel detur ei coadiutor, non ſegnius eſt agendum.Item priores,qui ſic per electionem

instituuntur, non possunt mutari sine manifesta & rationabili causa, vt dictum est, videlicet si fuerint dilapidatores, &c. vt prædicta decr. monachi, §. vlt. Sed siue sint Abbates, siue priores, vtpote in monasteriis, q̃ abbates non habẽt proprios, & inueniãtur dilapidatores, vel alias merito amouendi, p dięcesanũ remouendi sunt dummõ non sint exẽpti, s̃. e. vt itaq; j. eo. c. p'xi. §. si Abbas. & §. vlt. præterea q̃uis hmõi priores immediatè subsint suis Abbatib. in illorum iussionib. intendere, & obedire debeant, non vr̃ tñ posse amoueri per eos inconsultis dięcesanis, sicut video, ꝙ licet custos ecclesiæ in cunctis iussionib. Arch. obedire debeat, & ei subsit, non tñ si minus idoneus sit, abijcere vel amouere põt incõsulto ẽpo, de off. cu. c. j. Item vr̃, ꝙ in prioratib. in quib. per electionẽ collegiorum suorũ instituunt priores, gerenda est administratio auctoritate dięcesanorũ. Sed obijcitur ɔ̃, quia si in monasterio subiecto alteri fiat p̃lati electio, p̃sentandũ est de iure Abbati, vel collegio superioris monasterij, vt ab eo si canonica fuerit, ɔfirmet, de ɔsue. cum dilec. circa fi. ita ordinatio inferioris monasterij plenè ptinet ad Abbatem superioris, de reli. do. quia monast. Si ergo superior Abbas ɔfirmare hẽt electionem Abbatis, vel prioris sibi subiecti, per ɔfirmationẽ ɔsequitur quis liberã administrationẽ, de elec. nãl. ipsum vr̃, ꝙ in talib. prioratib. auctoritate suorũ Abbatũ administratio geri dẽat. sed ɔ̃, qa vr̃, ꝙ nec in istis, nec in alijs prioratib. qui non hẽnt pp̃lm, vel in qb. nõ instituũtur priores p electionẽ, administratio geri dẽat auctoritate Abbatum: qa instõ & destõ de iure ad dięcesanũ ptinet, & de l. iurisdõnis est. s̃. de off. conquerente. & de insti. cum venissent. de hær. cũ ex iniuncto. in fi. Itẽ oẽs ecclesiæ dięce. sub ptãte epi sui ɔsistunt & ad ipsius ordinationẽ pertinent. 16. q. 7. oẽs basilicæ, 10. q. j. decretum est. So. circa hmõi prioratus, q parochiales non habent, & q per electionem collegiorum suorũ fiunt, monachi tñ manent in eis, & Abbates plene. i. ex sua fundatione in eisdẽ obtinẽt tpalia, ideo permissum est, & obseruatũ creditur, ꝙ ponantur in eis priores, & remoueant ad mandatũ suorũ Abbatũ, vt ĩ religionib. magis vigeat & obseruetur obedientia. Et ideo hmõi prioratus propriè appellantur obedientiæ. s̃. e. cum ad §. tales, vnde tales priores ex eo, ꝙ sic præficiuntur, non possunt nec debent assumere sibi auctoritatẽ ɔtinuæ p̃lationis, imo cũ expedierit, absq; ɔ̃dictione mutari possunt, sicut dr̃ de pręsidentibus capitulis gñalib. s̃. eo. c. si. n. tales instituerentur, & ponerentur per ep̃os aut de suo consensu, vel auctoritate, non possent postea sic ad Abbatũ ɔsensum remoueri, de offi. Arch. ad hoc. arg. s̃. de translac. de cætero, propter qđ ẽt talib. suæ administrationes non ɔfirmantur. s̃. de ɔfir. vtili, vel inuti. porrecta. & ideo in huiusmodi prioratib. ponunt & deputantur priores pro voluntate suorum Abbatum, & ẽt amouentur, vt in præalle. §. tales. & de priuile. qm per confessionem. vbi fit mentio de clerico vel monacho deputato a monasterio ad regimẽ alicuius ecclesiæ dięcesano subiectæ, 16. q. vl. si quis vult. dr̃. n. ꝙ si Abbas vult ad meliorẽ locũ transmutare monasteriũ, faciat hoc de ɔsilio epi, sed mittat in priori loco presbyterum ad exercenda ipsius ministeria, & ita ad Abbatẽ ptinet deputare ad regimẽ talium locorũ personas. secus aũt est in prioratib. in quib. creantur priores per electiones capitulorum suorum, quia tales priores plenius ius assequuntur in prioratib. ipsis, ad quos vocãtur per sua capl̃a: quia per electionẽ & ɔfirmationẽ acquirunt eos, de accu. sup his, & quasi vt Abbates ĩ loco ipsorũ præsunt ibi, vnde sic leuiter amoueri nõ possunt ab eis, imo ẽt si transferendi sunt ad maius officiũ, hoc fieri dẽt de ɔsilio fratrũ locorũ, in quib. præsunt. s̃. eo. monachi. §. priores. 58. dist. c. 2. 19. q. 3. statuimus. hmõi. n. trãslatio quasi quædam alienatio est personæ: sunt aũt pretiosiores personæ, quam res. 12. q. 2. præcipimus. vnde sicut res absq; ɔsensu capituli alienari non põt. 12. q. 2. sine exceptione, sic nec persona. monasteria vero bona sua alienare non possunt absq; permissione & licentia epi 12. q. 2. Abbatib. 18. q. 4. in venditionibus. Et ita in translatione talium priorũ, q̃ fieri dẽt de ɔsilio fratrũ, necessaria erit licentia & pmissio epi multo fortius quam in translatione vel alienatione rerũ. s̃. de renun. admonet. vnde apparet, ꝙ in creatione & mutatione taliũ priorũ, q̃ fieri dẽt de ɔsilio fratrũ, necessaria erit licẽtia. plus iurisdõnis & auctoritatis habent dięcesani, q̃ in institutione & destõne aliorum.

3 †Sed quis ɔfirmabit electiones taliũ, & ipsos ĩstituet? vr̃ ꝙ Abba. superiores, sicut alleg. est s̃. sed certè satis vr̃ incongruũ, ꝙ aliquis prioratũ, vel ecclesiã aliq̃ intret & administret irrequisito dięce. cui subest, vt in prædicta decr. admonet. ad dięcesanũ ptinet custodia ecclarũ vac. suę dięce. de insti. cũ venisset. vnde ipso incõsulto intrare non dẽt, qa derogaret pp hoc iuri epali, de priui. pasto. põt ergo rñderi vt fiat drĩa inter instõnẽ, & ɔfirmationẽ. ɔfirmatio. n. est propriè approbatio pcessus in electione habiti, & q̃tum ad formam electionis, & q̃tum ad psonã electi. s̃. de elec. nihil. instõ aũt fit in ecclesia de ipso electo approbato iã & admisso qñ. s. inuestitur de illa, de iurepat. ꝙ aũt, ɔsultationib. id fie. ẽ. er. n. utit ius his vocabulis, instõne videlicet, & ĩuestitura, de ɔces. p̃. post elec. qa & inuestiri dr̃ aliquis de ecclesia, vel p̃benda, de ɔces. p̃. pposuit & institui in ecclesia, de p̃b. dilecto. vbi dr̃, ꝙ vno iure indiuiduo vacante, siue p̃bẽda duo institui non pñt ad illud, de sup. neg. præl. sras: inuestitura aũt fit post ɔfirmationẽ, de app. ɔstitutus. vnde põt dici confirmatio electionis, ꝙ ĩ talib. priorib. de iure ptineat ad Abbates suos, ut in præal. decr. de ɔsue. cũ dilec. Instõ aũt ad dięcesanos locorũ. sicut examinatio & approbatio clericorũ, q præficiendi sunt beneficijs ecclesiast. & instituẽdi ĩ eis, ptinet ad suos Arch. instõ vero ad ep̃os. de off. Arch. ad hoc, in ver. in quadã.

4 †Et ꝙ instõ tã Abbatũ, q̃ priorũ in officijs suis spectet ad dięcesanos, satis innuit 15. q. 2. c. j. & c. cellulas. & ita Abbates cõfirmabunt electiones, & approbabunt priores electos, dięcesani vero illos instituent, de off. Arch. super eo. vbi dr̃, ꝙ si alicui pmittitur aliqua ecclesia ordinanda de persona idonea ad præsentationẽ patroni, licet rector, q instituendus fuerit, præsentãdus sit illi, cui pmissio facta fuerit, & ipse eũ admittet, non tñ ipsum instituet, sed ep̃s vel Arch. ad quẽ instõ pertinet, qa non est intẽtio cõmittentis sup hoc præiudicare ep̃o, uel Archid.

5 †Itẽ & ipse Archid. non põt de iure præsentatum sibi a patrono sine ɔsensu & licentia epi instituere in ecclesia, s̃. de offi. Archid. cũ satis. de re iudi. cum Bertoldus. nisi aliter obtineat de præscripta ɔsuetudine. de d. ci. dudũ. de off. Archid. dilecto, de exces. præl. ad hæc. si ergo ad dięcesanos ptinet talium priorũ instõ. nec debent difficultatẽ adhibere, vel ingerere in ipsorũ instõne postq̃ examinati & approbati sunt p suos Abbates, sicut fit in his, qui promouentur ab ep̃is ad ordines, 14. dist. quãdo & de off. Arch. vt nostrum. & in his, qui præficiendi sunt ecclesiasticis bñficiis, qm ut dictum est, examinandi sunt prius à suo Arch. & postea p ipsum præsentandi ep̃o, ut eos præficiat, de off. Arch. ad hæc, in ver. in quadã. postq̃ vero examinatus ẽ ab's diligenter & approbatus p illum, ad quẽ pertinet, hic nõ est denuo examinandus, de æta. & quali. accepimus. de off. dele. licet de purga. cano. dilec. in fi. & sufficit monachis testimoniũ Abbatis 16. q. j monachi vagantes, nisi fortè aliquis promotus ad unam dignitatẽ vocetur uel postuletur, seu eligatur postea ad aliã quia tunc oportuna est postea alia examinatio. põt. n. aliquis esse idoneus ad vnã, & non ad aliã. de elec. in causis. in fi. vnde absq; difficultate admittendi sunt, siue instituendi tales priores ab ep̃is, sicut sine difficultate & absq; iudiciorũ strepitu amouendi sunt ab eis, postq̃ denũciatũ fuerit ep̃is per illos, ad quos denunciare spectat, ꝙ sunt indigni. j. c. prox. §. ꝙ si Abb. & §. It. de accu. qualiter. in fi. & si fortè in eorũ instõne malitiã adhiberent, posset super hoc haberi recursus ad superiorẽ, de iurepat. nullius, & in p̃dicta decr. ea q̃. §. ꝙ si Abbas. 16. q. si. decernimus, arg. de iurepa. pastoralis, in fi. de elec. publicato. s̃m præmissa põt dici, ꝙ instõ in talib. prioratib. pertinet ad dię-

6 cesanos: confirmatio vero electionis eorum ad Abbates. †Sed ponamus, ꝙ instõ ẽt talium priorũ pertinet ad ipsos Abbates, non tñ eos possent auctoritate propria instituere corporalr̃. de hmõi corporali instõne in beneficijs & dignitatib. loquitur decre. ad hæc. de offi. Arch. in ver. in quadã. nam per ipsam instõnẽ, q ɔsistit in ɔcessione, siue in collatione beneficij, vel dignitatis non adipiscitur quis possessionẽ. sed postea ĩducitur. de sen. & re iud. cũ Bertoldus. circa prin. & de ɔces. præbẽ. post electionẽ in fi. nec per inuestituram intelligitur q's adeptus esse possessionẽ. de dona. per tuas. de conces. præb. proposuit. vnde non liceret hmõi priorib. ẽt ꝙ eorum instõ spectaret ad Abbates, prioratuũ possessionẽ ingredi, & eos gubernare ac administrare ibi auctoritate propria irrequisitis dięcesanis, de priuil. past. in fi. de foro ɔpe. Romana. §. ɔ̃hentes, & 16. q. 5. si qs episcoporum. vbi dr̃, ꝙ si prelatus in ecclesia sua, quam hẽt in alia dięcesi, voluerit ordinare clericos, uel instituere, qđ idẽ est, vt de arb. nõ sine. ipsos ordinet is, cuius territoriũ est, vel si ordinati sunt & instituti, acquiescat eos hr̃e, & regimen & gubernatio Ecclesiæ ad eum ptinebit. Et ita cum ɔsciẽtia & permissu dixi, in ecclesiis suæ dięcesis administratio est gerenda, siue pertineat ad Abbates confirmatio, & ad ep̃os instõ talium priorum, siue utrunq; ad Abbates. administratio tñ gerenda est auctoritate & pmissu episcoporũ: nã & dec. de elec. cũ in cũctis. §. cũ vero, distinguit hęc tria, electionẽ, ɔfirmationẽ, & administrationẽ. Sed qualiter rñdetur ad alias decr. nosti, & transmissam. de elec. in quib. dr̃, ꝙ per confirmationẽ quis habet plenã & liberam administrationẽ? & dicendũ est, ꝙ refert, an ɔfirmet is, qui est ordinarius loci, & plenã ptãtẽ hẽt a iure, vt Archiepiscopus q̃tum ad suos suffraganeos, & epi q̃tum ad prælatos ecclesiarũ suarum dięcesum sibi subiectarum, & Papa q̃tum ad omnes, quia super oẽs habet ptãtem: an ɔfirmet alius, quia si Archiepiscopus, vel episcopus, aut Papa confirmet, ex ipsa ɔfirmatione intelligetur ei concessa esse administratio, ut prædicta decret. transmissam,

trãsmissam, & c. nosti. & intelligit esse institutus, & accepisse p hoc instõnẽ, de simo. sicut tuis. vbi dr̃, ꝙ petita fuit cõfirmatio, & postea sequitur, ꝙ accepit instõnẽ, sicut petiuerat. vnde p eo de ponit cõfirmationẽ, & institutionẽ. & hoc accidit, qa hmõi cõfirmatores pleniorẽ hẽnt auctoritatẽ, & res vł loca plenius subsunt eis, maxime in sp̃ualib. pp qđ eis cõpetit instituere, de ele. q̃relã. & iõ efficacior ẽ eorũ ɔfirmatio, & intelliguntur †per hãc instituere, qa nõ exigitur alicuius alterius ɔueniẽtia vł assẽsus, secus aũt est, qñ alij ɔfirmãt, q nõ sunt locorũ ordinarij, qa nõ sic plene p̃sunt illis. vnde alterius superioris, vt pote dięcesani, q plenius curę ac regimini p̃est, cõueniẽtia expectatur, sicut dictũ est sup. vel. p̃t aliter dici, ɔfirmatio electionũ in talib. prioratib. ptinet de iure ad ipsos dięcesanos, qm̃ ad ipsos spectat regimẽ animarum cõmittere, 16. q. ult. nullus. Et ad illã decre. de cõsue. sic respondendũ est, qa monasteriũm Carosen. dicebat, ꝙ fratres Andrẽ. monasterij dẽbebãt in Carosen. capl̃o aliquẽ de gremio ipsius monasterij Carosen. eligere sibi in Abbatem pp statuta dięcesani epi, q ɔstituerat, ꝙ electio prioris, uel Abbatis monasterij Andren. penderet penes fratres ipsius loci, & capl̃m Carosen. monasteriũ uero Andren. dicebat ꝙ de iure cõi & priuilegio ad ipsos fratres tm̃ ptinebat electio. & Papa respõdet, ꝙ illud statutũ p̃t ita sane intelligi, ut nec iuri cõi, nec priuilegio derogetur p ipsum, videlicet ut ad fratres Andren. monasterij spectet electio, & ad capitulũ Carosen. ɔfirmatio. sed non est ita intelligẽdũ, ꝙ de iure cõi ptineat ɔfirmatio ad Carosen. capl̃m, nec ad hoc se refert decre. cũ dicit ꝙ statutum illud nõ obuiat iuri cõi: qa nõ erat qõ de cõfirmatione, sed de electione solũ, q̃ de iure cõi dicebat ad se spectare Andren monasteriũ. Vnde statutũ illud sic p̃t ĩtelligi, ꝙ ñ obuiaret iuri cõi, qđ est, vt ɔgregatio sibi Abbatẽ eligat, 16. q. vlt. c. fi. & tñ statutũ ipsũ cõcedebat capl̃o Carosen. videlicet ius cõfirmãdi, ꝙ ipse dięcesanus vr̃ ei ɔcessisse hmõi statuto. nã alias statutũ ipsũ fuisset inane, nisi aliqd specialiter indulsisset, de ver. sig. Abbate, circa fi. non obuias huic intellectui decr. illa de reli. do. qa monasteriũ. dr̃. n. ibi, ꝙ vnũ monasteriũ fuit unitũ alteri. Vnde ipse erat Abbas vtriusq;, & amborũ administrationẽ & ordinationẽ habebat, nec pręficiebat alius in vno & alius in altero. sed qa utrũq; incõgruũ vr̃, ꝙ in aliquo prioratu subiecto monasterio, uel Abbati ɔfirmet vel instituat prior, inscio ipso Abbate cui subest prioratus, ideo p̃t dici ꝙ electio, quæ in tali prioratu celebratur, denuncianda est Abbati, cui subest, & per eũ & per electores, vel per illos cum eius cõuenientia præsentanda dięce. de eccl. ędi.

7 ad audientiam, & de ele. sacrosanta. †Et ita dici potest ꝙ confirmatio talium electionum ad dię. pertinet, & sic eorum auctoritate geri debet administratio, nisi aliud Abbatibus de iure competeret speciali, vt s̃. notatum est, vel nisi circa institutiones, & destitutiones Abbatum, & huiusmodi prælatorũ & religiosorũ aliud obtineat, & obseruet, & ex regula & instõne sui ordinis ap-

8 pbata, sicut patet in Cister. de si. ne Dei. † Degradari aũt hmõi prælatos, vel priores ad solũ ep̃m ptinet, 15. q. 5. c. i. & seq. & 16. q. 2. visis. in cellis aũt, quæ fieri deberent j. septa monasterij. 20. q. vlt. c. fi. nullũ instituere, vel destituere debet episcopi, 18. q. 2. quam sit. Alij dicunt, ꝙ non solũ in prioratib. qui habent curã, sed ẽt in alijs & ẽt in his, vbi est prior datus ab Abbate, semper est præsentatio facienda ep̃o, & per eum confirmatio faciẽda. [Præcauẽtes.] Ipsi ep̃i, vel visitatores. [Eos.] Episcopos, vel visitatores. [Personis.] No. eos, qui præsunt capitulis celebrandis, habere iurisdictionem super eos, qui offendunt monasteria.

SVMMARIVM.

Monachi correctio ad quem pertineat.

CAP. VIII.

Ea quæ. Hoc c. loquitur de visitatoribus deputatis a pręsidentib. capitulis, [Concil.] s̃. c. proxi. [Normã] Fortè nimis leuẽ. [Monachos.] Hic apparet, ꝙ uisitatores possunt punire monachos. & ad Abbatẽ remittere puniendos. vel dic melius, ꝙ non pñt punire delinquentes monachos, nisi essent cõtumaces, ut puta quia cum uisitatores uellent interrogare de statu monasterij ipsi nolebant rñdere, uel alio mõ uisitationẽ eorũ impediebãt, & sic hic loquit. [puniat.] Suspensio-

a nis pęna, uel interdicti. deponere. n. nõ possunt, uel remouere,[a] s̃. c. proxi. §. ordinent. uel dic melius, ꝙ nõ suspendentur, uel interdicẽtur, nisi per ep̃m, sed disciplinã publicè recipiẽt in capitulo, & hoc ur̃ sonare litera. [Iudiciorum.] No. in inquisitionibus Abbatum non esse seruandum solitum ordinẽ iudiciorũ, j. de acc. qualiter, 2. in fi. & de si. p tuas. [Ab administratione.] Hoc specialiter conceditur sibi in exemptis propter periculum morę, & longã absentiam Papæ. [Portet.] A dięce. uel à Papa.

ADDITIO.

2 & maliciosa negligētia.†Et nos hic loquimur de alia,quæ forte contingit ex nimia meditatione,vel cōtemplatione.sed hic in hoc casu satis posset dici ꝙ si adhuc sunt in eodē nocturno, vel si adhuc sunt in dicendo psalmos vespertinos, ꝙ psalmum omissum dicēt & ēt idē forte facere nō est periculosum.etiam si aliū nocturnū dicerēt,nisi esset timor scandali.Non enim est tanti omissio vnius psalmi,ꝙ pp hoc esset aliqs scandalizādus. ꝙ enim septies oretur est pręceptum.s.eo.c.j.sed ꝙ isti, vel illi psalmi dicant.nō est in pręcepto,vn̄ videmus,ꝙ alios psalmos
3 dicit vna ecclesia,& alios alia.† Sed nūquid peccat ille clericus, qui dū est in officijs, cogitat sup aliquo bono opere spūali, vel tēporali?Solu.vr̄,ꝙ dum est in officijs nō dēt alijs intēdere nisi circa ea,quę ibi dicuntur,vel legunt̄,nisi necessitas esset,quæ ēt dilationē non caperet,qđ tunc cogitaret, vel ēt expediret. Sed quid si nō intelligit, q̄ legunt̄?dēt esse in silētio,& rogare Deū vt lectiones,& orationes.& psalmi,& cantus,qui fiūt in ecclīa, sibi & alijs ꝓsint ad salutē:nec tn̄ vr̄ peccare,si qn̄ nimis fatigatus esset spūs,si posset fieri sine scandalo, ꝙ aliquātulū exiret ecclesiā,vel aliqua ꝑterea,q̄ legunt̄, diceret, vel cogitaret:caueat tn̄ sibi,ne in his excedat.Itē si aliquis nō interfuit in principio officij sine malitia,nō oportet,qđ à capite incipiat.& idē dicimus de fine,si ei interesse non possit si tamen magnam partē vel nocturnorum,vel laudis omitteret,bene faceret, si illud diceret.

CAP.

CAP. XIII.

Pernitiosus.

[In prouincia.]Hoc specialiter spectat ad officium archiepiscopi.12.di.de his.

De baptismo,& eius effectu. Rubr. 42.

SVMMARIVM.

1 *Baptismi sacramentum in quo consistat.*
2 *In sacramento altaris tria sunt,sic etiam in baptismo.*
3 *Quid sit character.*
4 *Si in flumine aliquis baptizatur,ea sola aqua, quæ corpus tangit, est sacramentum.*

Baptismus à sacerdote dēt conferri, & si necessitas est, supplere pōt vicem eius diaconus, sed nō alius, quāuis cōstat, ꝙ à quocunq; collatus non sit iterandus,de consecra dis.4.cōstat,
1 81.dist.si diaconus.† Consueuit aūt quæri,in quo cōstat sacramētum baptismi.Super quo no.triplicem opinionē: quidam dn̄t,ꝙ ipsa aqua abluens est baptismus, vel sacrm̄ baptismi.alij dn̄t,ꝙ ablutio,siue tinctio quæ dr̄ passio, est baptismus, vel sacrm̄, & non tinctio actus, quæ aliquando est peccatum. & huic opinioni assentit magister sniarum.alij dn̄t, ꝙ character est sacramentum ,uel baptismus, qui in baptizato confertur, de conse.dist.4.tūc valere.& non aqua,vel tinctio,q̄ velociter
2 transeunt.† Et exponunt id quod hic dr̄, Baptismus est intinctio,i.character in tinctione collatus.nos dicimus,ꝙ sicut in sacramēto altaris sunt tria,vt sup.tit.ꝓxi.cum Marthę.§.distinguendum.ita & in baptismo.vnū,quod est est tantū sacramentum,s.aqua abluens,vel ablutio passio.s̄m, qđ est tm̄ res sacramenti,s.gratię infusio,& peccat.remissio.& tertiū,quod est sacrm̄,& res,s.character.Dicimus ergo ꝙ aqua verbo Dn̄i sanctificata ꝓprie est sacrm̄:sicut & species panis,& character secun-
3 dario,sicut & verū corpus Chr̄i.† Est aūt character quædā passibilis qualitas illuminans aīam ad uidēdū facilius, quid sit credēdum,& quid faciēdum,& quid nō:vel pōt dici, & forte melius,ꝙ est quædam qualitas disponēs,& habilitās animam ad suscipiēdum gratiam:& hęc qualitas à quibusdā dicitur sanctitas,quia præparat animam ad sanctificationē. Ioānes aūt Damasce.dicit,ꝙ character est mentis custodia,eo ꝙ inseparabiliter custodit mentē,& quia eam præparat,& habilitat ad gra-
4 tiam,per quā ipsa aīa custoditur.† Itē no. ꝙ si quis baptizatur in flumine,illa sola aqua est sacramentum,quæ corpus tangit, ēt si quis eam biberet,aquam sacramētalē biberet, & hoc idē esset,si quis biberet aquā consecratā de fontib.baptismi. Tamē quidam dicunt totam aquam,quæ est in fontibus baptismi, sacramentū,ex quo s̄m ordinē ecclīæ ꝯsecrata est, ēt si nullus ibi baptizaretur, quia uerbum consecrationis accessit ad totam aquam,quæ est in fontibus & eam totam consecrare intēdit: sed secus est si baptizarēt in flumine, quia stultum eēt,nec fieri posset,ꝙ totum fluē consecraretur.Sed melius vr̄, quod ēt in fontib.illa sola aqua sit sacramētum, quæ tāgit corpus, nec aqua fontium baptismalium fit sacramētum per uerba consecratoria, quæ ibi dicuntur, nisi ibi puer baptizātur cum uerbis ad hoc ordinatis.nam priora uerba sunt tantum de solēnitate, & ideo non faciunt sacramentum.infrà,eod.proxi.c.Item cuius rei esset sacramentum,cum nulla anima sit in aqua,quæ significet infusionem gratiæ,uel characterem infusum.

SVMMARIVM.

1 *Forma baptismi data ab ecclesia in tantum est seruanda, quod eam etiā per æquipollētia verba mutare nō licet,& in nu.2.& 3.& in nu.11.*
4 *Quæ sint verba substantialia formæ,& in nu.5.& 6*
7 *Ecclesia non dicitur infigere characterem,sed solus Deus.*
8 *Quæ requirāt de necessitate ad hoc,vt aliquis sit baptizatus, & nu.9.*
10 *Nunquid si baptizatus petiit baptismum,sed tamen non intēdebat baptizari,dicatur esse baptizatus.*

CAP. I.

1 SI quis puerum.

[Ter.]Idem est, si semel, de conse.dist.4.c.de trina.† [In noīe.]Et intantum seruanda est forma data ab ecclīa, ꝙ eam ēt per æquipollentia uerba mutare non licet, ut dicat,ego te baptizo in noīe gn̄antis,gn̄ati,& procedētis. Item non licet aliquod uerbum uel uulgariter, uel literal̄r præponere,uel inserere, vel postponere in forma, intēdēs illud esse de forma,& sine ipso non esse formam,ut v.g. ego sacerdos baptizo &c.uel ego baptizo te Ioannē &c.uel ego baptizo te in nomine patris,& filij & Spiritusācti,& beati Ioānis.alias aūt,si nō crederet illam formam eē,uel additā eē de forma, sed ex sim-
2 plicitate,ul ex deuotione ꝑdicta adderet,baptizatus est. † Idē dicēdum est,si ex malitia, uel hr̄ī diceret, ut si adiiciat, & diaboli,& hæreticorum,dummodo hoc non credat de forma,& baptizare intendebat. & hæc omnia contingunt propter formam baptismi,quæ inuiolabiliter est obseruanda,ut alibi not. Itē si formā ueram dicat,& non credat illam ueram formam sed aliam,non erit baptizatus.& hoc iō,quia nō intēdit baptizare,quod ex eo apparet,quia formam ueram dicere non intēdit, cum tn̄ sciat uel credat ad hoc certam formam statutam, quia si non crederet certam formam statutam, & baptizare intenderet non obstantib. prædictis adiectionib. baptizatus eēt, quia recidit hæc qō in primū casum,qn̄ ex malicia,uel ex sim-
3 plicitate ea addit.† Sed si quis certus est certā formā præscriptam in baptismo, & præter illā formā non cōferri baptismū, & postea baptizaret cum ea forma,de qua dubitat, an sit uera, nunqd erit baptizatus?Rn̄.sic, qa licet dubitaret de forma,intēdit cū baptizare s̄m illā formam, si est uera,unde cū sit uera
4 forma,uere baptizatus est. † Verba aūt quæ sunt de substantia formæ,sunt hęc,s.Baptizo,nec eēt baptizatus, si diceret,baptizat te Christus,uel Petrus,uel sacerdos se demonstrato, ul baptizat Petrus à tali.uerumtamē si aliqua ꝓuincia eēt quæ nunquam nrām formā accepisset,& uerba dicta,uel alia æqpollentia nostris diceret,debēt hr̄i pro baptizatis. Sed oppones, quare non idem dicis de una ciuitate quæ nunquam accepit nrām formam,uel de singulis sacerdotib? Respon. quia ibi est iustus & probabilis error, & ideo ad illos ꝯstō ecclesiæ non extēditur nisi ex quo sciunt formam,& sic fuit diffinitum de Græcis Calabrię qui hanc formam seruarūt, imò fuit eis concessum. s. ꝙ ēt in futurum baptizētur s̄m primam formam, sed in aliis nō est probabilis error,& ideo extēditur ad eos ꝯstō,ar.82.dist.qđ proposuisti. & hęc forma ex ꝯstōne ecclīæ prędictas uires hēt, quod ex eo apparet, quia aliquando mutata est hęc forma, de conse.dist.4.firmissimè à quodam,& c.se.Item loco huius uerbi baptizo,non pōt poni lauo,uel balneo.& hoc ea rōne,quia hoc uerbum,baptizo,plus importat ex instōne, q̄ sit eius pro-
† pria significatio.nam baptizare est in aquam ꝯstringere † Als,
5 mergere sub certa forma uerborū s.e.c.j.Sequit.† [In noīe pris & filij & spūsancti.] nā & hæc uerba multipl̄r sunt de substātiæ formæ,nec possent mutari,ut diceret ī uirtute,uel in noīb. nec liceret inde tollere copulatiuam coniunctionē:& tn̄ satis credēdum est,ꝙ ualeret baptismus,si diceret:In nomine patris filiiq;,spiritusq; sancti,quia nulla est dr̄ia inter ꝑdictas copulatiuas.sed diligens lector multas notabit dr̄ias inter hoc nomen, uirtute,& hoc nomē,nomine,& inter singulare, qđ indicat unitatem essentiæ,& plurale. qđ hoc nō facit. & idem est fere in oīb.aliis uerbis hic positis.De hoc autē pro nomine,ego,cum subintelligatur,pōt dici qđ non est de substantia,sed hoc pronomē te, bn̄ est de substantia.nam expressior est demonstratio p pronomen & actum, quam si loqueretur in tertia ꝑsona,vt si diceret,ego baptizo in nomine patris,& filij & spiritusancti.& huiusmodi uerba sunt de forma uerborum,sed in forma facti secus est,uerbigratia, nā si quis bis uel ter immergat, uł ēt quater,vł pluries semp baptizatus eēt, dummō baptizare intēdat, ēt si credat unam uł trinā immersionē non sufficere,sed quatuor necessarias eē. Et hęc est rō diuersitatis, quia in forma uerbali certa uerba sunt,quæ sunt de substantia,& ēt ipsa forma est de substantia:sed in his,quæ facti sunt, nihil est de substantia,nisi ipsa tinctio aquæ:uñ ēt sine immersione,idest licet non immergatur in aqua, sed tantum sup eum proiiciat, baptizatus est.& ideo cum tantum ad solēnitatē ꝑtineat,eorū omissio non uitiat baptismū,in summa de cōsi.di.4.c.j. & 2.& c.de immersione. & eo. mō non est curandū, quot ēs immer-
6 gat;sed qcqd dicat de possibilitate,† semp tn̄ & in uerbis,& in factis exactę seruanda est forma.De his aūt,q corrumpūt uer-
7 ba formæ,dicemus.j.eo.c.ult.† Et caue tibi qa non dicimus ꝙ ecclīa infigat characterē aīę,sed solus Deus,sed ecclīa pōt facere ꝯstōnes sup baptismo,ꝙ non fit,uel ꝙ non credatur ab omnib.tamē circa baptismi collationem pōt facere constōnes,& præfigere formas,quas quia Deus ratas hēt,& quia bonæ sunt, eis infigit characterē q s̄m tales constōnes baptizati sunt. Idē facit ecclesia in matrimonio,& in aliis sacrīs,& dispēsat in toto,& iurō,& in omnibus aliis fere,nisi ꝯ fidē de quib.alias no.
8 † No.ꝙ ad hoc,ꝙ aliquis baptizatus sit,necessarium est,ꝙ baptizans intēdat baptizare, non tm̄ balneare,uel carnes,lauare, nec tn̄ vr̄ necesse quo ad effectum baptismi,qđ sciat qd sit baptismus,s.ꝙ ibi infundatur gr̄a,uel ꝙ sit sacrm̄,nec ēt oportet ꝙ credat hoc ipsum,imò & si ꝯriū credit, & totū reputat truf-
9 fam & deceptionē, tn̄ baptismus suū hēt effectū. † Itē non est necesse,ꝙ baptizans sciat quid sit ecclīa,quid baptizatus,uł unde sit nec qd gerat in mente facere quod facit ecclīa, imò si ꝯriū gereret in mente,s.non facere,quod facit ecclīa,sed tn̄ facit,quia formam seruat,nihilominus baptizatus est, dummō baptizare intēdat. unde si aliquis in casu necessitatis ꝯstitutus, vel ēt sine necessitate uadat ad Saracenū & dicat, baptiza me, & doceat eum formam, & ille Saracenus baptizet nō credens per immersionē aliquid aliud fieri,nisi madefactionem. & nō

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca

intendat eū baptizare, vel ēt madefacere, fm intentionē perētis baptismū, i. vt baptismus operet, quicqd opera i pōt, & ipse baptizans tanquā minister conferat, qđ alij baptizantes contulerunt, licet non credat ipsum posse aliquid operari, vere baptizatus est, sed si hoc non intēderet, non baptizaret, nec est necesse, ꝙ aliquid sciat quid in his ecclesia intelligat, vel ēt qđ sciat, vel
10 credat ecclesiam esse. † Sed quid si baptizatus petijt baptismū, sed baptizari non intendebat, nec aliquid ꝑ baptismū conferri? Et videtur, ꝙ non sit baptizatus, quia nunq̄ consensit baptizari sicut non est matrimoniū, vbi nō consensit, licet verba consensus exprimat. ͞j. de sponsa. tua. Sed ꝯ vř, quia nedum fraudulentus, sed ēt coactus accipit baptismū, in decre. 45. dist. de Iudæis, & furiosus, & dormiens, si prius erat in voluntate baptizandi, ͞j. eo. tit. c. maiores. So. hic, qui sic ficte accedit ad baptismum, non est baptizatus, licet propter ignorātiam eccľia cum cogat seruare legem baptizatorū. Nec obest de coacto, qa habuit voluntatem, licet coactam, sed si nunquam ꝯsensisset baptismo, licet illum verbo petiisset, idem dicimus, qđ in casu superiori. Furiosus aūt & dormiens voluntatem credūtur habe-
11 re in habitu, licet nō in actu. [† Baptizatus.] Et iō sic exacta forma seruatur de iure positiuo, quæ tñ sumpta est de euangelio, quia si formam mutare liceret de facto, in hæreses qs labi posset: tñ credimus, ꝙ ecclesia posset ex cā aliam formā statuere sicut aliqñ statutum fuit, ꝙ in nomine Christi baptizaret, de cōse. dist. 4. à quodam. sicut etiam posset statui, vt quidam dñt, ꝙ baptizaretur in nomine Patris, vel in nomine Spiritussancti, qa in expositione vnius personæ & aliæ intelliguntur, in summa de conse. dist. 5. cap penul. & fi. & de conse. dist. 3. c. fi.

CAP. II.

De quibus. [Dubium.] De facto, nam de iure non potest eē dubium. [Dubium.] Vehemēter, puta quia natus in captiuitate Saracenorum: si enim de parentibus, fidelibus, & inter fideles natus sit, prę sumitur baptizatus, infra tit. proxi. veniens.

SVMMARIVM.

1 *Tria esse dicuntur in anima pueri nondum baptizati, qua hic habes.*
2 *De peccato originali hic nonnulla pulchra referuntur.*
3 *Non est vllus compellendus fieri Christianus.*
4 *Duplex est via, qua ducit nos ad vitam.*
5 *An liceat bellum indicere infidelibus, & Saracenis.*

CAP. III.

1 **Maiores.** [Eum.] Petrū. [Quærenti.] Idest interrogāti Petrū. [Ipsum.] Christum. † [Paruulis.] In anima pueri nondum baptizati sunt tria, pronitas ad peccandum, q̄ est ex corruptione carnali, & macula, q̄ est quędam sordes aīæ, quam ꝯxit in sua infusione & ꝯmixtione carnis. & pp hāc sordem indignum est Dei conspectui p̄sentari. tertium est reatus, siue debitū pęnæ ęternæ. & magister Pet. Lombardus in sententiis vř fuisse in ea opinione, qđ prędicta pronitas ad peccandū sit peccatū originale, quæ etiam dř concupiscētia, & fomes. Sed ꝯ eū est, qa illa pronitas remanet post baptismū, & ita videretur, ꝙ ēt pactum originale remaneret post baptismum. sed rñdebat illi pronitati accessorium esse, quod esset peccatū. propter hoc fere omnes dicunt quòd peccatum originale non est fomes, nec pronitas peccati, sed quædam macula aīæ annexa fomiti, & illa macula in baptismo deletur. sed quia illa macula annexa est fomiti, ideo aliquando fomes, siue illa pronitas dř originale peccatum. Et fm hoc ītelligitur, ꝙ dicit Aug.
2 qa peccatum originale transit reatu, † sed remanet actu, quia macula quę facit hominem reum pęnæ ęternę, transit, vt de cętero rōne illius peccati originalis non sit pęnæ ęternę astrictus, sed idē peccatū originale, licet minus proprie, dř remanere actu, qa ibi remanet ꝑnitas, ex qua surgunt actuales concupiscentię. Sed dices, qūo sine vlla culpa voluntaria addiicitur pęnę ęternę? Rñ. hęc pęna est tm̄ pęna carentię. s. qa caret visione Dei, & nō est pęna actualis, & ideo nō puniunt sine volūtate peccent actuali, nisi volūtate peccēt, & malūt sic esse, q̄ nō eē. [Quem per se sortiuntur.] Idest quæ sine alterius fide, vel operatione dant remissionē peccatorū. [Sed ficti.] Idest adulti
3 non vere credentes. [Compellat A.] † Et sic nullus est, vt fiat Xp̄ianus, compellendus. nec ob. qđ seruo dř, vt ad nuptias inuitatos ꝯpellat intrare, Luc. 14. 24. q. 4. displicet, ver. repete, quia ibi intellr de compulsione facta per instātiam rationis, non ꝑ seueritatem gladij materialis, seu per violētiā tpalem, 45. di. de Iudæis, quia executio talis gladij est isti seruo. i. ordini prędicatorum, vel apľis in persona Petri à dño interdicta. 23. q. 1. §. itē cū Petro. vel dic ꝙ primo p̄cepit seruo i. ordini prædicatorum, qui magnus est in ecclesia Dei, ͞j. de hære. cum ex iniuncto, vt exiret in plateas, & vicos ciuitatis, & pauperes & debiles, cæcos, & claudos introduceret, & non compelleret ipsos intrare, postmodū ei dixit, vt exiret in vias, & sepes, & illos intrare compelleret, quos ibi inueniret, vt in præalle. c. displicet, vers. repete. habetur. innuens per hoc, ꝙ Iudæi, & similes, qui fidem non habent, non sunt gladio materiali ad fidem cogendi, sed introducendi per efficaciam rationis & legis, ut ex suis codicib. conuincant, vt in preal. c. de Iudęis. sed illi qui à gremio eccľiæ diuerterunt, vt hęretici, & schismatici, ad eā sunt redire cogēdi, cum sint de foro ecclesiæ etiam per potentiam secularem, vt hic. Nam ꝑ hoc, ꝙ dicit ipsum exire in plateas, & vicos, ciuitatis tāgit Iudęos, q tanq̄ ciues legē, ꝓphetas & eloquia certa habebant, statuta supernæ ciuitatis sciētes, quos quidē de ciuitate ad nuptias vult vocare, sine cōpulsione tñ, quia nihil ad nos de his, qui foris sunt, ͞j de diuer. gaudemus. sed ꝑ hoc, quod dicit, quod exeat in vias sepes, notat hæreticos, & schismaticos.
4 † Est. n. duplex via, quę ducit ad vitam. ͞j. de hære. cum ex iniuncto, & q̄ ducit ad mortem. ͞j. de spon. inter, & in hac sunt hęretici. Per sepes tñ designat schismaticos, q schismatici spinis inconsutilē dñi tunicā. i. eccľię vnitatē lacerant, & isti tanq̄ de foro ecclesię sunt cogendi intrare, & fidē tenere, quam in baptis-
5 mo receperunt, vt hic. † Ex his ergo apparet, Saracenis, vt fiant Christiani, bellū inducendū non esse, si tñ terras Christianorū inuasissent, vel occupatas tenerent, vel Christianos hostiliter impugnarēt, tunc tā per eccľiam, q̄ a principe cuiuscūq; terrę, cui uel subditis dāna, vel iniurię inferunt, pōt eis iustū bellum indici. 23. q. 8. dispar. sed si Saraceni tributū consuetum denegant reddere principi Christiano, & si tūc ille princeps eis iustū bellum indicit nō tñ ꝑ ecclesiā id fieri debet, si nec terrā Christianorū suis sordib. fœdant, nec ipsorū p̄sonas impugnant, Illis tñ Saracenis, q terrā sanctam detinent, vel impugnant, nō solū ꝑ ecclesiā, sed ꝑ quemlibet principē Christianū pōt bellum indici qa in omnium ferē iniuriā, qđ in nostri Saluatoris cōmittit. C. de hęre. Manichęos. Qui vero vere pęnitētes sunt, si occubuerunt in talibus bellis, prętor quam in illo, quod est pro tributo negato, ad petriam euolant. 23. q. 7. omni. B.

SVMMARIVM.

Baptizatus ut quis sit, oportet quod alius baptizans spergat, & non sufficit seipsum balneare.

CAP. IIII.

Debitum, & infra. [Seipsū immersit.] Oportet. n. ad hoc, ut sit baptizatus ꝙ alius baptizans immergat, nec sufficit si ipse immergat, & alius verba apta dicat, qa q nō immergit, pōt p̄ dicere, ego te baptizo. ͞s. e. c. j. sed si nō īmergat, nec ēt eū tāgat, sed aq̄ sup eū spargat, dummō totū balneet, vel maiorē partē, uel solum caput corporis, sufficit, ar. ff. de reli. & sump. fu. l. cū in diuersis. Alij dicunt, & forte melius, ꝙ ēt si modica stilla aquę proiectæ à baptizante eum tangat, baptizatus est, & satis hoc videtur consonare iuri & æquitati, licet primum sit tutius.

SVMMARIVM.

1 *Verbalis forma in baptismo est necessaria. & in nu. 2. & 3.*
4 *Quamuis intentio baptizantis impediat sacramentum, non tamen patrinorum intentio unquam impedit.*

CAP. VI.

Licet. [Gręcos.] i. diuersas rōnes ꝯsiderando baptizare dubitasti, & distulisti si. n. introducere intenderet errorē, puta quia noīe patris intēderet inuocare virtutē diabo-
1 li. & p̄ris carnalis, uel aliquid hmōi, non esset baptizatus. † Et idem dicerem, si expresse diceret verba Ramanæ ecclesię, sed dices idem, si dixisset in noīe parietis, tecti, & fundi, cum ꝑ hęc tria intendat inuocare virtutem p̄ris, & filij, & spūsanti. Rñd. non est baptizatus, quia ad minus oportet eum aliquas principales syllabas retinere, ut saltem si non bñ tñ aliqualiliter exprimere videatur noīa p̄sonarū. Sed idē dicendū vř, si diceret,
2 in noīe p̄ris & filio & Spūs sancto. † Quid si esset Latinus, q baptizaret, sed illiteratus? Rñ. idē, qđ de Greco, imo plus vř, ꝙ ēt si esset bonus clericus, & sic baptizaret, tamē uere baptizatus oēt, tamē superior vehemēter p̄sumet ꝯ eū, ꝙ uoluit ītroduce-
3 re errorē, nisi certis indiciis ꝯriū ꝯstet. † Sed dices, hęc nō est forma, ergo nō est baptizatus. Respon. forma verbalis ex toto nō est, sed est quasi forma, uř iuxta formā uerborū, & insup ēt forma intellectualis integra qa in noīe earūdē p̄sonarū ītelligitur baptizare, sicut ille qui uerbalr plene formā exprimit, & si aūt diceres oporteret dicere, ꝙ mř, q̄ baptizat filiū ī necessitate, nō possit ī sua lingua neq; vulgari neq; Latina, s. vt sacrm baptis-
4 mi accipiant, sed ut sani sint. † Et no. ꝙ licet intētio baptizātis & baptizati impediat sacrm, ut alias no. ͞s. eo. c. j. tamē intentio patrinorum nunquam impedit. Sed ēt hic pōt dici, quod & si baptizans & baptizatus non crederent in baptismo aliquid cōferri, nisi sanitatem, dummodo baptizare intenderent, bene esset baptizatus. Sed quid si non intenderent aliud per lauationem conferri nisi sanitatem? & tunc idem dicerem, quia baptizare intendunt, licet malā credulitatē & intētionem hēant de viribus

viribus baptismi. sed si non intenderent conferre baptismum, sed quandā medicinam facere ꝯ infirmitatē, sed verba formæ exprimerent, tamen non crederem eum baptizatum.

De presbytero non baptizato. Rub. 43.

SVMMARIVM.

Ordinum inferiorum nullum habens, si quis in sacerdotem ordinetur, an accipiat ordinem.

CAP. I.

Si quis presbyter. [Baptizatū.] Si aūt aliquis nullū inferiorū ordinū hñs ordinet in sacerdotē, dicūt aliq eum non accipere ordinē. ar. 40. dis. sicut. Sed ꝯriū vř verius, ar qa a principio tpe apľorū nō erāt minores ordines. ecclesia. n. eos primo ꝯstituit. 21. di. §. j. & tñ ipsi apostoli sacerdotes fuerunt. 20. di. in nouo. Sed posset rñderi ecclesiā cōstituisse minores ordines anteq̄ aliqs apostolus ordinaret, & hoc ēt sonare vř illa lřa. [Ordinet.] Cū. n. baptismus sit ianua omnium sacrorū. 32. di. §. verū, sine baptismo non recipit characterem.

CAP. II.

Apostolicam sedem. [Deo offerri.] Fuit. n. baptizatus baptismo fluminis. ͞s. tit. proxi.

CAP. III.

Veniens ad apostolicam sedem. [Quod ambigitur.] Etiam de iure.

De custodia Eucharistiæ, & aliorum sacramentorum. Rub. 44.

SVMMARIVM.

Sacramenti si quid in terram, in linteū, ceciderit, vel euomerit sacerdos, vel mus comederit, quid faciendum.

CAP. I.

Statuimus. Quid debeat fieri, si de sacrificio, vel sacro aliqd ceciderit in terrā, vel in linteū, vel si quis illud euomuerit, vel si mus illud comederit, habes de conse. di. 2. si per negligentiam, & c. seq. & c. qui bene.

De reliquijs, & veneratione sancto. Rub. 45.

SVMMARIVM.

1 *Canonizare quid sit, & quando fiat, & de quo fiat, & a quo fieri debeat, in nu. 2. & quid consequatur ecclesia per huiusmodi canonizationem nume. 3.*
4 *Etiam si ecclesia erraret, tamen preces bona fide porrectas Deus acceptaret.*

CAP. I.

1 **Audiuimus, quòd quidam.** Venerandi sunt oēs sancti canonizati. † Canonizare sanctos est canonice & rľr statuere, ꝙ aliqs sanctus honoret pro sancto, puta solenne officiū pro eo facere, sicut fit ꝑ aliis sanctis, q sunt eiusdē ꝯdōnis, ut si canonizet ꝯfessor, fiat ꝑ eo officiū ꝯfessorū, & si martyr, fiat ꝑ eo officiū martyrū, & sic de aliis. Et fit rľr hæc canonizatio, qñ ꝑ probationes ꝯstat de fide & excellentia vitę, & miraculis eius, q petit canonizari, ͞s. de testi. venerabili. Et oportet tantā esse excellētiā vitæ, & talia esse miracula, q̄ sint vltra vires & potentiā naturæ. Itē nō dēt esse vnica tm̄ excellētia vitæ, imo oportet eē multas & ꝯtinuas, vt hēs in Ecclesiasti. 45. vbi dř, Laudemus viros gloriosos & parentes nostros in generatione sua, multā gloriā fecit Dñs sua magnificētia ī seculo. Per hoc ꝙ dicit, laudemus viros gloriosos, ostendit ꝙ canonizati erant, qa aliter non mandaret ecclesiæ, ꝙ eos laudaret. Per hoc qđ dicit, parentes nřos, ostendit, ꝙ nullus canonizandus est, nisi fidē habeat. soli. n. parentes eius erant Iudæi, & penes quos solos erat fides, canonizandi erant. Per hoc aūt, qđ sequit, multā gloriā fecit Dñs, supple cū eis. apparet, ꝙ nō sufficit, ꝙ in uno fuerit gloriosus, vel semel tm̄: sed ꝙ in multis, & multotiens, imo ꝙ ꝯtinue eius vita fuerit gloriosa. Per hoc, qđ dicit, sua magnificētia, i. sua magna potētia, ostēdit, ꝙ excellētia vitę & miracula talia esse debent, q̄ excedant vires & potētias naturales. non sufficiūt miracula sine vitæ excellentia, cū magi Pharaonis multa fecerint, q̄ supra naturā eē vĥr. & in euāgelio legit, qa multi dicturi sunt, nōne in noīe tuo dęmonia eiicimus &c. & tñ Dñs rñdebit eis, non noui vos. vitā tñ sine miraculis crederē sufficere quo ad virtutē, tñ eccľia nō dēt tales canonizare ꝑꝑ hoc: qa in secreto potuerūt laxiorē ui-
2 tam ducere. † Solus aūt Papa pōt sanctos canonizare, qđ ex eo apparet, qa cū ꝯstituat oīb. fidelib. adorandū, Alias, ad ordinandū. & nullus oīb. p̄sit nisi Papa, apparet, ꝙ solus Papa hoc pōt. Nec valet, si dicas, ꝙ saltē cuiq; dēt esse licitū, ꝙ in sua diœcesi faciat, qa oro eis facta dēt esse cōis, & eccľia, vbi dēt venerari, dēt esse cōis. Itē ꝑ hoc incideremus in illā reprehēsionē, qua qdā reprehēsi sunt ab apľo, q dicebant, Ego sum Petri, ego Pauli.
3 † Per hāc aūt canonizationē ꝯsequit ꝙ eccľia solēniter dicit officiū ꝑ eo, sicut ꝑ sancto, & in litaniis in numero sanctorū licite enumeret: vt in supradicto capitulo Ecclesiastici legit, Sapiētiā sanctorū narrēt populi, & laudē eorū annūciet eccľia. Ex p̄dictis apparet, ꝙ pueri baptizati & incontinēti mortui nō sūt canonizandi: qa nec multam gloriam fecit eū eis Dñs sua magnificentia, speciale tñ est in innocentib. qui uice Christi mor-
4 tui sunt. † Itē dicimus, ꝙ ēt si ecclesia erraret, ꝙ non est credendū, tamen preces ꝑ talē bona fide porrectas Deus acceptaret, ar. 32. dis. §. verū. 15. q. fi. c. fi. Itē nō negamus, qn cuilibet liceat alicui defuncto, quem credebat bonū virū, porrigere preces, ut pro eo intercedat ad Deum: quia Deus fidē eorum attēdit, nō tamē pro eis licet facere officium solenne, vel preces solēnes.

De obseruatione ieiuniorum. Rub. 46.

SVMMARIVM.

1 *Ieiunium quid sit, & unde dicatur.*
2 *Quotuplex sit ieiunium.*
3 *Ieiuniorum quædam dicuntur generaliter, quædam specialiter indicta.*
4 *Qualiter dicatur quis soluere ieiunium, & in nu. 5. 6. & 7.*

CAP. I.

1 **Ex parte vestra.** † Ieiuniū est parsimonia victus, & abstinentia ciborū. Et dř ieiuniū a quodā intestino, qđ vocatur ieiunū, qđ semp est vacuū & subtile, & ieiuniū
2 sine medio viscera vacua & exinanita dimittit. † Et est triplex ieiuniū. Primū est cuiuslibet diei, & cuiuslibet rei edibilis abstinentia fm propriā voluntatē, & nō fm aliqđ statutū vel scriptū, vel ꝯsuetudinariū. & fm hoc. ēt si quater in die comedat, & abundāter, tñ si ab aliquo cibo placito abstineat, dř facere ieiuniū. i. cibi abstinentiā. Secundū ieiuniū est, qñ qs abstineat a cibis humectantib. vt si tm̄ comedat sicca, ut panē, & nuces, & poma, nō carnes, nō pisces, nō olera. & hoc ieiuniū dř xerophagia, a xerō qđ est siccū, & phagin qđ est comedere. Tertiū ieiuniū est abstinentia victus fm ordinationē ecclesiæ siue scripto siue consuetudine approbatam. hoc ieiunium est necessarium omnib. sanæ mentis & doli capacibus potētib. ieiunare, cū ipsi peccare possint, & peccata deflere. ͞j. de deli. pue. c. 1. dispensatiue tñ cum impuberib. & ēt in maiori ætate poterit dispēsari, vt ab indictis ieiuniis absoluant. & idē dicimus in senibus, sicut & infirmis, & debilibus. Mulieres. n. ꝑꝑ prohibitionē virorum indicta ieiunia non debent dimittere, licet votiua uoluntaria dimittere debeant, 33. q. vlti. manifestū, licet cum his forte ꝑꝑ scandalū vitandū posset sacerdos dispensare etiā in indictis: nā ꝑꝑ scādalū uitādū lītima est dispēsatio 50. dist. ut ꝯstitueret. ͞j. de cle. excō. mi. latores. non credimus, ꝙ ista ieiunia possint redimi pecunia, vel alio mō, nisi cā, vel necessitas in ieiunante subsit. Voluntaria aūt ieiunia ēt sine cā, q̄ in ieiunante subsit, dummō sit alias vtile, redimi p̄nt auctoritate superioris. 82. di. c. fi. Sunt aūt ieiunia indicta & necessaria quatuor tēporum, q̄ a veterib. initiū habuere. 76. di. c. ieiuniū. Itē in vigiliis natiuitatū Dñi, & btī Ioannis. Itē in vigilia oīum sanctorū. Itē in vigilia assumptionis. Itē in uigilia beati Laurētii. Itē in quadragesima. Itē in sexta feria p̄ter exceptuatas, q̄ sunt post Pascha, ēt si natiuitas Dñi in ea venire ꝯtingat, ͞j. eo. c. fi. 76. di. non aūt. Dicunt tñ qdā & nō male, ꝙ hoc nō est ieiuniū necessitatis, qa si esset, nō liceret Cistercien. illud mutare nisi quo ad carnes. Voluntaria, aūt ieiunia sunt, ad q̄ aliqui uoto, vel ꝓposito se astringunt, vel ēt q̄ sacerdos p̄ter indicta ꝑꝑ magnitudinē peccati imponit, 82. dis. c. fi. & hoc licet cōmutare & redimere, ēt si nulla causa subsit in ieiunante, dummodo vtilior sit compēsatio, ar.
3 ͞s. de uo. & uo. redemp. c. j. † Item no. ꝙ inter indicta ieiunia q̄dam sunt indicta generaliter, ut p̄dicta: alia spāliter, ut ieiuniū aduentus, qđ nec in omnib prouinciis celebrat, nec ab omnib. illius prouinciæ fit, ͞j. eo. c. 2. tale etiā erat, qđ matronæ Romæ ꝯsuēuerant ieiunare in Sabbato. 11. d. illa. Itē no. ꝙ licet ieiunia indicta nō debeant cōmutari vel redimi sine cā, tñ ea possunt mutari, sicut ieiunium festi, quod est die Lunæ, fit in sabbato. Et dř, ꝙ in quibusdam locis Franciæ, s. vbi sunt ecclesiæ sancti Quintini, nō ieiunat in vigilia oīum sanctorū, sed tertia p̄cedēti die. Itē circa hæc indicta ieiunia credimus posse statui, ꝙ bis, sed parū comedat in die, sicut etiā faciūt Cistercien. q ad remouendum scandalū, & charitatem ꝯseruādā statuerūt, ꝙ illi qui faciunt aliquid, aliquid prægustent, nec soluūt ieiuniū ab ecclesia indictum. Item ex causa liceret statuere, quod etiā cibis qua-

Universidad de Deusto Biblioteca

4 gragesimalibus nō vterent̃,j̃.eo.c.2.§.cū aūt.†Item credimus, ꝙ si carnib.vtat̃ qs in ieiunio indicto,soluit ieiunium , & eodē mō,si plus q̄ semel comedat,nisi ubi aliter est ex cā statutū, sicut est in Cistercien.tñ & hoc ea rōne dicimus, qa sic vsu ieiunantiū approbatū est.sed si alias vel horā anticipat,vel latius capiat,vel si belluas marinas comedat,vel si nimis ardēter comedat,nō credimus,ꝙ pp hoc soluat̃ ieiuniū,sed in his & aliis excessib cū peccare credimus,& sic intelligit̃ de ɔse.di.j.solent, & di.5.qcunq;.Itē licet ieiuniū sit abstinētia victus, tñ credimus eū ieiunare,q in p̄dictis ɔsuetudinē obseruat, licet ad ingurgitationē comedat,& qcquid sibi placet qa in ieiunio nō tñ abstinentia attendit̃,sed ɔsuetudo ecclesiæ . Alii tñ dicunt nunq̄
5 esse ieiunium,nisi & ibi sit victus abstinētia. †Itē nō credimus solui ieiunium indictū,si qs comedat in ieiuniis indictis, nisi in quadragesima,oua & caseum,sed tñ peccat, & sic intelligit̃ di. 4.deniq;.alii tñ ɔ̄dicunt.Credimus tñ,ꝙ ex cā in aliquib. prouinciis possit prouideri,ꝙ & his vtant̃ sine peccato , cū hæc tñ ex ɔstōnib.& obseruationib.hominū processerint. Electuariis aūt delicatis nō credimus qđ aliter liceat vti, nisi sicut alio ci-
6 bo delicato.†Medicinā aūt ꝓ remouenda infirmitate vel fugienda accipere licet sine peccato in die ieiunii, sed pro ɔseruāda sanitate tñ vbi nō est signū infirmitatis,nō credo.Alii tñ dicunt,ꝙ ꝓ nulla medicina,nec pro electuariis soluet̃ ieiunium.
7 †Pro potu aūt vel ante cibū , vel post cibū nō credimus solui ieiuniū,sicut videmus ɔstitutū esse in ɔsuetudine ecclesiæ ieiunantis.Senescalcos,vel portātes enxenia , vel quoscunq; alios seruiētes p̄gustantes cibos ante dn̄os timētes de toxico nō credimus soluere ieiuniū,& idē credimus de medicis prægustātibus medicinas,& ĩ his casib.credimus,ꝙ monachis licet p̄gustare carnes,& hoc dicimus pp gn̄alē ɔsuetudinē,quæ sic obtinet.

De purificatione post partum. Rub. 47.

Volens. Et infra.

De ecclesiis ædificandis,vel præparandis. Rubrica 48.

SVMMARIVM.

Decimæ quibus casibus laicis concedantur.

CAP. II.

CVm dicat Apostolus,& infr. [Tot]Et tam diuites, & ideo bene sequit̃,ꝙ ecclesia &c.[Construere.]Et de suis facultatib.[Gaudere.] Idest necessaria proprio presbytero ministrare. [Permittantur.] Idest episcopus ɔcedat licentiam eis ipsi aūt auctoritate canonis facere nō poterant,sed cū superiore agent,ut cogant̃. [Tribuere.]No.decimas laicis ɔcedi tanquā pauperib.& quia est religiosum collegium & licitum , & ob hoc videtur approbatū.

SVMMARIVM.

Patroni plures in una ecclesia esse pn̄t ex dotatione , & ex fundatione.

CAP. III.

Ad audiētiam nostram.[Sine magna.] 93.di. cum longe.ff.de iudi.si locus.ff.de exceptio.si cū dies.§.si arbiter.de ɔse. di.j.si qs extra.18.di.qm̄ qdem.[Prouentus.]Spūales nō.n.credimus,ꝙ eis dare dēret campos,vel alia bona, quę h̄ret in ipsa villa.[Fundatoris.]Et ambo sunt patroni,matrix eccl̃ia pp dotē qa de redditib.eius dotat eccl̃ia fundatoris pp fundationē,& qa pro parte dotat,vnde est,ꝙ ex dotatione pn̄t plures esse patroni,& similiter ex fundatione.[Honor.] Scilicet annuus cēsus,q debet̃.vel faciat scrutiniū baptismi.s̃.de cap. mo.di le.de ma.& ob.his. & ꝙ alia iura parochialia soluat in decimis & aliis,q̄ de iure,vel ɔsuetudine debent̃ capellæ matrici eccl̃iæ: & hæc rōne parochiæ nō iuris pa. debent̃. [Honor.] Matrices ecclesiæ in aliis ecclesiis intra suā parochiā ɔstitutis aliq̄n h̄r t certum ius statutū,vt hic.& s̃.de ɔsue.cū dile.aliq̄n cōsuetudinariū terræ,vel ꝓuinciæ,ut in urbe baptismum, seru.& capitulum.sup.de cap.mo.dile.plebibus aūt,& maxime parochialib. ecclesiis hoc maximè conceditur,cum habeant curam clericorum,& laicorum in eadem parochia constitutorum.s̃.de offi. archipresb.vt singulæ.quamuis in omnibus his præualere debeat consuetudo,ut no.sup.de off.ordi.c.j.

CAP. IIII.

De his prælatis.[Et institutionem.]Ad fundandū eccl̃ias de nouo , si forte populus crescat,ut j̃ c.proxi.j̃.c.ult.[Cogi.]Si percipiunt quartam fabricæ.10.q.j decernimus,& q.3.vnio.[& si illa non sufficit, de bonis propriis conferre debent.12.q.3.Pontifices.

SVMMARIVM.

Seruitus futuræ rei constitui non potest,sed valet obligatio, vt facto ædificio constituatur.

CAP. V.

Ad audientiam nostram.[Priuile.]ff.de iure codi. quidam referunt.§.j.ff.de ser.vr.præd.si seruitus.§ ult.ar.ɔ̄ ff si ser. ven.l.vlt.ff.de ser.vrb.prædio.Labeo.So.futuræ rei non pōt cōstitui seruitus,sed potest quis se obligare,ut facto ædificato cōstituat.ff.fami.herc.hæredes.§.an ea. vel ideo Papa non concedit priuilegium futuræ ecclesiæ:quia non subito,sed cum deliberatione concedi debet.23.di.communis.

De immu. eccle. cęmiterij , & rerum ad eas pertinentium. Rubri. 49.

¶Ecclesiæ dicuntur immunes,idest extra munia,idest officia vel munera.

SVMMARIVM.

1 *Consuetudo onerosa ecclesiis non prodest.*
2 *Licet unicuique ius suum,& possessionē defendere.& uim ui repellere.*

CAP. I.

ET in domibus ecclesiarum.
1 [Consuetudine.]†Consuetudo n.in his casib.non prodest,cū esset onerosa ecclesiis.sup.de cōsue.c.j. Sed si aliquis vel ecclesiastica,vel secularis persona pro recognitione beneficiorū suorū reseruasset sibi aliqđ hospitiū in aliqua eccl̃ia,
2 illud,bene debetur.18.q.vlt.Eleutherius. † Sed quid si negaret hospitiū,pōt ne sua auctoritate intrare domū , & necessaria in hospitio recipere,ēt violēter,cū ius h̄eat hoc recipiendi, & ēt sit in quasi possessione? vr̃ ꝙ sic,qa licet cuiq; ius suum, & possessionē defendere,& uim ui repellere.C.vn̄ vi.l.j.s̃. de restitu. spo.olim.& vr̃,ꝙ sibi licet domū ecclesiæ frangere ad hospitādū,ar.ff.qđ vi aut clā,l.fi.§.si ad. C. qđ cū eo , si seruus. ff.si ser. ven.si eo loco.ff.ad l.Aquil.quēadmodū.§.1.& 2.& hoc quidā dixerunt.sed nobis vr̃,ꝙ nulli laico,vel ēt clerico licet violenter rūpere domos ecclesiæ rōne alicuius iuris sibi debiri, cū oīa bona ecclesiarū sint sancta sanctorū,& dn̄o cōsecrata , & in eis sacrilegium cōmittatur.12.q.2.nulli li.quicunq;,& c.seq.eadē ēt loca immunitate gaudent,ut hic.27.q.4.id cōstituimus. 11. q.1.necessaria.Itē alia rōne dicendū est,ꝙ non pōt violēter tollere necessaria in hospitio,& uiolenter ingredi domum,quia in prædicto casu nulla domus,neque aliqua res deberet hanc seruitutē,vel ēt sunt ad hoc obligatæ,sed tñ eccl̃a est ad hoc obligata:& personalis actio,nō realis ɔ̄ ecclesiam competit: fatemur tñ,ꝙ ep̄s vel alius,qui h̄ret iurisdōnem in aliqua ecclesia, si alius ipsam ecclesiam inique intraret,habens iurisdōnē posset violenter rumpere domū,& violētū expellere.& sic loquit̃ decre.de resti.spo.olim.& idē ēt vr̃,si iurisdōnē nō h̄et,sed h̄et ius in ecclesia quasi prælatus, vel possessionem tñ ea rōne, qa cuique licet possessionē suam defendere,ut in prealle.decre.olim.Sed ɔ̄riū dicerē in canonico, q nō possidet ecclesiam , sed canonicatū in ecclesia.nā huic nō credo licere per violentiam rumpendo ostia intrare domos ecclesiæ:quia eas nō possidet, vnde non licet sibi ius dicere,ar.ff.quod me.cau.extat. C. vnde vi.si qs in:& idē & eadē rōne credimus de illo , cui subiecta est eccl̃ia,puta de abbate,ꝙ non pōt ꝑ violentiā rumpere domos capellæ sibi subiectæ.qa eam nō possidet, licet in ea habeat ius subiectionis,ar.ff.ad l. Aquil.quemadmodū.§ 1.& 2.credimus tñ,ꝙ si canonico deputata esset aliqua domus ꝓ sua habitatione & alius inuaderet,ꝙ incontinenti possit irruere in camerā, & cum expellere ea rōne,qa sibi licet suam possessionē defendere,& uim ui repellere,ut in iuribus præal. itē qa in cameram sibi deputatā irrumpit,& qa nō facit iniuriam ecclesiæ. Itē credimus,ꝙ si aliqs opponeret se canonico,vel abbati, vel alii ad vtendum iure suo,qđ h̄et in aliqua eccl̃ia, ꝙ pōt per violentiā illū expellere,licet nō possit domū,vel ostia,vel sepē simpliciter rumpere.Rō diuersitatis est,qa q̄n eiicio personā mihi ɔ̄dicētē,videor vti possessione mea,qđ licet,& vim vi repello. sed vbi intro violenter possessionē rumpendo ostia,vel sepē, tunc dico mihi ius,quod nō licet nisi in sp̄alibus casib. q notant̃ C. q̄n licet sine iudi.se vin.ꝑ totum,cū suis cōcor.Et idē , qđ dicit de eccl̃ia,& domibus eccl̃iarum,dicimus in rebus profanis:nā si quis dicit se habere seruitutem in fundō alterius,& est etiam in possessione,si fiat murus vel sepes,quo minus vtatur seruitute,non potest illum rumpere , sed se impedientes potest expellere,ar.contra,omnibus supradictis,ff.de vsufru.l.3. in prin. vbi videtur,ꝙ pro usufructu inducitur in possessionē fundi vsufructuarii:vnde videretur,quod sicut dn̄s proprietatis posset rumpere murum,qui super suo fieret,sic & vsufructuarius, & alii,qui sunt in possessione aliquorū iurium. sed respondeo iō licere proprietario rumpere domum,quia cessit solo,& per cōsequens domino.sed secus in vsufructuario.C.de rei vēdi. l.2. de hoc tamen constat,ꝙ qui habet ius in re, agere potest,ut remoueatur murus.ff.si ser.vend.si eo loco,& l.j.Alii tamen contradicunt prædictis.[Hospitium.]Ex debito.C.de epi.l.j.gratuitum autem debet.42.di.§.j.& c.j.

CAP. II.

Peruenit.& infra.[Nomen.]Quasi non excusetur aliquis ꝑ hoc,ꝙ sit meus homo,vel alterius ecclesiæ,nec ꝑ hoc probatur , ꝙ hoīes ecclesiarum subeant angaria,vel perangaria,cum illa ciuitas sit Archiep̄i,vt j̃.eo.non minus.Itē hoc habet locum & est speciale, vbi timor est communis & subitus & improuisus.

CAP. III.

Indicatum.& infra.[Rustici.] Hoc intelligo de astrictis glebæ. C. de agri.& censi.cum satis,ver.omnis omnino.

SVMMARIVM.

1 *Clerici dicuntur immunes esse ab omni exactione secularium personarum,& in nu.5.& 6.*
2 *Ecclesia non subit sordida munera.*
3 *Quotuplicia sunt onera.*
4 *In aduentu Principis speciale est vt angaria, vel perangaria præstet ecclesia,& vide in nu.7.& 8.*

CAP. IIII.

Non minus.& infra.[Tallia.]Tallias & collectas imponi. [Prohi-
1 bemus.]†No.sacerdotes & clericos immunes esse ab omni exactione secularium personarum.23.q.vlt.ɔuenior. ver. quamuis.C.de sacrosan.eccl.placet.& l.administrationē,11.q.1.si tributū,16.q.1.§.nouarum.11.q.1.sacerdotib.arg.ɔ̄,23.q.8. tributū,11.q.1.magnū.s̃.de cēsib.c.1.C.de epi. de his.ff.de publica. Imperatot.Sol.q̄ vsib.ecclesiasticis dedicantur quo ad fundationē,vel ortū,vel mansum,vel dotē ecclesiæ,immunes sunt,
2 cætera cū suo onere transeunt,s̃.de cēsi.c.1.†Vlti.no. sordida munera,sicut calcis coquendæ,arenæ fodiēdæ nunq̄ subit ecclesia.C.de sacros.eccl.placet.sed nec hospitia superindicta,siue alia munera extraordinaria,vt C.de epi.& cle.l.2.16.q. 1.§. nouarū,& l.iuxta sanctionem. multa aūt sordida munera ha-
3 bes.ff.de mune.l.munerū,vsq; ad §.patrimoniorū. † [Onera.] Alia sunt ordinaria alia extraordinaria,& quidē ordinaria , siue sint angaria hæc alio noīe dn̄r munera personalia, s.q̄ operib.cū labore & oī solicitudine personali principaliter existūt, sumptib. tñ alienis.ff.de mune.l.j.& l.munerū, vsq; ad §.patrimoniorū.angaria q̄ ɔsistunt in exhibitione operæ,siue perangaria,hæc dn̄r mixta.ff.de mune.munerū.§.mixta. perangaria,q̄ ɔsistunt in exhibitione operæ cum sumptu,vel periculo ministrantis,hæc nō subit ecclesia.C.de ep̄s.l.j.& l.2.& l. p̄sbyteros. C.de sacros.eccl.neminē.Sed solue,quia ibi non dicit ecclesiā subire angaria,vel perangaria,sed neminē dicit excusari , ēt si possessiones pertineant ad ecclesiam,quod intelligo quod rustici & coloni possessionū eccl̃iæ non excusantur in aduentu Principis,clerici tamen excusantur,cū tamen alias serui & coloni eccl̃iarū angariis vel perangariis non fatigentur,12.q.2.ec-
4 clesiarū.C.de epis.oēs.†Vel dic speciale esse in aduentu Principis,ut angaria, vel perangaria p̄stet ecclesia , dummō ad sordida munera non cogatur,& ēt fortè alias si ecclesia possessiones habeat,rōne quarū debeat personale munus , vel patrimoniale,puta exercitū,vel legationē , vel aliquid simile , illa p̄stabit, 18 dist.si quis me.23.q.8.si nobis,sæpe.sed certè nec tunc prædicta subit tanquā munera,sed quia ex pacto,vel alias ad ea p̄-
5 standa obligata est,si tamen sint honesta & ordinaria. † Itē ab his ēt intelliguntur exēptæ ecclesię quo ad dotem,& quędam alia,vt diximus in gl.q̄ incipit,no.sacerdotes. & hæc propriè dicuntur patrimonialia , & rerū , q̄ alio nomine dn̄r patrimonialia.q.s principaliter & in sumptu ɔsistunt,& periculo ministrātis.ff.de mune.l.1.§.patrimoniale.& l.munerū.§. patrimoniorū.ea bene subit eccl̃ia,nisi sint superindicta.C.de epis.oēs, 11. q.1.si tributū.ff.de mune.munerū.C.de indictionib.l.j.C.de exact.tri.l.si diuina & de mune.professio,&c.l. vlti. & ab his supindictis intelligo immunes clericos & uxores,& liberos, 16.q. 1.§.nouarū.C.de epi.oēs,nisi sit necessitas,sup.eo.peruenit.sed nec tūc,si sunt decimæ,vel oblationes,vel alia sp̄ualia,vel mā-
6 sus ecclesiæ,s.in quo fundata est eccl̃ia.†Vel ut quidam dicūt, de quo dotata est ex 20.23.q.ulti.sup ea.sup.de censib.sanctū.& si fundus prius erat tributarius,redimetur,sed tributū non soluet 14.q.6 cōperimus.extraordinaria autem quæ respiciūt ad pietatem,subit eccl̃ia. C.de epis.& cle.administrationem.& sic potest intelligi sup.eo.peruenit.quamuis ad ea non sint per secularem iudicē cogendi,sed per ecclesiasticū , de cuius foro sunt personæ,licet res sint de foro laici,s̃.de foro cōpe. si diligenti.
7 †Extraordinaria aūt,q̄ tñ respiciunt publicā utilitatē,non subit ecclesia,nisi in aduētu principis & felicis sobolis. Alias, felicis embolæ.& probant̃ hæc cū superiorib.C.de sacrosan.eccl.placet.iubemus nullam neminem.Itē à lucratiuorū inscriptionib.
8 sunt libere ecclesiæ.24.q.8.sancimus.†Et ꝙ eccl̃ia,vt dictū est, non cogit̃ subire munera a Principe seculari,& pro suis negociis,sed eccl̃ia pro suis negociis,& pro miserabilib. personis, & ēt pro Principib.vel necessitatib.natiuitatū cogit̃, s̃.de cēsi. cū Apostolis,j̃.eo.aduersus,s̃.de off dele.pastoralis.77.di.c.2. 88. di.c.j.[Et clerus.]Est ēt necessaria auctoritas Papæ.j̃. eo. aduersus.[Excommunicationi.]No.prædictos ipso iure excōicatos.

CAP. V.

Cum ecclesia Dei.[Causas.]Idē est.n. in causis ciuilib. sed secus in ecclesiasticis.2.q.2.præceptum.[Refugii.]Non debent incastellari ad offensiones alicuius,41.di.c.vlt.10.q.1.c.penul. sed ad hoc, vt ibi fugiant & defendantur Christiani,vel alias boni a malis, satis licitè credo posse incastellari, a cum & alias ingruente necessitate possunt ibidem hospitari,42.di.nulli.

ADDITIO.

a ¶Incastellari.Adde Io.An.hic,& Pet.de Anch.qui refert in consi.99.incip.super dicto dubio,col.1.in fi.

SVMMARIVM.

Fugientes in ecclesia nondum consecrata,& in palatio episcopi , an tuti sint.

CAP. VI.

Inter alia.& infra.[Sacrorum.]17.q.4. diffiniuit.ɔstituit,reum , ad ecclesiam venien.[Legum.]C.de his,qui ad eccle.cōfu.præses. [Ad ecclesiam.]Non cōsecratam,dūmodo auctoritate episcopi sit ædificata,cum in non consecrata fiant diuina officia, j̃.c.penu. arg.s̃.c.proxi.j̃.de consec. eccle. c. fi. & maximè cum hoc habeat consuetudo,quæ quia pia est ,obseruāda est, j̃.de simo. ad app.j̃.de cogna.spi.super eo.Itē idem dicūt quidam in palatio ep̄i,17.q.4.id sed alii,qui dicunt ɔ̄,illud intelligunt, cū palatiū episcopi est intra fines designatos eccl̃iæ,41.di.episcopus.idē in Iudæo.C.de his q ad eccle.ɔfu.l.1.[Ad pęnā corporalē.]i.sanguinis effusionē.posset tamen in monasterium detrudi ad pęnitentiā agēdam arg. 50.di.si episcopus.C.de adul.auct. sed nouo.[Ad pęnā.]17.q.4.id ɔstituimus [Membra.]i.promissionē de vita,& membris saluandis,& si necesse fuerit iuramentum, & ēt maiores cautiones,s̃.de resti.spo.literas. Puniendus pecuniariter:vel alias præter pęnam sanguinis,17.q.4.reum,id constituimus:sed nunquā in carcere mittendus.[Nisi.]Lex plures excipit personas,in Auct.de man.princ. §.ꝙ si fidelis,sed illud non admitto.[Nisi.]23.q.5.cum homo.C.quando li. vni.sine iu.l.1.[Nocturnus.]i.sic dictus,quia in nocte segetes destruit, dū ibi se abscondit, vel latet,vel ꝓpter homicidia,vel rapinas, quas facit in strata,cōburit & destruit agros eorū, q eis non seruiunt [Qui.]Hic uult dicere,quod duo prædicta genera hominū,si in stratis publicis per insidias aggressi fuerit aliquem, ꝙ non gaudent immunitate,quasi si non in stratis publicis hoc facerent,immunitate gauderent,quamuis posset dici, ꝙ quicunque insidiosè offendit,hoc priuilegio non gaudet, quia non debet gaudere priuilegio,qui committit in legē, j̃.de vsu.quia.si autem nō insidiosè facit,puta ex impetu,vel casu fortuito,semper immunitate gaudet.Sed dices,quare ergo decre.fecit mentionem de his duobus generibus hominum ? Respon. quia de his semper præsumitur,ꝙ insidiose fecerint. Idem ēt pōt dici de eo,qui in ecclesia aliquē occiderit,quia non debet ab eccl̃ia defendi,qui ecclesiā violat,arg.12.q.2.de viro, s̃.de appe.an sit, j̃.de vsur.quia alii tñ ɔ̄rium dicunt , sed dic consuetudinem in his q̄ pia sunt,seruandā.dic ut c.fi.j̃.e.tit.[Canonicas.]17.q.4. sicut,metuentes,id consti.[Cōpellitur.]18.q.4.diffiniuit, metuentes,reum.C.de his,qui ad eccle.confu.si seruus.

SVMMARIVM.

Prædecessor si excommunicatus fuit,an & quibus casibus successor eandem incurrat excommunicationem.

CAP. VII.

Aduersus consules.[Excōmunicationi.]Credimus ꝙ canon hic sit latæ sn̄iæ.[Et necessitates.]Iustas & honestas.[Quorūdam.] Prelatorum,qui sine causa iusta & sine ulla necessitate soluebāt & dabant subsidium,& sic repete quæ diximus s̃.de excep. exceptionem.[A talibus.]s.de imponentib.collectas.[Sustineat.] Tenetur etiam deposito officio,quia ex suo maleficio conuenitur,si.6.q.vlt.iubemus.ff.de act.emp.Iul.§ idem. si autem ex ɔ̄ctu ageretur,finito officio non conueniretur. ff. de app. recip. ad procuratores.§.in unum.ff.de admini.tut. est quidam. ff. de euic.illud.§.1. procurator finito officio tenetur. ff. de procura. procu-

Universidad de Deusto Biblioteca

procurator [Infra.] Et ēt ante, ſi ſucceſſerit ei, pp qđ p̄deceſſor excōicatus fuit, & excōicatus eſt, ǰ. de ſent. exco. nuper. Sed dices, quare non ſtatim onus excōicationis ad eū peruenit, ar. ſ. de offi. deie. qm̄ Abbas? Reſpō. quia hoc p̄uenit ex delicto, vnde non deſcendit ad alios, 24. q. 3. ſi hr̄s. & quia pōt dare operā bono pacis. [Satisfecerit.] Oē damnū emendando eccleſiæ, qđ ex ipſius regimine ipſi contingit. ſed & ſi ꝯſilium dedit de collecta imponenda, ipſam cū emendare oportebit: ſed ſi ꝯſiliū non dediſſet, forte non cogeret̄ ad emendationē collectæ, ſed alias intereſſe, quod eccleſiæ de eius regimine obuenit, emendabit, & fortè ēt pęnam ſpiritualem, & etiam pecuniarias eū ſubire oportebit, ſm̄ ꝙ bonus iudex arbitrabitur. Item hæc habent locum tantum, qn̄ ſuccedit in regimine illius, qui eſt excōmunicatus ex prędictis cauſis, vel propter libertatem eccleſiæ, ſed ſecus eſt, ſi ex alia cauſa, vel ipſe poteſtas, vel etiam conſilium, vel commune eſſet excommunicatum, vel interdictum, quia tunc ſucceſſor poteſtas non eſſet excommunicatus.

SVMMARIVM.

1 *Ad reſtitutionem tenetur quis, vbicunque ſit furtum, rapina, oppreſſio dolus, vel calumnia.*
2 *Si mathematicus, vel meretrix, vel conſimiles dolo, fraude, vel ſuaſionibus quempiam induxerint, vt eis crederet, & pecuniam daret, non competit repetitio.*
3 *Non debet quis vnquā aliquid facere, quod fratri ſuo ſit cauſa peccati.*
4 *Quo caſu teneatur quis reſtituere id quod in ludis lucratus eſt.*
5 *Hypocrita, qui ſub nomine boni Chriſtiani multa quæſiuit, ea reſtituere tenetur.*
6 *Conſtitutiones, quæ ſunt contra animæ ſalutem, ſeruari non debent.*

CAP. VIII.

1 Quia plerique. [Reſtituat.] † No. qđ ad reſtitutionē tenet̄ quis, vbicūq; ſit furtū, rapina, oppreſſio, dolus, vel calūnia, 13. q. 5. c. ſi. Et p hoc cōprehendo oēs caſus, in quib. cōpetit repetitio ſiue p actiones, vt puta mercatu. vel dolo, vel ꝯſimiles, ſiue iudicis officio. Itē idē dicimus ſ. ꝙ reſtituere tenet̄ ſiue iure naturali & ciuili ſit debitū, ſiue iure naturali tm̄, quale eſt, qđ debet ſeruo, & ideo nō in
2 de faciat eleemoſynā, ſed illud reſtituat. †Si aūt mathematic9, vel meretrix, vel ꝯſimiles dolo, fraude, vel ſuaſionibus induxerint aliquē, ut crederet, & pecuniā daret, nō copetit repetitio, cū utrobiq; verſet̄ turpitudo, vñ potior eſt cā poſſidentis. ff. de ꝯdi. ob tur. cau. ſi aūt. & cum ſit hæc iuſta pnīa, ēt in foro pnīali eſt ſeruanda. ſi autē ſit indebitū iure ciuili tm̄, ut ſi legatum, de quo potuit trahere Falcidiā, integrū ſoluit credens hr̄ditatem ſufficere ad oīa, non tenetur legatarius mihi reſtituere. Idem vr̄ in eo, qui ſcripſit ſe debere ſpe futuræ numerationis, cum nihil acceperit, licet tranſactum ſit tp̄s biennii, ultra qđ non hēt exceptionē non numeratæ pecuniæ: tn̄ licite totum ſuum dabit in eleemoſynam, nec tenet̄ reddere aliquid, vel potius dare
4 lus absoluet. † Item sicut superior non debet absoluere excõmunicatum à subdito q p̃ simplicẽ querimoniã accedit ad superiorẽ, sed eũ debet remittere ad excõicatorẽ, ĩ. eo. sacro. sic si appellauit, non debet absolui a superiore, nisi prius cõstet de iustitia, alias de iusta appl̃one, sup. de offi. ord. ad reprimen. primum dictum magis placet, s. ꝙ superior non debet absoluere excommunicatũ, nisi probata legitima & uera causa appellationis, cũ interim iurisdictio remaneat apud iudicẽ, à quo est appellatũ, & tenebit, quod faciet, nisi obtulisset se coram eo p̃baturũ cãm appl̃onis, sup. de app. interposita. in prin. sed decr. Alc. cuius tenor hic inseritur, vr̃ ↄdicere, ubi dr̃, ꝙ in optione superioris est, ad quem appellatum est, vtrum absoluat ipse, uel ad excommunicatorẽ absoluendũ remittat, qđ non potest intelligi, ꝙ habeat hanc optionẽ, postq̃ cognouit de appl̃one: quia tunc si cognouisset, ꝙ post appl̃onẽ legitimã excommunicasset, iniuste feceret, si ad eũ, qui iniustè eũ excõicauit, & q puniendus est, eũ remitteret. itẽ si ↄstaret, ꝙ appl̃o esset iniusta, & excõicatio iusta, malè faceret superior, si eum absolueret, ut hic in fine dicitur. Sed respon. tenorem illius decr. habuisse

olim locum, qñ licebat appellare ẽt sine cã. s̄. de appe. cum sit Ro. quia tunc semp per oẽm appellationem deuoluebat iurisdõ ad superiorem, nec erat necesse, ꝙ cognosceret de cã appellationis an esset iusta, necne: sed de principali statim cognoscebat: & iõ bonum erat tunc, ꝙ si appellatũ erat, ꝙ posset absoluere, & ẽt remittere, sed hodie cũ ad superiorem non deuoluatur iur sdõ, nisi probata vera. & ltĩma cã appellationis, nõ hẽt locũ, ꝙ possit absoluere, vel remittere: sed expectare dẽt, quousque cognoscat de appellatione, an sit iniusta, vel iusta. [Audiat.] Secus, si per querimoniã detulisset cãm ad superiorem, vt no. s̄. de rescr. ab excõicato. [Manifestũ.] Et de hoc cõstat ep̃o vel per testes, vel per publicam famam, s̄. de sp̃o. cum in tua. vel ẽt si hoc non constet ep̃o, tñ vel alius hoc sit p̃bare paratus. [Non dẽt.] Etiam si sit appellatum: & s̃m hoc põt salui opinio. [Absoluere.] Sicut ecõuerso, si cognosceret, notũ esse excommunicationem non tenere posset denunciare superior eam non soluendam, supra de appel. solicitudinem.

CAP. XLI.

Si aliquando. [Credatur.] Repete, quę diximus s̄. de priuil. cum olim. in fi.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ excommunicationis effectus duo sunt.*
2 *Absolutio ab excommunicatione duos habet effectus.*

CAP. XLII.

Officij. [Veritatem.] Hanc, s. se esse excõicatum ab illo, vel ex alia cã, s̄. eo. cũ p̃ cã. [Non p̃dest.] Vt reputetur absolutus, & reconciliatus ecclesiæ. [Absolutionẽ.] s. ꝙ introducatur in ecclesiam cum solennitate, quàm hẽs s̄. e. à nobis. §. pen. vel cõioni hĩum restituatur: credimus tñ, ꝙ à sñia sua excõicationis absoluet eum verbo proferendo sñiam
1 absolutionis. † Si quæres, ad quid valet hæc sñia excõicationis. Rñ. hẽt duos effectus, vnum eiiciendi extra ecclesiam, & alte-
2 tum confirmandi, siue retinendi extra. Sic & † absolutio hẽt vnum effectum remittendi in ecclesia: & quantum ad hunc effectum nõ absoluitur, nisi ab oĩb. absoluatur hẽt & alium, s. remouendi impedimentum: valet ergo quo ad scd̃m effectũ, quia quanto breuior erit funiculus, tanto facilius poterit liberari, s̄. de treu. c. j. & quantum ad hunc secundum effectũ potest qs plurib. excommunicationib. ligari, 3. q. 4. Engeltrudã. Alij dicunt non sic faciendam absolutionem, sed vna absolutione tolli oẽs excõicationes, sicut vna acceptilatione tolli oẽs obligationes, C. de tran. transactio, ff. de accepti. plurib. alij dicunt ꝙ oẽs excõicatores delegabunt vices suas vni, vel quilibet absoluet solenniter, & vltra conformabit, ff. de ser. rusti. præd. per fundum. de hoc no. s̄. eo. cum pro causa.

SVMMARIVM.

Excommunicati possunt ingredi ecclesiam, dummodo non audiant officium.

CAP. XLIII.

Responsio. [Ciues.] s. ↄsiliarij. vel alij, q delinquerẽt ar. s̄. de simo. veniens. & s̄. de cle. excõ. mi. laror. ciuitates. n. non poterãt excommunicari, vel vniuersitas, ĩ. eo. Romana. §. vniuersi, 24. q. 3. si hẽs. vel quod spãles ciues erant excõicati, sed tota ciuitas interdicta. [Ecclesiam.] No. excõicatos posse ingredi ecclesiã, dũmõ nõ audiant offĩn.

SVMMARIVM.

1 *Debet unusquisque potius omnia mala pati, quàm contra conscientiã peccatum operari mortale, & uide in nu. 2. & uide etiam nonnulla ad hoc proposi um in nu. 3. & 4.*

CAP. XLIIII.

Inquisitioni. [Distinguendũ.] Scd̃m hanc distinctionem intelleximus s̄. de rest. spol.
1 literas. s̄ de diuor. quanto. [In primo.] s. † qñ sine mortali peccato ei cõmisceri non põt, puta quia est eius ↄsanguinea: sed si sine peccato põt ei cõmisceri, ipsa tñ priuata est iure petendi, vt quia cõmisit adulterium, põt ei reddere debitum: nec credimus ei pp hoc fieri præiudicium, quia pp hoc videat accusationem adulterij renunciasse, cũ si aliter diceretur, esset lex, vel præceptum iudicis iniquum, qđ eum illaquearet, 27. q. j. de viduis. & s̄. de rest. spol. istas. imo nec illam irregularitatem, de qua hr̃ 33. dist. si cuius incurrit: exigere aũt nõ dẽt: & hoc dicimus, si factũ nõ sit adeo notorium, ꝙ nõ sit inficiationi locus, tunc. n. sua auctoritate dimittere põt, s̄. de diuor. sign. ↄdicit s̄. diuor. porro. & est hoc ea rõne, quia ipsa adulterium ↄmittendo ipso iure priuata est p̃tãte petendi debitum: vnde iste reddere non tenetur: imò si reddat, cum non teneatur, crederem sibi fieri præiudicium, & irregularitatem incurrit: si tñ mãdato iudicis inique præcipientis, vel ẽt iniuste, quia forte sibi non cõstat de adulterio, non credo, ꝙ fiat, sibi præiudicium, vel irregularitatem incurrat: quidam tñ dicunt, ꝙ irregularitatem incur-
2 rit. [In primo.] † Idem vr̃ dicendũ in simili. v. g. aliquis vidit & cognouit indubitanter ꝙ aliquis iniustè, & iniuriosè verberauit clericũ: nam iste oĩb. modis dẽt abstinere ab eius cõicatione, saltem in priuato, si percussio fuit priuata, & in publico, si fuit publica, & prius dẽt sustinere excõicationem, quã ei cõicet: si aũt pro certo nescit percussionem iustam, sed probabiliter, & discrete hoc credit. tunc per se non cõicet ei, sed ad petitionem percussoris nõ vitet eũ ẽt in priuato, licet posset rõ diuersitatis assignari. quia cõio est voluntaria, sed redditio debiti est necessaria: si aũt iniustam percussionẽ credit ex leui & temeraria credulitate, tunc & per se. & per alterius participationem secure cõicet ei. Quidam tñ dñt, quantumcunq; publice quis clericũ percutiat, nunq̃ tñ necá videntib. qñ percutitur, nec ab aliis vitari dẽt, quia licet in veritate sit excõicatus, nõdũ m tñ est excõicatus noĩatim, nisi p̃ iudicis sñiam excõicetur, 2. q. 1. multi. sed nobis vr̃, ꝙ aliter ẽt, quàm per sñiam põt esse notoria excõicatio alicui⁹, sicut & fornicatio, s̄. de coha. cle. & mu. vestra. ubi no. & c. multi. loquitur qñ excõicatio nõ erat notoria, licet esset talis, ꝙ probari poterat, puta quia multis videntibus facta erat iniusta percussio: tunc. n. satis credo, ꝙ non dẽt vitari, nisi primo ↄdemnet: & sic loquitur c. multi. si aũt aliqs fuit publice per sñiam excõicatus, & denunciatus, & postea iste excõicatus inueniatur in remotis partib. ab aliquo, q fuit p̃ns, qñ fuit sñialiter excõicatus, dẽt eum vitare & in publico, & in priuato: ridiculum. n. esset dicere, ꝙ non deberet vitare excõicatum, nisi qñ paratas habet probõnes: imò idem vr̃, s. ꝙ dẽt vitari ab eo, ẽt si oẽs illi mortui sunt, qui sñiæ interfuerunt. nec est ↄ 6. q. 2. c. 2. & 3. quia loquuntur, qñ excõicatio nunquam fuit notoria. hic aũt locuti sumus, qñ excõicatio aliqñ fuit notoria uel per sñiam, vel per euidentiam facti indubitatã. sufficit. n. factum fuisse notorium aliqñ, & alicubi, ẽt si probationes defecerint. Hic aũt fortè dici posset, ꝙ si abbas, uel alius p̃latus p̃ciperet monacho, vel subdito suo, ꝙ celebraret p̃sente illo, quem ipse scit aliquo prædictorum modorum indubitanter excõicatum, sed abbas & alij nesciunt, ꝙ celebrabit: sed p̃testetur saltem illi, quem nouit excõicatum, ꝙ non intendit orare, nec celebrare cum excõicato, sed cum aliis: sed si præciperet ei, ꝙ cum eo solo celebraret, non debet obedire, qa peccatũ est, s̄. qđ me. c. u. sacris. sed quid si iste excõicatus dicit, ego fui absolutus à prædicta excõicatione, sed non habeo ad præsens sens instr̃m, vel testes? vr̃, ꝙ non sit ei credendum, nisi habeat aliqua ar. suæ absolutionis, ar. s̄. de cle. percuss. c. j. & 2. sed vr̃, ꝙ si eius excõicatio nulli est præiudicialis, ꝙ possit ei cõicari, si aliàs est persona bonæ vitæ, & maximè si hoc iurat, s̄. de cleri.
3 percuss. tuæ. [† mortale] sed quid si mortale peccatum non p̃cipiat, sed alias iniustum, videlicet ꝙ det alicui sine causa libros suos, uel domum, & si non dederit sit excõicatus, nunquid dare tenetur? rñ. non, sed aget cũ superiore, ut absoluatur, ĩ. eod. sacro. & ille, qui consuluit ei, ꝙ non satisfaciat, non incidit in canonẽ maioris excõicationis, quia non cõicat crimini, quia non est crimen, si non obedit: in minorem tñ excõicationẽ bene incidit, quia eam seruare debet, etiam si sit iniusta, 11. q. 3. c. j. sed quid si Papa iniustũ præcipiat, qui superiorem non hẽt, cũ quo agi possit? p̃õt dici, ꝙ si de sp̃ualib. vel ecclesiasticis personis aliquid p̃ęcipit ẽt iniustũ, illud seruandũ est, quia nemini licet de eius factis iudicare, 40. dist. si Papa. 19 q. 3. cuncta. & multis aliis c. nisi mãdatum hæresim contineret, quia tunc eẽt peccatum, uel nisi ex præcepto iniusto vehementer præsume-
a retur statum ecclesiæ [a] turbari, uel ẽt forte alia mala ventura esse, quia tunc peccat obediendo, cũ debeat futura mala præca-
4 uere, non iuuare. † Item si præcipiat laico, [b] qui non est de iu-
b risdõne sua, nec rõne personæ, nec cãæ, nec alia, nõ video, quare debeat obedire: sed tñ excõicationem semp obseruet, qa cũ in p̃tãte sua sit ecclesia militãs, & ad eius mandatum debet sacra ministrari, nullus ↄ eius mandatũ debet se ei immiscere.

ADDITIONES.

a ¶ Statutum ecclesiæ. Adde Pet. de Anch. in consi. 16. & in consi. 281. & uide Fe. in c. si quando. supra de rescri. & in c. quæ in ecclesiarũ. col. 22. supra de cõsti.
b ¶ Præcipiat laico. Hoc refert Fel. in c. j. supra de cõsti. col. 9. ver. tertia declaratio. & adde Abb. in c. venerabilem. col. 2. uer. 4. no. supra de elec. et in c. quæ in ecclesiarum. col. pe. supra de consti. et Alc. de Imo. in cõs. 4. col. 1. in 5. vol.

CAP. XLV.

Contingit. [Si tertio.] supra eo. in audientia, s̄. de priui. ex parte. ↄ. s̄. eo. perpendimus.

CAP. XXXXVI.

In præsentia. [Obiicere.] repete, quæ dixim⁹ s̄. de excep. à nobis [obiicere] si denunciabant, hoc solum sufficit ad repellendum eos à denunciatione, ꝙ non p̃cessit monitio, s̄. de accu. super his, si accusabãt, sufficit ad repellendũ accusatorẽ, ꝙ erat criminosus ex eo, ꝙ participauerat excõicato, s̄. de accu. c. pe. 2. q. 7. quærendũ, accusatio.

SVMMARIVM.

Excommunicatus est, dolosè permittens clericum percuti.

CAP.

Universidad de Deusto
Biblioteca

CAP. XLVII.

Quantæ. [Obuiare.] 83. dist. §. j. 86. distin. non satis, ibi, pasce. 23. q. 3. non inferēda, & c. vlt. ff. ad Sill. l. 2. §. cum aūt. sed ꝯ, si licitum est accipere pecuniā pro defensione, s̄. quod met. cau. metū. § sed licet, nec repetitur, ff. de do. pater, §. his, ergo non tenetur defendere, quia si teneretur posset repeti pecunia. ff. de condi. ob tur. cau. l. vlti. quidam dicunt quēlibet teneri ad defensionē clerici, arg. 90. dist. præcipimus, 3. q. j. nulli, & c. seq. nec obstant supradicta. cum officialis gratis teneatur suum officium impendere: & tamen si recipit, non repetitur. 14. q. 5. non sanè. Itē pro eis est, quia defensio clericorū ad ius publicū spectat: vnde omnes tenentur. j. dist. ius publicū. Alij dicunt tm̄ iudices, & eos, qui super percutientes clericos ptātem habent aliquā, teneri ad defendendū, 23. q. 4. fortè. Idē dicerem de eis, quorū noīe fit verberatio; nō crederem tn̄ talē incidere in canonem, si ex negligentia non prohibeat, cum necessarius sit dolus ad hoc, vt quis incidat ꝑ hanc decre. siue suo noīe verberaretur clericus, siue non, siue sit in sua potestate, siue non, semper cadit in canonem, dummodo dolo fecerit.

SVMMARIVM.

1 *Monitio quando sit necessaria, uel non.*
2 *Priuatur ingressu ecclesiæ excommunicans aliquem iniuste.*
3 *Nota hic, & in nu. 4. & 5. quosdam casus, in quib. hæc decretalis habet locum, uel etiam non habet.*
6 *An imminente periculo debeat semper absolui excommunicatus.*
7 *Non potest excommunicatus aliquā cām prosequi, nisi petat se absolui.*
8 *In petitione absolutionis non est necessarius libellus, nec li. contestatio.*
9 *Interesse dicitur constare per iusiurandum in litem.*
10 *Interesse, seu æstimatio, seu pretium, aliud est conuentum, aliud commune, aliud singulare.*
11 *Valet petitio, etiam si corpus rei, quæ non extat petitur.*
12 *Cum petitur absolutio tātum, non est necesse uocari excommunicatorē.*
13 *Excommunicator non statim, cum absolutus fuerit ab excommunicatore, debet præcipere excommunicari.*
34 *Quemadmodū sententia excōicationis trahit secum excommunicationē nec impeditur per appellationē sic sententia absolutionis.*

CAP. XLVIII.

1 Sacro. [Cōpetenti.] † Monitio est necessaria ēt in notoriis. & in omnib. nisi in futuris, vbi non est necessaria monitio, quia tp̄s monet. 5. q. j. quidam. [Cōpetenti] Monitio sufficit, vbi factum est notorium, vel snīa lata, alioquin oportet ēt cognosci an causa subsit, 2. q. j. nemo. [Admonitione.] 24. q. 3. de illicita. dicimus tamen, ꝙ non incurrit pœnā huius decr. ēt si semel tm̄ moneat, licet sit quandoq; honestum, ꝙ ita faciat, arg. s̄. ut lit. non conte. tuæ. 4. q. 5. c. j. in fi. [Præsenti
2 bus.] s. vna cū monitore, s̄. de resc. in omni. † [Ingressu.] Per hoc intelligo eum priuatum ingressu ecclesiæ non solum, vt non liceat sibi ministrare in ecclesia in ordine suo, sed ēt non liceat ei in ecclesia interesse diuinis siue cū aliis psallēdo, siue nō psallendo, sed tm̄ audiendo. Imo plus vr̄, ꝙ etiā si ibi sit, non liceat orare, & si moreretur, non deberet in ecclesia, siue in cœmeterio sepeliri. Non negamus tn̄, quin per ecclesiā transire possit: extra ecclesiam aūt pōt diuina officia celebrare etiā in officio suo, non obstante tali interdicto. & hæc satis probantur ex propria verborum significatione. [Ecclesiæ.] Et est hoc verum, si procedit tanq̄ iudex: secus, si procederet tanquā pars suum exequens officium, s̄. de censi. c. venerabilis, in gl. quia sæpe, ultra medium. [Iusta.] Ex causa. [Interdictum.] Ipso iure. [Plectendum.] Alias mulctandū. & excōicatus absoluetur à superiori, si est certū, ꝙ non p̄cesserit monitio, arg. 2 q. j. nemo. [Caueat] Excōicator. [Manifesta.] Et corā se probata, 2. q. j. nemo. [Requisitus.] Ad hoc facit requisitio, ꝙ imponitur ei pnīa: ad interesse aūt tenetur. ēt si non sit requisitus, sed per imprudentiā iudicauit, Insti. de obl. q̄ ex quasi delic. in prin. [Reuocare.] Ad hoc s̄. de ꝑcu. querelam, gl. reuocādo primā. [Reuocare.] Vr̄, ꝙ non possit reuocare, cū ipse excōicator sit priuatus ingressu ecclesiæ, s̄. eo. § j. Respon. ibi loquitur de snīa iniusta ex ordine, hic de snīa iusta ex causa. sed & si esset priuatus ingressu ecclesiæ excōicator, sicut in superiori casu, & tn̄ snīam absolutionis ferret & alius, non ipse in ecclesiā introducet, arg. supra. de cler. excom. min. si celebrat. & ēt si ipse idē introduceret in ecclesiā, licet peccaret, tamen absolutio teneret. vel dic, bene introduceret in ecclesiā, licet ibi officium dicere nō possit, s̄. eo.
3 responsio. j. eo. duob. hoc nō placet. † [Reuocare.] Hæc decre. non habet locum, quando aliquis iudex cum causæ cognitione tulit snīam ꝯ aliquem super aliqua re alij danda, & quia eā non dabat, & quia rei iud. non parebat, eū excōicauit. nam hic constat ꝙ iste excōicatus non est absoluēdus, nisi snīæ pareat, cū manifesta sit offensa, de qua constat per snīam, à qua nō est appellatū j. de ver. sign. cū olim, & c. ex parte. posset tamen dici, ꝙ in p̄dicto casu habet locū hæc decr. non quo ad illum art. ꝙ possit absolui, nisi pareat rei iudicatæ, sed quo ad aliū arti. s. ꝙ iudex eū ꝯdemnet ad interesse, & aliàs prout viderit expedire. Itē iudex audiet nunc excōicatum post absolutionē, si velit agere ꝯ iudicē, quia malitiosè, vel per imprudentiā ꝯdemnauit eum, Insti. de oblig. q̄ ex delic. in prin. nec obst. tibi exceptio rei iu. à qua nō est appellatum, quia aliæ fuerunt psonæ, inter quas modo agitur, s. iudex, & excōicatus, & aliæ fuerunt personæ, in
4 ter quas primo actū fuit. † Itē ad aliud modo agitur, s. ad interesse, & ad alias pœnas. ad aliud primo, s. ad rem, q̄ petebat. Itē hæc decr. pōt hr̄e locum, vbi aliquis eum excōicauit non procedendo ordine iudiciario, nec eo seruato. & in hoc casu, siue appellauerit excōicatus, siue non, tamen de excōicatore apud superiorē potest deponere querimoniā, & tunc vr̄ procedendum & ad absolutionē excōicati, & ad ꝯdemnationē excōicatoris s̄m tenorē huius decr. vocabitur tn̄ aduersarius, & si tunc vellet dicere eū pro notoria causa excōicatum, audiet, j. eo. so
5 let. † [Remittat.] Hoc intelligo, qn̄ non fuit appellatū, de hoc no. s̄. eo per tuas, s̄. de offi. ordi. ad reprimen. Item hic loquit̄, cū dr̄ in iniusta excōicatio, sed non probatur: si. n. de ea constaret, non remitteretur ad eū, 2. q. j. nemo. Item non decet, ꝙ ex eodem facto pœnam, & pmium consequatur. ff. de neg. gest. si
6 ue. † [Alioquin.] Hoc est nouū ius, vt si periculū immineat, absoluatur: nobis vr̄, ꝙ ēt si non immineat periculū, dummodo mora magna intercessura sit in absolutione, si remittat̄ ad excōicatorē, ꝙ eū absoluere potest superior. quæ aūt dicat̄ mora, arbitrio iudicis committit̄, arg. ff. de verb. sign. inter. & si superior dicit alias esse morā, vbi mora fortè censeri non deberet, nihilominus absolutio tenet, quia ex quo superioris cognitioni committit̄, ꝙ super hoc arbitret & diffiniat, siue bene, siue male diffiniat, siue arbitretur, eius diffinitio firma erit & absolutio tenebit, cum hæc excōicatio & absolutio ab ecclesia sint introductæ, & ipse super hoc habet iurisdōnem. [Impendat.] In cā aūt non procedet, cum non sit ad eū appellatum s̄. de rescri. ab excō. [Ad interesse.] Damnum sumptus, s. litis, & cetera ꝯsimilia. Idem dicunt quidā eū teneri si ꝑp hoc amisit dignitatē, siue beneficium: est. n. interesse circa rem. 12. q. 2. si qui de laicis, 2. q. 6. super ea. ff. de act. emp. & ven. Iul emp. in prin. [Ad interesse.] Hic ēt punitur maiori excōicatione, vel magis cōmunione hoīum, 24. q. 3. de illicita. Itē tenet̄ iniuriarū, 21. q. 3. illud temerariū. Itē pœna sacrilegij, 24. q. 3. non in perpetuum.
7 † [Ad interesse.] Si fuit petitum: alias. n. non tenetur, ff. de ædil. edic. ædiles ēt. §. itē sciendū. Sed vr̄ ꝯ, quia excōicatus non pōt prosequi aliquam cām, nisi peteret se absolui, s̄. de offi. deleg. cum contingat, s̄. eo. per tuas. sol. ista intelligitur de aliis, quæ non contingunt excom. sed expensas, interesse, iniuriam bene petere pōt, quæ descendūt ex excōicatione, vel eius occasione veniunt, vt hic, arg. s̄. de app. solicitudinem. vel dic, & melius, quia hic, de quo agitur, prius absolui debet, quam agat. sup. eo. per tuas. & vr̄ dicendum, ꝙ quando agitur ad pœnam imponēdam excōicatio, vel interesse ꝙ libellus porrigendus sit ei, qui se opponit, & à quo prædicta petuntur, & causa exprimenda est in libello, cum persona ad ea obligata dicatur, vt no. sup. de offi. ord. ꝯquere. & poterit ꝯuentus excipere de spoliatione, sicut in aliis petitionib. potest opponi, supra de ord. cogni. cum
8 dilec. † Si vero tantum absolutio petatur, hic fortè non erit necessarius libellus, nec lit. contest. nec admittitur exceptio spoliationis. Primo ꝑp generalem rationem quia causa merè spiritualis est: vnde non est in his rigor iuris seruandus, qui in secularib. obseruatur, supra de do. c. j. arg. 11. q. j. si quis cum etiā potissimè ad hoc facit, quia si prædicta requirunt̄ periculū eēt in mora, quod solum sufficit ad dandā absolutionē, vt hic, s̄. in ꝑxi. §. si. n. aliter diceremus, ꝯtingeret, ꝙ morā, quā vitādam p̄cipimus, in solenniis iudiciorum induceremus. exceptio aūt, ꝙ alia excōicatione ligatus sit, semper ꝯpetit ꝯ petentem absolutionem, quia ea probata absolutio denegatur, supra eo. cum pro causa, officij. sed hanc exceptionem nullus habebit, nisi ille, pro quo excōicatus est, & cuius interest non absolui. ille aūt, cuius non interest eum teneri illa excōicatione nec ex absolōne aliquid ꝯsecutus est, quare opponeret, vel quare audiretur, non videmus, quia pro alio excipere non pōt, sicut nec agere, cum non sit procurator eius, nec exceptionē manifestæ offensæ opponeret, nisi qui offensus est. Alij tn̄ dicunt semper libellū porrigendū, & li. ꝯtest. faciendam, quando petitur absolutio.
9 † [Ad interesse.] Constabit aūt interesse per iusiurandum in litem, quia de dolo excōicatoris agitur: & ideo rectè hoc iusiurādum in litē defert̄ ꝑ interesse. ff. de in lit. iur. l. 2. & l. videamus. §. fi. & l. hac. §. sed iudex, 2. q. j. in primis. quidam tamen dicunt iusiurandum in litem non deferri, nisi vbi succedit in loco alterius rei, in cuius exhibitione, vel restitutione sit malitia, vel cōtumacia, vt si non exhibeatur, vel restituatur res, q̄ mādata est restitui, ff. de in li. iuran. l. 2. tamen leges videntur expressè dicere, ꝙ etiam si nullum p̄ceptum, vel snīa p̄cessit, tamen defertur iusiurandū in litem. ff. de dolo, arbi. §. non tn̄. ff. de in lit. iuran.

san. in hac. §. fi. ff. ne quis eum; qui in ius voc. l. fi. ff. re. amo. nō enim. sed & si non defertur iusiurandū in litem, tn̄ aliud iur̄m defertur, 2. q. j. in primis. Quia sæpe in causis ecclesiasticis petit interesse, ideo de interesse dicamus. Interesse dr̄ æstimatio in pecunia numerata, q̄ succedit in locū cuiusq; rei, si non detur vt debet facti, si non fiat, vt debet. ff. de iud. si quis ab alio. & licet hoc interesse qnq; appelletur pretiū rei, vel æstimatio. ff. ad l. Falci. l. pretia, tamē in eo aliquid plus est, q̄ sit ipsum verum pretium rei, quia computatur in interesse id, quod interest nostra habere rem, quæ promissa est dari, vel habere factum, qd̄ promissum est. ff. de act. emp. & vend. l. j. in prin. & plerunque plus est hoc interesse, q̄ sit verum pretiū rei, vel facti. Item dr̄ intereē ēt æstimatio damni, quod alicui ꝯtingit, & p̄ter æstimationē rei sæpe ꝯtingit peti rem, & interesse, quod oportet intelligi de alio interesse, q̄ de æstimatione rei, cū illa per se venerit
10 in petitione, qū dixit ꝙ petebat rem. † No. ꝙ interesse, siue æstimatio, siue pretiū aliud est ꝯuentū, aliud cōe, aliud singulare. ff. de act. emp. l. j. in prin. ꝙ conuentum est interesse, quale est, quando dicit, si non fecero, quod promisi, dabo tibi ꝑ interesse tm̄, vel simpliciter dabo tibi tm̄. semper debet præstari, nisi dolus interueniat ī ipsius cōuētione, vt no. in sum. Azo. C. de dolo. & de rescin. vend. ad hoc aūt interesse nunquam condēnabitur quis, nisi specialiter petatur. Cōe interesse est cōis æstimatio damni, quod alicui ꝯtingit ex eo, ꝙ id, quod dari, vel fieri debebat, datum, vel factum non est vel suo loco, & tpe, vel aliàs, vt debet, datum vel factum non est. In hoc cōi interesse ꝯputantur fructus rei debitæ, in qua fit mora, & mercedes, & pēsiones & augmentū ꝑp locum, vel tempus & ꝯsimilia. ff. ad l. Fal pretia. ff. ad l. Aqui. si seruum. ff. si cert. pet. vinū. ff. de act. emp. ratio. §. fi. & l. si sterilis. §. cū per. vsuræ ēt ꝯputant̄ in hoc cōi interesse s̄m legem, ff. de peti. & cō. rei vendi. l. fi. C. de vsu. l. j. s̄m canones cum vsuræ omnino sint ꝑhibitæ, nullo modo ꝯputantur in interesse, cū nullus ex pecunia sit fructus, 88. dist. eiiciēs. Et sic vr̄, ꝙ vbicunq; pecuniam dari est in obligatione, nullū interesse cōe, vl̄ singulare petetur, nisi sit de illis casib. vbi debetur extra rem, vel circa rem, sed hr̄ æstimatio lucri. & dr̄ hoc cōe interesse, quia æqualiter omniū cōi ratione interesset in eodē ꝯtu, vel facto, singulari tamē ratione plus posset interesse. ff. ad l. Aqui. si seruum meū. hoc aūt cōe interesse semper insolidū præstandū est, siue agatur ex ꝯctu, siue ex delicto. ff. ad l. Fal. pretia. ff. ad l. Aq. si seruū, nisi in vēditione, vbi venit singulare interesse. ff. de act. emp. l. j. in prin. & intellige, ꝙ in prædictis æstimatur cōe interesse non in lucro, sed in dāno, & obtinēti in causa reficitur cōis æstimatio damni, quod ꝯtingit ex eo, ꝙ id, quod dari, vl̄ fieri debeat, nullo modo datū, vel factū est. ff. de dam. infec. Proculus. & ff. de act. emp. si sterilis. §. cum per vēdi. ff. de peri. & cō. rei vend. l. fi. & ad hoc interesse rōne damni præcedentis li. conte. nullus ꝯdemnabit̄, nisi specialiter petitum fuerit. quod sic probo. quia si tm̄ petitur res, quæ dari, vel fieri debebat, vr̄ velle ꝯtentus esse eo, quo ad p̄sentem petitionem, cum de præcedentib. lit. conte. quæ pariter cū re petita debebantur, & peti poterant eadem rōne, cum nullam mētionē faciat, æstimatio cōis, aut eius damni, quod venit post li. conte. bene venit in ꝯdemnationē, ēt si non petatur. ff. de ædil. edic. ædiles. §. itē sciendū. nec est ꝯ. ff. si cer. pet. vinum, vbi innuitur, ꝙ si vinum petitū fuerit, tamen fit condemnatio ad æstimationem eius damni, quod præcessit li. contest. quia ibi fit æstimatio dāni, s̄m ꝙ cōiter valebat, & id semper debet præcedere li. conte. quia ante diē nō rectè agitur. ff. quando di. vsusf. leg. ce. l. j. in fi. & no. s̄. de plus pet. Sol. ibi tantum non fuit petitū vinū, sed vinū cum interesse suo, & sic semper faciendū est. quia quādo petitur aliquid dari, vel fieri, semper debemus petere id dari, vel fieri cū suo interesse. Alioquin, si non sic petitum esset, si vinū tpe, quo solui debebat, valeret c. si postea cum petitur, valet tantum l. cōi æstimatione tm̄ in l. non in c. fiet condemnatio. sed si vinū est petitum cum suo interesse, cōdemnabit̄ in c. tn̄ ēt sunt certi casus, vbi hr̄ ratio ēt lucri alicuius, licet nō omnis, s. quod cōiter habere potuisset, puta si agitur arbitraria de eo, quod certo loco promissum est, vel si agitur locati, vel ex stipulatione rem rat. habe. vel tutelæ, vel legis Aqui. vel ne qd in loco publico. ff. de eo, quod certo loco. l. 2. §. fi. ff. locati, si in lege. §. colonus, & l. in quo, & l. si fundus, qui, in fin. ff. rem ratā habe. si commissa. ff. ad l. Aqui. si seruū. C. arbit. tut. quicquid. Alij tamen dicunt semper in æstimatione interesse haberi rōnem lucri & dāni, quod re vera ex cōi ratione iudex arbitrabit̄ ꝯtigisse, & sic expresse vr̄ dicere C. de sen. q̄ pro eo, quod interest. l. j. & ēt æquitati consonat. Hoc aūt cōe interesse. quod est tm̄ circa rem præstatur, si res vendita non traditur, si uelit emptor, sed si traditur vitiosa, tunc tenetur ēt ad interesse, qd̄ est ēt extra rem. ff. de act. emp. si sterilis. §. cum per vend. Itē idē in teresse, quod est extra rem præstaretur, qn̄ ex maleficio agit. ff. ad l. Aqui. proinde. ff. de fur. inficiando. §. j. ff. de ꝯdi. furt. l. 3. & idē in actione ad exhibendū. ff. ad exhiben. si optione. & l. sed si. idem in actione ex empto. si malit singulare, q̄ cōe. ff. de act. emp. l. j. in prin. Singulare interesse est æstimatio, quæ venit ex speciali affectu, sicut est in patre libero circa filium suū, vel q̄ euenit ex speciali vtilitate. ut est in libro visitato. ff. ad l. Fal. ꝑtia. ff. ad l. Aqui. si seruū. Hoc aūt singulare interesse si ex ꝯctu certo debeatur, qui. s. ꝯtineat certā quantitatē, vel certam rem, vel incertam in indiuiduo, s. certam in specie, ut si debet hominem, & l. dicit singulare interesse præstandū, cum aliter p̄stari non debeat, nisi l. dicat, præstabit vsq; ad duplū cōis interesse, & non vltra. C. de sen. q̄ pro eo, quod interest. l. j. §. sancimus. ff. de leg. 3. quisquis, nec obst. l ff. de act. emp. & vend. l. ratio. §. si ꝑ ven. & l. Iul. inter eū. §. si uero, & §. item qui rem. qa illæ leges non loquunt̄ de singulari interesse, sed de cōi circa rem, vt totū debeat præstari. si vero ex incerto ꝯctu debeatur interesse singulare, puta ex eo, quod est in faciendo vel non faciendo, non omnino insolidū præstandum est, quantūcunq; sit, C. de sen. q̄ ꝑ eo. qd̄ interest l. j. §. in aliis. & vr̄ ēt in l. īnuere. ꝙ in his casib. semp debeat singulare interesse. De pœna dic, ꝙ cōuentionalis quantumcunq; sit, debetur, Insti. de inut. sti. §. alteri. legalis aūt non debet excedere quadruplū, Insti. de act. §. omnes speciale tn̄ est in sponsalib. ff. de spō. mulier. sic & aliud speciale est ibi. ff. de verb. obl. Titia, j. respon. qui aūt tractat cām, ubi petitur interesse, diligenter attendat, quid sit in obligatione, quia si rē certam, uel speciem dari est in obligatione, & extat, siue debeatur ex ꝯctu, siue ex maleficio, semper ipsa res petenda est. ff. de act. emp. ex empto. ff. de verb. obl. vbi aūt non apparet. §. fi. C. de hær. uel act. vendi. qui tibi. ff. de cond. fur. furē. si aūt non extat, tūc tm̄ æstimatio, vel interesse petendū est, vt in ipsa l. ff. de condi. fur. in rem. nec est ꝯ, ff. de verb. obl. si seruum. §. fin. ff. de condi. fur. l. 3. vbi innuitur, ꝙ etiam si non extarent, tamen, petendæ sunt. Sol. ibi loquitur, quando actor ignorabat illa res
11 extare. † Vel dic, ꝙ etiam si corpus rei, quæ non extat, petit, bene valet petitio, licet meli' sit æstimationē petere, & hoc, si vis indubitate loqui, petas rem, uel interesse, & nō adiicias in libello, cū aliis dānis, sed & si corpus extet tpe libelli cōfecti, ipsum petitur: sed si non extet tpe snīæ, vel in tali statu sit, ꝙ dari non pōt, fiet ꝯdemnatio ad interesse, quod post lit. conte. cōtingit. ff. ad exh. de eo. §. si post. ff. de eui. si seruus. §. fi. ff. de do. arbitrio. §. non tn̄. C. de ac. em. si traditio. nec est ꝯ, C. de fideicom. lib. l. fi. vbi redarguitur iudex, qui quando. agitur ad legatum, condemnat ad interesse. sed illud ideo est, quia id legatum suum erat, vnde non erat cogendus accipere æstimationē: secus autē in re non sua, sed debita. hoc fallit in ꝯctibus innominatis, vbi nō solum petitur res debita, sed ēt interesse ēt si res extat. ff. de p̄scr. l. naturalis per totū. Item si tempore snīæ extat res petita, sed postea, antequam eā tradat, pereat, uel alias impossibilis sit eius traditio, tamen interesse præstare cogetur. ff. si cer. pe. vinū, & sic vr̄ loqui lex, C. de act. emp. si traditio, ubi dr̄, ꝙ si p̄caria possidentis res non tradatur, ꝙ debet ꝯdemnari ad interesse. precaria aūt restitutio non potest esse, nisi post latā snīam, imò post snīam habet aliquem terminū ad restituendū. ff. de iu. si de. ff. quod met. cau. Pædius. §. ꝙ si homo, & no. s̄. de offic. dele. querenti. sed ꝯ. ff. de act. emp. l. j. in prin. ubi dr̄, ꝙ si res uēdita non tradit̄, ad interesse agit̄. sed expone, idest condemnat ac si actū esset. si aūt factum est in obligatione, ante moram agi non pōt. ff. de uer. obli. si ita stipulatus essem. sed postquā fuit in mora promissio facti siue in totum, siue in parte, s. quia trāsiit tp̄s quo ædificari totum potuit, siue in partē, s. ꝙ trāsiit tp̄s, quo pars potuit eē ædificata, tunc habet duplicem viam stipulator. primā. ut agat ad faciendū, uel ꝯplendum opus. ff. de no. ope. nun. stipulatio. §. siue. ff. de præsc. ver. ob eam. C. de do. l. 2. vel agat ad interesse. ff. de re iud. si quis ab, ff. de ver. obl. quoti. ff. rem ratam habe. l. 2. & l. si indebitū. tamen si promissor velit facere opus, liberatur ab interesse. ff. de ver. obli. stipulationes. §. fi. & l. continuus. §. itē qui insulam, nisi iam sit lis ꝯte. vel nisi multum interesset stipulatoris. uel pœna esset adiecta. ff. de ver. ob. si insulam. ff. si quis cau. & si post. Item no. ꝙ si quis primo petierit rem dari, uel opus fieri, & plus sit interesse, quam consecutus est per primam actionē, uel econuerso, adhuc eadem, vel alia actione aget ad id, quod residuū est in altera. ff. ꝑ so. si qs pœnā. ff. de vi & ui arma. l. j. §. si fundum. nisi de his, q̄ post li. contest. obuenire possunt: de illis. n. vlterius agi nō potest. C. de fruc. & lit. expen. terminato. Item cum M. dicimus, ꝙ tātum in re promissa mandabit̄ snīa executioni, quāuis promissor paratus sit soluere interesse. ff. de rei ven. qui restituere. ff. de uerbo. obli. ubi aūt non apparet. §. fi. nam dolus & fraus non debent ei prodesse, s̄. de rescr. ex tenore. Azo tamē dicit ꝯ, ut no. in sum.
12 de act emp. † [Puniendum.] Et agetur ꝯ excōicatorē ꝯdict. ex hac decr. uel offi. iud. & procedetur ordine iudiciario. Si uero peteret tantum absolōnem, non est necesse uocari excōicatorē, cū sua non intersit, 2. q. 6. hoc ēt placuit, nisi ut instruatur iudex.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dex, à quo petitur absolutio, sup. de acc. cum dile. [Probabili.] Puta quia credidit citationē ꝑ uenisse ad citatū, vł eū nó teneri legitimo impedimento, 4.q.5.c.j.ff.si quis cau.l.2. [Idem.] Excõicatus. [Laudabilis.] Alias. n. præsumeret ex malitia fecisse, vt no. sup. e. cū illorū, in fi. [Existat.] Excõicator. [Excõicationis.] i. quia iniustè molestauit excõicatorem dicendo, ꝙ iniustè eū excõicauerat. [Et ipsum.] Excõicatum. [Probabilis.] Puta, quia non credebat probatā cām, quādo fuit excõicatus: nā in ordine de facili non potest probabiliter errare. & est hoc ar. bo. ꝙ si quis ꝓbabilem causam litigandi habet, ꝙ non cōdem-
13 natur in expensis, ff. de leg. 2. qui sol. §. etiam. † [Satisfacere.] No. ꝙ excõicato non statim, cū fuerit absolutus ab excõicatore, statim debet ei ꝑcipere sed primo cognoscet superior, non ipse excõicator, an iusta fuerit excõicatio, sup. de rest. spo. literas, in fi. imò si ei præcipiat, antequam cognoscatur, appellare pōt, sup. de app. qua fronte. nihil. n. ei ꝑcipi debet, si iniustè excõicatus est, sed si iustè, debet mandata recipere ab excõicatore, & si alius cognouerit de iusta excõicatione, sup. de of. or. ad repri sed dices, nonne vr̃ renunciare applõni hoc ipso ꝙ petit absołonem ab eo, sup. de app. solicitæ, de offi. dele. gratum? Respon. non, quia quantum ad excõicatorem nihil operatur appel. siue. n. sit appe. siue non, semper superior cognoscet de iniusta excõicatione, vt hic. sed valet ad cām principalē transferēdā ad superiorē, vt no. sup. de rescr. ab excommunicato. [Recognoscēs.] Excommunicator [Reuocare.] Sine cautione, qa cū cautione reuocare debet, ēt vbi dubiū est, vt statim sequit. [Reuocare.] Mirant aliqui, ꝙ iudex admittit ad reuocandū sñiam ɔ̃ id, quod legit C. de sen. rescin. nó pos. l. 2. 2. q. 6. hoc ēt placuit. Respon. hoc esse ea ratione, qa iudex, qui excõicat tñ, pōt absoluere ab excommunicatione, & non pars, cuius nó interest, ꝙ sit excommunicatus: secus in aliis sñiis & interlocutoriis q̄bus partes renunciare possunt, & ex quib. ius acquirit parti, & actio: nā sic ius & actionē parti quæsitū per interlocutoriam iudex auferre non pōt, sup. de elc. cū dilecti. hinc est ēt, ꝙ pars non admittit ad ɔdicendū. sed est alia ratio qa per sñiam excōmunicationis nullum ius acquiritur alicui: sit. n. in fauorem excommunicati, ut eius spiritus sal. & c. 2. q. j. multi. non est ergo in eius lęsionē retorquenda. ff. de leg. quod fa. ff. de exce. rei iu. l. euidenter. in aliis sñiis secus. ff. de re iu. nullus §. vlt. C. de reb. credi. actori. vel dic idē in aliis sñiis & interlocutoriis de expēsis, & hmōi, s. ꝙ reuocari pñt ab eo, qui eas tulit ante diffinitiuam sñiam, ēt postquam per lapsum 10. dierū trāsierit in rem iudicatā, & sic loquit lex. ff. de re iudi. quod iussit. Item ad hoc facit j. de reg. iur. omnis. nam sicut iudex ex officio suo sine solennitate iudiciorum condemnat, & ex ipsa ɔdemnatione oritur actio, & ius partib. sic & sine magna solennitate eam poterat reuocare, arg. 4. q. 5. quisquis. & hoc ipsum sonare vr̃. tamē bene fatemur, ꝙ poterit appellare, si sine iusta cā reuocet primum mandatum, sed tunc iudex applõnis, vel alius pręter eū, q̄ tulit interlocutoriā, non pōt reuocare, nisi legitimo modo ꝓsequendo appe. vel petēdo in inte. resti. vel aliis modis, quos no. sup. de ꝓcu. querelā. de hoc no. sup. de re iud. quod ad. [Reuocet.] No. iudicem reuocare errorem suum, sup. de app. signi-
14 ficauerunt, & c. cum cessante. † [Applõni.] Sicut sñia excõicationis trahit secum executionem, nec impeditur ꝑ appellationem sequentem, sup. de appel. pastoralis. sic sñia absolutionis. Item ante sñiam absolutionis emissam in iudicio appellatio talis sit, s. appello ne absoluas talem. similiter nec impedit absolutionē, quia non ualet appe. à futuro grauamine, sup. de app. vt debitus. tamen si ex iusta causa emittitur appe. ab absoluente, transfertur negocium ad superiorem, & ɔdemnabitur ad expensas, & alia, sicut si non est absolutus. [Dubitari.] No. nō solum ex probabili causa, sed etiam dubia appellari, arg. ɔ̃, sup. de app. vt debitus. [Cautione.] Et sic iudex, à quo est appellatum, post appe. de hoc se intromittit, de hoc no. suprà, de appel. qua fronte. [Subiacebit.] Excommunicatus.

SVMMARIVM.

1 *In quibus consistit ecclesiastica libertas.*
2 *Ecclesia dicitur habere priuilegium a Deo, quod ipsa sola res ecclesiasticas ministrare debet.*
3 *Quando dicatur quis facere contra libertatem ecclesiasticam.*

CAP. XLIX.

Nouerit. [Fecerint.] Qui autem seruant, non sunt excommunicati, nisi sint de ꝑsonis hic contentis. nec mireris, ꝙ plus puniantur actores, quā fauentes. si. sup.
1 de app. arg. 11. q. 3. qui resistit, & 23. q. 3. qui aliorum. † [Libertatem.] Ad intelligentiam huius decr. no. ꝙ ecclesiastica libertas ɔsistet in priuil. super spiritualib. & priui. super tpalib. Item consistit in priuilegiis generaliter ecclesiæ ɔcessis, & ēt in priuilegiis singularib. cuiusq; ecclesiæ. primo ergo dicimus de spiritualib. q̄ non potest concedere, nisi solus Deus, vel eius Vicarius, quale est, quodcunq; liga. supe terram, & c. hoc. n. priuilegium Christus Petro in persona ecclesiæ concessit. tale est etiā priuilegium, ꝙ in omnib. dubiis iuris, q̄ per inferiores ratione iurisdictionis humanæ terminari non possunt, ad ecclesiam recurratur, s̃. qui fil. sint legi. per venerabilem. prope fin. tale est priuilegium de decimis, & primitiis, & oblationib. s. ꝙ sint cle-
2 ricorum, 16. q. j. reuertimini deci... æ, s̃. de deci. tua. † Item credimus, ꝙ à Deo habet priuilegiū ecclesia, ꝙ ipsa sola res ecclesiasticas ministrare debet, 96. di. si Imperator, & ꝙ de spiritualib. ius statuere & iudicare potest, 96. dist. cum ad. & c. denique. alia ēt multa priuilegia clericis data inuenies in nouo & in vete. testa. super spiritualib. ēt prima priu. ɔtulit ecclesiæ Vicarius Christi, vt de verberatione clerici, ꝙ incidat in canonem, 17. q. 4. si quis sua. & quo. in legatis ecclesiarum sufficiant duo testes, s̃. de te. relatū, & sic multa alia priuilegia inuenies iure canonico ɔcessa ecclesiæ per Papā. In temporali. autē generaliter generali ecclesiæ solus Imperator, qui vniuersis & clericis, & laicis de tēporalib. præesse debet, priuilegium concedere potest, 96. dist. cum ad verū. nisi in his, q̄ ecclesiis ab ipsis sunt donata, & in quib. ꝑ eorū priuilegia muniunt, quod in multis ɔtingit. nam quandoq; locus, vel ecclesia per priuilegium Imperatorum habet immunitatem. C. de epis. nemo. C. de his, qui ad eccle. confu. l. j. 2. pen. & vlt. C. de his, qui in eccle. ma. l. 2. C. de Iudæ. in synago. in Auct. de alien. & emp. §. hi sunt ēt multa alia. Item Imperatores ɔcesserunt priuilegia ecclesiæ, s̃m qđ dr̃ cōgregatio fidelium. C. de epis. audi. nemo. in Auct. iusiurādum, quod præstatur à moriente. C. de hęr. l. j. & 2. & l. cognouimus, & l. qm multi. similiter & multa priuilegia concedunt Imperatores ecclesiæ, s̃m quod ponitur ꝑ ministerio ecclesiæ. & collegiis. C. de sacrosan. eccl. l. j. & pen. & fi. ff. de consti. pec. cū. §. Iul. & §. si actionum. C. de hę. insti. collegiū. in Auct. de san. epi. §. ꝓsbyteros, & § si qua mulier. in Auct. de non alie. in fi. §. si minus. ff. de mune. munerū. in Auct. hęc consti. Inno. & præ. con. in Auct. de eccle. tit. §. ꝓ tpe. & de alie. & emp. §. hoc ēt. & §. si vero Leonis, & §. quia vero, & §. si vero Alij. C. de sac. san. eccl. auct. hoc ius. auct. sed & permu. & auct. item si prædiū. Priuilegia ēt specialia concedunt summi Pontifices, Imperatores, Reges, & Principes, tam ecclesiastici, quàm seculares singulis ecclesiis, prout eis placet. His igitur sic sparsis, nobis vr̃ ꝙ in hanc excõicationē incidant, qui veniunt ɔ̃ libertatē, vel priuilegiū Dei, vel Imperij, vel Imperatoris super tpalib. vel Papæ sup spiritualib. libertas. n. data est ecclesiæ vñi, non singulari, siue sint data locis, siue collegiis, & personis, siue ēt congregationi fide-
3 lium: in hoc tñ aliqui ɔdicunt, † Sed si quis [a] venerit ɔ̃ priuile-
a gia data singularib. ecclesiis, non credimus in hunc canonem incidere: non. n. dr̃ quis facere ɔ̃ ecclesiasticam libertatem, licet faciat ɔ̃ libertatem huius ecclesiæ, vel illius singulariter. [Consiliarios.] Si dederit ɔsilium, quod seruetur. Item dicunt quidā, & si ɔ̃rium consilium dederit, ꝙ debet dimittere dignitatem suam uel officium, nisi destruatur statutū, si habet ptātem destruendi, s̃ de immu. eccl. aduersus. prius dictū plus placet quā tum ad consiliarios, & alios, qui non habent ptātem destruendi. [Editæ.] j. eo. graue ..., ɔ̃. Sol. hæc supplenda est ꝑ illam: nā qui faciunt, statim sunt excõicati, ut hic. officiales aūt consiliarij non sunt excõicati, nisi seruauerint, vel negligentes fuerint ea de suis capitulis delere, vt in decr. ɔ̃ria dr̃. Si quæris, qñ voco eum negligentē, dico, ꝙ q̄ cito sciuit & cognouit esse ɔ̃ libertatē, & non deleuit, vel officiū non dimisit, adhibitio tñ aliquo modico interuallo, quia forte in nocte primo sciuit, & in magno festo, qñ nō potuit ɔgregare ɔsiliū, vel qñ erat in graui infirmitate. sunt ergo relinquenda hæc arbitrio boni viri, aís iudicis. ff. de verb. obl. ɔtinuus. si aūt ignoraret statutū esse ɔ̃ libertatem ecclesiæ, non incideret in excõicationem, quæ non cadit, nisi in ɔtumacē, 11. 9. 3. certū, & q̄ non nisi ꝓ magnis criminib. est infligenda: ignorās aūt non peccat. C. ne san. bap. ite. l. 2. ff. de pę. vlt. C. de sic. l. j. licet puniat alias, q̄ ignorans peccat. C. ne san. ba. ite. si quis rebap. s̃. eo. monachi, & c. cum illorum

ADDITIO.

a ¶Sed si quis. Pet. de Anch. in consi. 12. col. 2. uer. 3. dico. refert hoc dictum Inn. hic, et incip. consi. ego Gaspar. et adde quod per no. hic per Inn. dicit do. Bart. Soc in suo consi. 55. inci. uiso decre. col. 1. in fi. ꝙ quando statutum laicorum auferret ecclesiæ id, quod sibi competeret de iure communi, tale statutum dicitur esse contra libertatem ecclesiæ. et ad Inn. hic adde etiam Alex. consi. 209 col. 2. uersi. istud firmauit, col. 3. in prin.

SVMMARIVM.

Interdictus quando sit absoluendus cum iuramento, & quando non.

CAP. LI.

Venerabili. [Suspensionis.] Ab officio. [Ad cautelam.] Quia erat lata post appellationem, s̃. eo. per tuas. de hoc no. j. eo. cap. solet. [Ad cautelam.] Hæc relaxatio fit, vt possit cōmunicare sacris, & etiam interesse negociis ecclesiasticis. ꝑ hoc ꝙ possit agere: non. n. in hoc est similis excommunicato, de quo specialiter ꝓhibitū est ꝑ periculum

periculū participationis, sup. de exce. [Iurm.] Not. interdictū absolui cū iurō: & hoc est verū, vbi absoluendus est ab interdicto lato ab hoīe; sed si esset interdictū latum à iure, vt in simoniaco, vel in notorio fornicatore, licet alias necessaria sit dispēsatio, vt no. sup. de coha. cle. & mul. sicut. & in simoniaco, j. q. j. statuimus, nō credimus ꝙ nedū iurm, sed nec absolutio aliqua sit necessaria. & hoc ius fallit in excõicato minori excõicatione, sup. eo. nuper, in fi. & tamen à iure suspensus est. vt ibi dicitur, & est hoc ea ratione, quia peccauit scienter. si autem nō solum à iure, sed etiam ab hoīe esset interdictus, & nō sua culpa, & hoc certum esset, nec iurm, nec absolutio est necessaria, cum nō fuerit ligatus apud Deum. sed si dubitatur, an sua culpa ceciderit in interdictum, tunc est necessarium iurm, vt hic. ad hoc j. de verb. signi. ex parte, in gl. j. sed iudex, in fi.

SVMMARIVM.

1 *Vniuersitas an valeat excommunicari.*
2 *Qua pœna puniatur vniuersitas, si contra eam agatur criminaliter.*
3 *In quibus pœnis quis pro alio puniri possit.*

CAP. LII.

Grauem. [In consiliarios.] Hic non erant excõicati, quia nec fecerant, nec fieri mandauerant, nec in mora erant delendi, vel officium dimittendi, vt no. sup.
1 eo. nouerint. † [Consiliarios.] Istæ speciales personæ excōmu-
a nicantur pro proprio delicto. vniuersitas [a] aūt non pōt excõicari, quia impołe est, ꝙ vniuersitas delinquat, quia vniuersitas sicut est capitulū, populus, gens, & hmōi, nomina sunt iuris, & non personarum: & ideo nō cadit in eam excõicatio. Item in vniuersitate sunt & pueri vnius diei. item eadem est vniuersitas, q̄ est tēpore delicti, & q̄ futuro tpe, quo nullo modo delinquunt. esset autem multum iniquū, ꝙ hmōi. qui nullo mō delinquunt, excõicarent, 24. q. 3. si habes, j. eo. Romana. §. fi. Itē vniuersitas nihil pōt facere dolo, ff. de dolo, si ex dolo. §. j. fatemur tñ, ꝙ si rectores alicuius vniuersitatis, vel alij aliqd maleficiū faciunt de mandato vniuersitatis totius, vel tantæ partis, ꝙ inuitis aliis maleficiū fecerint, vel ēt sine mandato fecerint, sed postea vniuersitas, quod suo nomine erat factum, ratū habet, ꝙ vniuersitas punietur spāli pęna suspensionis, & interdicti, 17. q. 4. vxor, & c. miror, sup. de spon. non est. & ēt tpali. puta pecuniaria. ff. quod met. cau. metū. §. animaduertendum. ff.
2 de vi & vi arma. si vi, 23. q. 2. dñs. † Item pęna capitali, vel mortis, vel relegationis punietur vniuersitas, si ɔ̃ eā agat criminaliter, l. Cor. de sica. vel l. Iul. de vi pu. vel quacunq; alia. sed pęna capitis mutabit in pecuniariā, vt ff. de his, qui no. infa. quid ergo, §. pęna. Quidam tñ dicunt, & fortè non malè, ꝙ & si possit ɔ̃ vniuersitatem agi ciuiliter vi bo. rap. & l. Aqui. & iniuriarū, & aliis hmōi, quib. irrogatur pęna pecuniaria, non tñ potest ɔ̃ eam agi criminaliter. Sñia aūt ɔ̃ vniuersitatē mandabitur executioni in bonis vniuersitatis, si habet aliqua cōia: & si nihil habet cōe, priuabitur priuilegio vniuersitatis, vt vlterius non sit vniuersitas, & sic patietur capitis diminutionē, ff. ex quib. modis vsusfr. amit. l. vsufru. Itē dicunt quidam, ꝙ fiet collecta pro soluēdis hmōi pęnis ꝑ libram, & solid. & ab ista collecta erūt immunes illi, qui ɔ̃dixerunt maleficio, pueri, & alij, q̄ omnino
3 sunt sine culpa. alij tñ dñt nullum ab hoc eximi. † Itē pro peccato vnius punit alius infamia, 6. q. j. §. verū. Itē seruitute, 15. q. 8. cum multæ. Itē vr̃, ꝙ ēt in corpore puniat qs pro alio, j. q. 4. itē pro peccato: sed quod ibi dr̃, verum est, ꝙ à Deo corporaliter punitur vnus pro alio. q̄ nouit abscondita ꝓsentia, & futura: & ideo ex iusta cā punitur vnus pro alio, ne eū in uitio imitetur, j. q. 4. §. si obiicitur, in fi. homo aūt hoc non potest. Itē pęna æterna nunquam punitur vnus pro alio, j. q. 4. c. j. & c. iam. [De cętero.] No. in odium constituentium tractus futuri temporis pertinere ad iudicem. de hoc no. sup. de procura. auditis. [Statutarij.] Isti sunt excommunicati ipso iure, supra eodem, nouerit. [Priuatos.] Ad hoc supra de pęni. c. vlti.

ADDITIO.

a ¶Vniuersitas. Ad hæc dicta Inno. hic vide Feli. in c. responso, supra eo. & hic, & Fel. in c. cum omnes, colum. 17. ver. sexta declaratio, supra de constit. & Pet. de Anch. in consi. 158. inci. Ex narratis in facto, colum. 3 ver. præterea, vt dicatur collegium.

SVMMARIVM.

1 *Recipiuntur eleemosynæ ab excommunicatis.*
2 *Licitum est se in eum casum mittere, quo oportet eum eleemosynas de rapina accipere.*

CAP. LIII.

Cum voluntate. [Non incurrit.] sup. e. cū desideres, no. casus, vbi licet cōicare excõicato. [Incidenter.] Quę non faciunt neque absolutio-
1 nem, neq; ad salutem. † [Eleemosynas.] No. eleemosynas recipi ab excõicatis. & idem dico de decimis, ar. sup. eod. vt famæ, 11. q. 3. qm. nec in illis attendit malitia personæ, cum decimæ sint debitæ, & de eleemosynis cōe præceptū est ad omnes, 89. dist. non satis, in fi. & excõicatis in omnib. suadendæ sunt eleemosynæ, ut per eas venire ad pñiam mereant, 26. dist. deinde, in fi. oblationes aūt à tam malis & famosis personis non sunt recipiendæ, vt no. sup. de deci. ex transmissa. Itē nec eleemosynæ, nec decimæ nominatim sunt recipiendæ de illicitè quæsitis, s. ut ipsæ res illicitę decimentur, sed de fructib. eorum, cum sint reales, i. decimæ, licitè accipiunt, vt no. sup. de deci. ex trāsm. ratio aūt, quare recipiunt eleemosynæ, & non oblationes à ꝑfidis est, quia oblationes fiunt in ecclesia, & in publico, & sic ɔsolatio esset eis, si reciperent eorū oblationes. sed eleemosynæ fiunt in occulto. decimæ aūt licitè recipiunt, quia de iure debentur, ut supradictū est. mortuaria aūt, quæ dant pro anima, non sunt recipienda, cum non sit ꝓ eis orandū, 78. dist. c. fi. sed si alias non pro anima in testō excõicatus aliquid relinquat ec-
2 clesiæ, recipiet: non. n. prohibetur excõicatus testari. † [Præsertim.] i. tñ, & est hoc speciale, quia licitum est se mittere in eum casum, quo oportet eū eleemosynas de rapina accipere, ɔ̃ id, quod est j. q. j. non est pub. & est hoc ea rōne, quia cū sint negociorum suorū gestores, viuere possunt de suo: In hoc aūt ɔ̃ ius ciuile agunt, quia non debent sua auctoritate recipere. ff. quod met. cau. extat. Itē quia hoc possunt ɔdicente expoliato. C. de neg. gest. l. ult. [Officij.] Hi. n. siue subditos percutiant, non incidunt in canonem. repete quæ diximus sup. eo. veniens. [Officij.] Fortè, quia custodit chorum, & non habet dignitatem. [Prælationis.] Hoc intelligitur de habentibus dignitatem.

CAP. LIIII.

Si concubinæ. [Crimine.] Supra eo. nuper.

CAP. LV.

Appellatione facta ad Papam non solum principale, sed etiam accessorium deuoluitur ad sedem Apostolicam, ita no. Abbas in c. dilecto, de appel.

Appellationi magis quam sententię statur, ita no. Ab. in c. dilecto, de appel.

Appellans ante sententiam, si post sententiam iterum appellat ex eadem causa, non videtur primæ appellationi renunciatum, ita not. Inno. in c. accedens, vt li. non contest. fol. 86. melius in c. dilecto, de appel. 139.

Appellatio propriè est illa, quæ fit in iudicio, prouocatio vero quæ fit extra iudicium, ita no. Inno. in c. cum sit, de app. fol. 131. nu. 1. vide infra in verbo, Renuncians, in 10. quæst.

Appellari potest non solum ex causa probabili, sed ex dubia, ita no. Inno. in c. sacro, de sen. excom. fol. 229. in nu. 4. vide infra in verbo, Reuocatio, in 1. quæst. de quo vide gl. ordinariam, in c. cessante de appel.

Appellari non potest ab excommunicatione, nec ab absolutione, ita no. Inno. in c. per tuas, de sen. excom. fol. 228. nu. 1. vide infra in verbo, processus, in 5.q.

Appellans ab interlocutoria vel grauamine debet adijcere causam, idest, rationem quare grauatur. nec sufficeret dicere appello, quia me grauastis, nam esset idem cum ratione, quod esse non debet, vt no. in l. fi. ff. de offi. procu. Cæsa. sed bene sufficit dicere appello, quia me grauastis, cum probauerim, vel quia cōtra me iniquè pronunciastis, vt apparet ex actis causæ, licet nō multum explicitè tamen implicitè assignatur ratio à dicto diuersa. & sic non est ratio nugatoria, ita no. Inno. in c. fi. de noui ope. nun. fol. 218. in l. minoribus. C. de his, quib. vt in.

Appellatur à multis interlocutorijs, cum appellatio non iustificatur nisi per causam allegatam, & etiam non iustificatur, nisi per eadē acta. nā appellare ab interlocutoria est appellare à processu, quia interlocutoria est de processu causæ, & processus non potest impugnari per causas extrinsecas quæ nō sint inclusæ in processu, & hæc de causis facti. Sed causæ iuris sunt liquidæ per aperturam librorum, de quibus non loquitur c. appellanti, ita no. Inn. in d. c. si. de ope. nou. nun. fol. eo. Si autem appelletur à præcepto diffinitiuo non est necessaria insertio causæ in appellatione, & sufficit, quod causa sit prius allegata in pcessu, vel per errorem omissa, vt ff. de mino. l. ait prætor. §. permittitur, & qd̄ no. in c. peruenit, de app. in nouella. Et ideo qui appellat à præcepto facto in confessum pōt in cau. appel. probare errorē, vt ff. de app. l. creditor. §. iussus, quod nō posset, si non audiretur, nisi ex eisdem act. cum habeat effectum diffinitiuum, quia parum à diffinitiua differt, quod no. Sed ipse iudex, qui est interlocutus, potest ex nouis actis suam interlocutoriā reuocare contrario imperio, vt ff. ne vis fiat ei. l. 1. §. hæc verba, & l. quod iussit. ff. de reiudi. idem in superiore eius adito non per viam appellationis, sed per viam querelæ, & officij iudicis, vt l. arbitrio. ff. qui satisd. cog. secundum quosdam: tene menti, vide infra in ver. causa, in 1.q. ibi, quando appelletur à sen. excom. &c. vide infra in verbo, Suspensus, in 6. quæst.

Appellari potest à nimia moderatione dilationis, non ideo, quia in prima vice misit peremptorium ita no. Inn. in c. 1. de dilationi.

Appellari non potest ab arbitrio eius, ad quem recursum fuit, vt cognosceret vt bonus vir, ita not. Inno. in c. præsenti, de rescrip. fol. 14. nu. 3. ponitur in l. 1. circa fi. ff. de leg. 2. vide infra in verbo, processus, in 4.q. vide per Io. An. in Spec. de appel. §. in quibus, in additio. suis.

Appellatio extra iudicium nō imponit silentium ius habenti, nec cassat actum legitimè factū, ita no. Inn. in c. cum nobis, de elec. fol. 22. num. 2. & vide infra in verbo, Renuncians, in 11. quæst.

Appellatio extra iudicium facit, quod iniusta excōicatio nō ligat, secus si non est appellatū, ita no. Inn. in ca. cum nobis, de elect.

Appellatio in vno articulo, an impediat processum in alio vide Inno. in d. c. cum nobis de elect. fol. eo. vide infra in verbo, Interlocutoria, in 1.q. vide infra in verbo, Renuncians, in 12.q. vide infra in verbo, Casus, in 12.q.

Appellatio an impediat officium executorium gratiarum, vide Inn. in cap. statuimus, de elec. fol. 37. nu. 2. vide infra in verbo, Sententia, in 15.q.

Appellatione pendente nihil debet innouari. qualiter intelligatur hoc dictum vide infra in verbo, Libellus, in 4.q. ibi, quia verum est in noua execu. &c.

Appellan sicut potest à iudice si grauat, sic & ab auditore si grauat, quia inter auditores & iudices quo ad hoc non est differentia, no. Inn. in c. dilec. de ma. & obe. 67.

Appellari potest à iuramento delato à iudice, & taxatione expensarum, ita no. Inno. in cap. super eo, quod met. cau. fol. 73. nu. 4. & quotidie istud dictū allegatur, quod potest appellari ab iniqua taxatione damnorū & interesse, non dico à tota taxatione, quia est executio primæ sniæ, sed à quota arg. no. in l. si cū exceptione. §. hoc aūt. ff. quod met. cau. Et dicit idē Inn. q iudex, qui errauit in mala taxatione, potest errorē reuocare. Bald. sed vr̄ de iu. ciui. q nō possit ab ista taxatione appellari, quia ista taxatio est executio, & declaratio condemnationis expensarum, vt colligitur ex gl. l. terminato. C. de fru. & li. expen. Sed sicut non licet appellare 10. diebus elapsis à snia condemnatoria, ita nec à taxatione, quæ est executiua primæ sniæ, ita sentit gl. in simili, in d. l. si cum excep. §. hæc autem actio. quod met. cau. item est alia ratio, quia ab executione nō appellatur, nisi modus excedatur, l. ab executione. C. quo. app. non recip. & tūc appellatur ab excessu modi, non à tota executione, quia certū est, quod in totū non exceditur modus, cum aliqua necessaria sit taxatio & iusta, licet non tanta. exempla, qūo dicatur modus excedi, sunt ista, vt quia ante tempus exequitur, & tunc exceditur modus in tēpore. Itē in rem exceditur modus, quia satis erat missio in possessionem modicæ rei, & facta fuit missio in possessionē magnæ rei, prout colligit ex gl. d. l. ab execu. & C. de app. l. si quis prouoca. Itē exceditur modus loco, & causa, sic & plus dr̄ quatuor modis. vnde solemus dicere. qd̄ fideiussor nō debet teneri in duriorē causam, quā principalis. quod accipitur quatuor modis. Itē cum sit interlocutoria nō procedit gl. sed certè si debet taxare in 5. & taxat in 10. non excedit modū in re, i. in quātitate. Itē falsum est, quod taxatio expen. sit interlocutoria, quia aliud est snia, aliud est taxatio, appellatur ergo à grauamine, qn̄ exceditur meta rationis in exequendo, non vt à sententia, vt colligitur in c. nouit, de appel. & sic tenet Inno. Bal.

Appellans quando succumbit, indistinctè debet resarcire expen. ita dicit Inn. in ca. finem, de dolo & contu. fol. 98. in nu. 5. vide quod no. infra in ver. expensæ. in 3.q.

Appellatio an intelligatur deseri per cautionem, vide Inno. in c. cū venissent, de eo, qui mit. in pos. causa rei seruan. 109.

Appellatur ab interlocutoria lata in possessorio, vnde licet in possessorio non appelletur à diffinitiua, tamē à grauamine appellatur, vt si fortè iudex nō vult probationes recipere, ita no. Inn. in c. significauerunt, de test. fol. 106. nu. 3. & ff. de minor. l. si ex ca. §. nunc videndum. per Guil. An. Ind. & Bal. & sic ab interlocutoria lata in iudicio possessorio appellatur, vt ibidem. Inno.

Appellatus, i. ille qui obtinuit sniam pro se, si negat eam latā perdit omne cōmodum, quod est ex causa consecuturus, & debet imponi sibi silentium, ne vlterius ea vtatur, arg. ff. de inter. act. l. non alienum. ergo licet appellans non producat sniam, quia fortè non potuit habere copiā eius, sicut interdū contingit, quia iudices nolunt dare copiā, vel ex alia causa, tn̄ procedit appellatio, & iudex interrogabit appellatū, vincentem, an sniatum sit pro eo, & si confiteatur, probatur snia per confessionem, si neget, imponitur sibi silentium, ne cōmodo aliquo vtatur ex ea. ita sing. no. Inn. in c. G. perpetuus, de fide instr. fol. 115. & non reperitur istud dictum alibi, secundum Bal. facit ad hoc l. 2. C. vt li. pend. & C. de erro. aduo. l. 2. instr̄m vero appel. semper debet produci. aliter. n. non pōt introduci appellatio. idem dico in simili, q si quis delet instrumentum, vel scripturam facientem pro eo, quia perdit omne commodum, quod posset cōsequi ex eo, etiam si suus aduersarius nollet q perderet, tex. est not. in l. 1. ff. de his, quæ in testa. delen. Bal.

Appellatione interposita quicquid dictum est in sententia reuocatur, ita no. Inn. in c. auditis, de exec. & ibi vide de forma libelli reuocatorij. & an debeant reuocari attentata antequā incipiat procedi super app. vide in c. dilectis, de app. 137.

Appellationi factæ facilius renūciatur quā fiendæ, ita dicit Inn. in c. quod ad consultationem. de re iud. fol. 125. in nu. 1. quod no.

Appellari non potest à disciplina vel correctione s̄m regulas, ita no. Inn. in c. ad nostram de app. fol. 131. Hoc verū, nisi Abbas vel prælatus in corrigendo excedat modū, quia tunc bene pōt appellari, & dicitur excedere modum si corrigat vltra quam regula doceat, ita no. Abb. in ca. de priore, de app. vnde si monachus delinquit in regula, & Abbas vel prælatus vult eum corrigere, non potest ab illa correctione vel disciplina appellare, nec correctioni pōt præscribi, quia peccandi licentia præscribi non potest, vt ibidem Inn. & no. eo. tit. c. cum speciale, in fi.

Appellari pōt ab instanti grauamine, vel à cōminatione iudicis, ita no. Inn. in c. inter cætera, de app. fol. 131. & in ca. pastoralis, in eo. tit. fol. 136. in nu. 1. Sed vr̄, q à cōmina. iudicis nō possit appellari, quia cōminatio non habet vim sniæ interlocutoriæ, vel diffinitiuæ, vt C. cōmi. vel epi. l. interlocutio. & l. fi. quia nō est grauamen, sed ordinatur ad grauamē de futuro. solutio, aut cōminatio iudicis infert iustum metū facti, & potest appellari, nam à factis ante factum pōt appellari, quia post factū, vt post torturā & ossa fracta tardè appellatur. C. de ap. l. si quis prouo. Aut infert iustū metum verbi, vt quia iudex cōminatur se pronunciaturū, & tunc non appellatur, vt ff. de iud. l. perēptorio. & hoc est verum s̄m leges, sed s̄m ca. vr̄ secus, inhærē. dicto Inn. qui dicit hoc, q appellatur à cōmi. iudi. & facit ff. de arb. l. non distinguemus. §. cum quidam, & ff. de offi. præfe. vrb. l. 1. §. cum patronus, & vide quod no. C. de cohor. l. si aperitur. lib. 12. & ff. offi. procon. & le. l. nec quicquam. §. de plano. adde quod minæ feruentes faciunt iustum metum, vt l. 1. C. si quacunque prædi. po. & l. 1. si rector prouin. & no. ff. de arb. l. licet.

Appellantis interest eligere auditorium Papæ, non appellati, ita no. Inn. in c. si duobus, de appel. fol. 131. in nu. 1.

Appellationem non prosequens in termino dato à iudice, non videtur deserere, si fuit impeditus per inopiā, quia terminus hominis succedit loco termini iuris, vt ff. de re iud. l. 3. §. si quis. ita dicit Inn. in cap. ex ratione, de app. fol. 131. in num. 2. quod est no. & vult, quod impedito per alium tempus currat, tamen restituitur. idem si fuit impeditus propter testium inopiam.

Appellans non debet recedere à iudicio, antequam deserat vel respuat appel. ita no. Inn. in c. super eo, alias in c. meminimus de app. fol. 152. Et sic no. q opponens exceptionē in iudicio parti nō debet recedere antequā iudex admiserit vel respuerit, quod no. & vide in c. interposita, per eum. fol. 140. nu. 3. eo. tit.

Appellari potest extra iudicium sine expressione causæ vel personæ, ita no. Inn. in c. consuluit, de appel. 132.

Appellatio quando suspendat processum primi iudicis, & qn̄ non, vide per Inn. in c. super eo, alias in c. meminimus, de appel.

Appellare & submittere se protectioni, idem est, ita not. Inn. in c. ad audientiam, de appel. fol. 133. in prin. idem dicit & tenet ibi Abb. ergo si quis dixerit, submitto me protectioni talis iudicis ad quem appellari debet, idē est, ac si dixisset, appello ad talem iudicem, quod no. & no. quid habeant operari ista verba, videlicet, submitto me protectioni talis iudi. &c.

Appellari quando possit à sententia interdicti, & qn̄ non, & quādopro-

Universidad de Deusto
Biblioteca

do prosit ista appellatio, vide per Innocen. in c. ad hæc, de appel la. fol. 132. in nume. 1. & ibi dicitur, quod per appellationem non suspenditur sententia excommunicationis, nec interdicti, secus in aliis sententiis & mandatis, seu prohibitionibus iudicum. & vide infra in verbo, sententia, in 32. q.

Appellari an possit ab executore, & ex quib. causis, vide per Inno. in c. nouit, de appe. fol. 134. & ibi ponit qui sint casus, qui non impediunt execu. sententiæ, quod no.

Appellans à sententia excommunicationis & deferens, fingitur non appellasse, & medio tempore fuisse excommunicatum, ita no. Inno. in c. nouit, de app. fol. eo. Tamen post desertam appellationem potest dicere sententiam nullam principaliter agê do de nullitate, vt l. si expressim, ff. de app. incidenter autem nó potest, quia vna instantia est in principali, ex incidenti vero duę, & hoc est de mente Inno.

Appellationem non prosequens, non potest conqueri de iudice à quo, quod fecerit litem suam, quia deserendo appellationem, videtur suo iuri renunciasse. ita no. Inn. in c. sæpe, de appel. fol. 134. in nu. 7. Secus si pendet appellatio, ut no. per glo. in l. 1. ff. quod quisque iur. Bal. dicit ibi, quod renuncians appellationi, nihilominus potest agere contra iudicem à quo de iniustitia sibi facta, ut alibi refert Bal. facit ad hoc l. cum interdicto. C. de arbi. tene menti.

Appellatus, i. ille qui obtinuit sententiam, si ius suum coram ordinario prosequatur, & appellans comparet, & opponit de appellatione, sed appellatus negat esse appellatum, vel dicit appellatiooem desertam, tunc iudex aditus cognoscet, & pronunciabit, & stabitur sententiæ super hoc, per eum late, nisi appelletur, ita no. Inn. in c. constitutis, de appe. f. 134. & seq. nu. 2. & 5.

Appellatio non debet impedire effectum confirmationis, ex quo confirmatio præcessit ipsam appellationem, ita no. Inn. in d. c. constitutis, de app. & ibi vide de materia appellationis, confirmationis, vel infirmationis electionum. fo. eo. in nu. 5.

Appellatio generalis debet admitti, ita no. Inn. in c. bonæ, de ap. fol. 135. nu. 1. Contrarium Abb. ut sup. in hoc verbo, q. 1.

Appellatione pendente, non potest quis denunciari excommunicatus ita no. Inn. in c. pastoralis, de appe. fol. 136. nu. 3.

Appellatio episcopi prodest clero & populo, ita no. Inn. in c. dilectis, de appel. fol. eod. nu, 2.

Appellationi non deferens iudex potest exequi sentẽtiam in multis casibus quos prosequere, vt infra in verbo, Iudex à quo, qui non detulit.

Appellare potest episcopus, cuius interest propter aliquod cõmodum, ita no. Inn. in c. dilectis, de appel. post prin. nu. 1. eod.

Appellatio etiam in absentia iudi. facta ritè eximit appellantem ab eius iurisdi. ita no. Inn. in d. c. dilectis, de appel. eod.

Appellatio non mutat naturam causæ, & ideo est summaria vel ordinaria, ut principalis causa, ita no. Inn. in c. cum spirituale, de appel. fol. 138. in nu. 7.

Appellans si coram iudice appe. non prosequitur, nec introducit appellationem nec agit tanquàm appellans, sed solum agit de nullitate, non debet audiri secundum quosdam. Inn. tenet contrarium in c. dilectis, de app. fol. 136. vbi vide. & hoc si appellatur à diffinitiua, secus si ab interlocutoria secundum eum. incidenter vero causa nullitatis venit sub prosecutione app. vt ff. fa mil. ercis. l. quædam mulier & ff. de iurepa. l. Carmelia Pia, & in l. 1. C. quando prouo. non est ne. & facit C. de accu. l. si absentẽ. quæ lex probat, quod omnis iudex appellationis est iudex nullitatum, secundum Bar. quod no. Bal.

Appellari potest à repulsa, & tarditate iudicis. de quo vide Inn. in c. interpositа, de appel. fol. 140. quasi in fi.

Apostoli, vide supra in uerbo, Appellatio, in 10. quæst.

Approbatus ad aliquod officium, non potest in alio officio consimili reprobari, ita no. Inn. in c. cum venerabilis, de excep. folio 121. nume. 7.

Apprehendere, vide omnino infra in verbo, res, in 2. q.

Arbiter, vide omnino infra in verbo, modus, in 2. q. post prin. ibi, sed in arbitro non potest, &c. Bal.

Arbiter si habet potestatem auferendi multum & parum, non potest peti reductio ad arbitrium boni viri. ita dicit Host. in c. humilis, de maio. & obe. & vide infra in verbo. clausula, in 1. q.

Arbiter super diuisione bonorum, an possit prohibere partib. alienationem bonorum, dic ut in c. Raynal. extra de testa.

Arbiter non recipitur in testem in causa, in qua est arbiter, & si fateatur se corruptum non præiudicat parti, ita no. Inn. in c. non sine de arbi. fol. 77. adde l. deferre. §. 1. ff. de iure fisci. & ibi per Bart. & vide etiam ind. c. per Inno. scilicet, quando quis possit de suo officio testificari.

Arbiter absoluit ab obseruatione arbiter propter contumaciam partis non comparentis, sicut iudex absoluit ab obseruatione iudicij, ita no. Inn. in c. ex parte, de arbi. & compromissum solutur commissa pœna, ut ibi tenet per Inn. fol. 78. nu. 1.

Arbitris primis duobus electis si datur potestas vtendi tertium incertum in causam dissensionis tantum, non valet: secus si partes plenè confidunt de eis, ita no. Inn. in c. innouit, de arbi. fo. 79. in nu. 3. do. Franc. Acc. dicit, quod si tertius arbiter non pronunciaret, aut esset nudus consiliarius, aut pędagogus. tu dic, q̃ non valet, donec auctoritate partium eligatur, seu auctoritate ineſt. & hic tertius est arbiter inquantum laudat, & metu pęnę sibi paretur à partibus, & non est arbiter, quia si discordat ab vtroque aliorum, qui etiam inter se discordabant, & tertiã fert sniam, hæc tertia snia prævalet. sed in vero & mero iuris arbit. nunquam valet dictum unius, quia vnus non est maior pars numeri licet tertius sit maior pars auctoritate, ut no. in l. item si vnus. §. priscipaliter, ff. de arb. item morte tertii soluit cõpromissum si alius subrogatur, vnde est per oia arbiter. item alii arbitri nõ faciunt arbitrũ hunc, l. non distinguemus, §. de off. ff, de arbi. sed lex facit fm quid, non simpliciter, vide per Dy. in l. si dominiũ. ff. de fur. itẽ Icias, q̃ dã illa videlicet, q̃ vnus solus arbiter possit pronunciare, intelligitur aliis absentib. non aliis pũtib. ut d. l. nõ distinguemus. §. cũ in plures, vbi ẽ casus no. Bal.

Arbiter censetur ille, cui datur potestas procedendi seruato ordine iudiciorum. Sed quando datur potestas procedendi non seruato ordine iudiciorum, tunc censetur arbitrator, & quam viam sibi elegerit hæc sibi pateat, ut ff. quod met. cau. l. si mulier. in fi. ita no. Inn. in c. Quintaualiis, de iureiur. fol. 118. in nu. 4. & 5. Et sic no. quid operantur illa verba copulatiua, s, tanquàm in arbitrum & arbitratorem; quæ quotidiè apponuntur in compromissis, quia sic datur potestas procedendi ordine iudiciorũ seruato, &c. alias erit arbitrator ut sup. quod tene menti. Bal.

Arbitro tertio absente, qui dixit uoluntatem suam & animũ suũ duobus arbitris consociis, & recesit, nolens pronunciare, illi duo possunt pronunciare, seu laudare, & valebit laudum. ita no. Inn. in c. Raynal. de test. fol. 166. in nu. 1. non enim debet malitia tertii iudicis, seu arbitri recedentis, seu nolle interesse alios impedire, vt in c. fi. de arbi. lib. 6. ex quo constat de animi sui voto. Secus si non constaret. secundum Inn. quod est notab. & vide quod no. ff. de admini. tut. l. Titium, secundo respõso. Et istud dictum est verum in recedente à loco, vbi conuenerant ad iudicandum, vt no. in c. fi. de arbi. lib. 6. in nouel. tamen doct. in ris ciuilis tenent contrarium. s. quia non seruatur ibi forma cõpromissi, nisi omnes arbitri electi iudicent, ut ff. de arbi. l. Prædius. §. 1. quæ no. Bal.

Arbitrio boni viri multa relinquuntur, & maximè de actis & actitatis. ita dicit Inn. in c. prudentiam, de off. dele. fol. 54. nu. 3. Et an vnus bonus testis excusetur à calumnia, relinquitur arbitrio iudicis, ita no. Io. And. in c. cum dilecti, de elect. in nouella. per Host. in c. finem litibus, de dolo & contu. & vide, quod no. in l. maritus. ff. de q. & vide sup. hoc eodem verbo, in 2. q. & vide supra in verbo, appel. in 20. q.

Arbitrium concessum potestati, vide Bar. in l. filiusfa. ff. de dona.

Arbitrator, vide omnino infra in verbo, modus, in 2. q. 6. prope finem, ibi, in arbitratore hoc potest dici, &c. vide omnino infra in verbo, factum, in 11. q. & vide infra in verbo, sentẽtia, in 13. q. & in 37. & 38. q.

Archiepiscopus potest punire subditos suffraganei. ita no. Abb. in c. ex parte, de inst. vide infra in verbo, Auctoritas, in 2. q. vide infra in verbo, Citatio, in 44. q.

Argumenta ideſt fama, dicit Inn. in c. cum in diœcesi, de vsu. vel perspicuæ præsumptiones, vt ibidem. Inn. 214

Armatus, vide infra in verbo, vsus, in 1. q. & vide infra in verbo, auxilium, in 1. q.

Assessor debet eligi de communi uoluntate, ita dicit Inno. in c. super quæstionum, extra de off. dele. fol. 57. nu. 6.

Auctentica nunc si hæres, C. de liti. quomodo debeat intelligi, vide Inn. in c. ex parte, de alie. causa iud. mu. facta. fol. 77. nu. 1.

Articuli quidã sunt antiqui, quidam sunt noui inclusi sub veterib. sub præscriptione. Quidã noui trahentes originem à veteribus modus, uel conditio, uel pactum à cõtractu interpretato simpliciter, ut in c. cum Io. Eremita. de fide instr. Quidam sunt noui separati, & non contigui à ueterib. Quidam sunt quasi contrarii. super istis de iur. ci. admittuntur hinc inde testes in causa appellationis, ut plénius ueritati subueniatur legitimè, ut l. per hanc. C. de temp. appel. Secus est de iure canonico, quia timetur subornatio post per contractas attestationes, ut in c. festib. de testi. in cle. vnde Legistæ studentes indagationi ueritatis, Canonistæ calúniarũ expulsioni. Legisti nõ præsumunt subornationes, nisi in eadẽ instãtia. Canonistæ ẽ in alia succedanea arg. ff. iud. fol. l. cũ apud. Nec obstat eis, c. uenies, de testi, qa ibi iualida est ꝓbatio ad obtinẽdũ, nisi fiat post li. cõte. Et iõ tanquam ad hunc finem non ritè recepti ante li. conte. iteratò recipiuntur, posſea secus, nisi ex parte & modo sint ritè recepti super inclusis & implicitis. Quidam de iure canonico dicunt testes non admittendos, quidã dicunt admittendos, si super hoc sigilla tim testes non fuerint examinati, licèt fuerint implicitè iurati. quod est verum, nisi fuerint didicita testificata, quæ legi nõ possunt, vt ff. de his, quæ in testa. delen. l. 1. in prin. & quia si iurauerint, ergo examinandi. Item super orientibus super eodem facto testes sunt recipiendi, si primi non fuerint interrogati secundum omnes. idẽ si fuerint extra articulum interrogati, quia cum non fuerint ad hoc producti, licet iudex ex officio interrogauerit, non officit didicisse testificata, secundum Inno. Item super discrepatione, quæ non fouet, tamen testes sunt examinandi, vt ff. de peti. hære. l. si quis libertatem, in fi. Item si egi rei vend. & nixus sum probare vnam causam remotam in primo iudicio, & in causa appel. non admittar ad probandum illam causam. ita no. notabi. Innoc. in c. fraternitatis. de test. fol. 106. per totum. Istud vltimum dictũ est verum, si specialiter egi ex pressa in libello causa remota, secus si simpliciter, vt ff. de app. l. Scio. & l. Titianus. ff. quod cum eo. C. de peti. hære. l. hæredes materteræ. & de pac. dota. l. Bebius, in fi. cum si.

Articulus debet probari prout formatur fuit, & imputet sibi qui malè formauit capitula, ita dicit Inno. in c. proposuit, de cle, excom. & ibi videas per eum. fol. 215

Arrarum datione vel promissione, an videatur recedi à prouisione legali, vide Bar. in l. item quæritur. de pub.

Archiepiscopus põt punire subditos su i suffraganei, ita no. Abba. in c. ex parte, de insti. & vide infra in verbo Auctoritas, in 2. quæst. & vide infra in verbo, Citatio, in 34. q.

Attestationes & confessiones factæ in vna instantia valent in alia instantia, etiam reo absoluto ab obseruatione iudicij, quod est no. Ratio est, quia magis sunt acta litis, quàm instantiæ, & ideo instantia perempta non perimit acta, secus in alijs actis, quæ sunt de ordine iudicij, ita no. Inno. in c. causam, de testi. fol. 105. nu. 1. Aduerte, quædam sunt acta quæ fiunt ad litis præparationem, & ista non valent in alia instantia, nisi sint probationes vel confessiones verbigratia, si tu in vna instantia confessus es te hæredem, vel hoc probaui, valẽt in alia, vt ff. de interro. act. l. si. Quædam sunt acta ad litis inchoationem, vt litis contest. & iuramentum calumniæ, & ista acta pereunt cum instãtia perempto termino, vt ff. de dam. infec. l. qui bona. §. si quis stipulatus. Quædam acta fiunt ad veritatis indagationem post li. contest. & ista non pereunt. Fallit in attesta. non publica, quia sine publicatione non probant, & in alia iustantia publicari non possunt, nisi de nouo recipiantur, quia publi. fit officio iudicis mercenario, & istud euanuit cum instantia, vt l. gesta, de re iud. fallit in c. quoniam frequenter, vt lit. non contest. Sed ibi non est finita instantia interitu, sed quia non desiderabat vlteriorem processum. Quædam sunt acta quæ fiunt ad interlocu. super incidenti vel emergenti, tunc si iudex interloquitur quo ad processum causæ, tunc finitur interlocutio, secus si in principale factum extraneum. ff. de mino. l. inter vtile. Quædam sunt acta quæ fiunt ad decisionem causæ, & ista sunt perpetua, nec enim finitur instantia, ideſt corroditur per diffinitiuam, sed acquirit intentum sententiæ, vt ff. de mino. l. 2. §. 1. Et vbicun que dixi acta finita, verum est, nisi quo ad effectus consummatos de præterito, puta interruptæ præscriptionis, vt l. cum notissimi. C. de præscrip. 30. vel 40. ann. nam quatenus traxit secum suum effectum, non rescinditur secundum Iac. de Are. & Bar. in l. 3. ff. iud. fol. Secus tamen si illa citatio perfectè non produceretur in esse, quia non comparet actor, vt no. in i. sicut. C. de præscrip. 30. vel 40. ann. per Guil. de Cun. tene menti. & vide infra in verbo, silentium, in fi. Bal.

Attestationes si sunt combustæ ante sententiam, testes possunt iterum produci, ita tenet Innocen. in c. constitutus, de testi. fol. 107. quod verum puto resti. facta ex clausula generali, quæ finaliter in aliocasu conceditur, vt puta, si produxi plures testes, & iudex refrenauerit numerum testium. inter approbatos reperiuntur qui dam, qui non possunt esse testes, & si deficit probatio, non conceditur restitutio, vt no. ipse idem in c. auditis, de in integ. restit. fol. 75. vel potest dici, q̃ sufficiat fides de amissione talium probationum, vt in c. testimonium, de testibus, in fi. Bal.

Augmentum, vide infra in verbo, Crimen, in 6. q.

Auctoritas, vide omnino infra in verbo, Differentia 4 q.

Auctoritas Archiepiscopi non requiritur, quando alienatur res maiores ecclesię, ideſt ecclesię cathedralis per episcopum vel per ea pitulum. ita no. Inno. in c. 1. de his, quæ fiunt à præla, fol. 157. & per eundem in c. statulmus. de transactio. fol. 68. Nisi obuiet iuramentum, secundum Host. & Lapum. Bal.

Auctoritas superioris requiritur, si duæ villæ velint inuicem se vnire in vnum corpus. Idẽ si vnum corpus velit se diuidere in duo. Ita no. Inno. in c. dilecta, de excess. prela. fol. 217. Et quod de duabus villis possit fieri vnum corpus, probatur in Auth. vt iud. fine qui quo suffr. §. illud, & quod vnum corpus possit diuidi in duo probatur in l. si eadem. ff. de assesso. Bal.

Auxilium præsumitur quis dedisse eo ipso, quod stat armatus cum malefactore. Ita no. Inn. in c. continentiam, de clerico percussore fol. 215. vide infra in verbo, Vadens, in 1. q. & infra in verbo, stat. in 3. q.

Auxilium legis frustra inuocat, qui committit in legem, vt extra de sent. excom. c. in audientia, &c. Bal.

B

BANNITVS, Vide omnino infra in verbo, Excommunicatus, in 12. q.

Bannitus, qui petit se absolui à banno, an possit antere bannitionem impunè occidi secundum formam statutorum permittentium bannitos impunè occidi, vide per Dy. & Bar. in l. 4. §. si seruus quem. ff. de acq. pos. & per eundem Bar. in l. pe. ff. de adulte.

Baptizatus in parte, an sit baptizatus in totum, vide per Bart. in l. possideri, in prin. ff. de acq. pos.

Bastardus an possit substitui per patrem filio legitimato, vide per Bar. ff. de dona. causa mor. in l. quod condi. vide per eundem in l. si is qui. ff. de vulg. & pup. substit.

Bellum prouocare contra infideles, & Reges Saracenorum an sit licitum, vide Inno. in c. quod super, de vo. & vo. redem. fol. 176. in nu. 1. & 7. & vide infra in verbo, clericus, in 4. q. vide infra in verbo, ope. in 10. q. & plenè per Inno. in c. sicut, de iu reiur. fol. 114. nu. 5. vbi tractat de bello licito, & illicito.

Beneficium dicitur titulus, secundum Host. in c. dudum, de elec.

Beneficium est benevola actio tribuẽs gaudium, capiensq; tribuendo, vt ait Seneca primo de beneficijs. Et omnium beneficiorum ista est natura, vt non sit necessitas, sed potestas, ait Quintilianus, lib. 1.

Beneficium est, quod tantum eius causa præstatur in quem confertur, ait Seneca 8. declamationum, Bal.

Beneficium manuale habens agit eo nomine, ita no. Inno. in c. edoceri, de resc.

Beneficia priora ad hoc, vt vacent, sufficit habere pacificam possessionẽ beneficij secundi de facto, licet de iure non vacet, & imputet sibi, qui errauit in iure, secus si errauit in facto, ita no. Inn. in c. constitutis, de app. fol. 134. in nu. 1. Prælatos maximè non excusat iuris ignorantia, vt ibidem per Inno. vide per eundem in c. de cætero, de sen. & re iud, 126

Beneficia sua quis perdit si per annum stat in excommunicatione, ita no. Inno. in c. cum bonæ, de æta. & quali. fol. 45. nu. 2.

Beneficium omne requirit residentiam, nisi constet de contrario, ita no. Inno. in c. clericos, de cleri. non residen. fol. 145. nu. 1.

Beneficia paria potest prælatus instituere alteri sine consensu c. ita no. Inno. & Abbas in c. nouit, de his, quæ fiunt à præla. 157

Beneficium si fuerit collatum absenti, licet nondum acceptauerit, non potest alteri conferri, & si conferatur non conualescit, licèt primus repudiet, quia eius voluntas primo debuit explorari, ita no. Abbas in c. accedens, de præb. qđ no. arg. contra, ff. si cer. pet. l. proinde, & de fidei. liber. l. ergo. §. si bona, & facit ff. de leg. 2. l. si tamen. Bal. & ratio quare interim non potest conferri, est, quia non vacat cum sit iam facta collatio. Bal.

Beneficium nó dicitur vacare simpliciter propter renun. factam animo permutandi, ita no. Abb. in c. cum secundum, de præb.

Bona vxorum non debent capi pro debito viri, ita no. Abb. in c. ex literis, de pig. & C. de priuilegijs fisc. l. 1.

C

CALVMNIATOR puniendus est, siue fuerit calumniator super accusatione, siue super denunciatione, & punitur extraordinariè, ita no. Inno. in c. cum dilectus, de calumnia. fol. 205. adde quod no. Cy. in l. sueriter. C. de excusa. tut. Bal.

Canonicus in eligendo non dicitur pub. officio fungi, ita no. Inno. in c. cum dilectus, de consue. fol. 16. nu. 5. In canonicum quis nõ potest aliquem recipere etiam nomine totius capituli, sed oportet, quòd singuli canonici hoc faciant, ex quo sunt in capitulo cõgregati, ita multùm no. tenet Compost. in c. eam te. de rescri. vbi omnino vide. Bal.

Canonicus electus vltra numerum habet vocem, & quotidianas distributiones, licèt non habeat præbendam, ita no. Inno. & Host. in c. cùm M. Ferra. de const. fol. 3. nu. 6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Canonia est nomen tituli & iuris, sed præbenda est nomen facti, & cadit etiam in extraneum, secundum Inno. in d.c.cum M. fol.60. nu.2 & vide infra in verbo, patientiam, in 1.q.& vide infra in verbo, ingressus, in 1.q.

Canonicus statum quod est factus, omnia ei incumbunt, quæ ad canonicos attinent, ita no. Inno. in c. in literis, de resti. spol. fol. 94. nu. 7. & ff. de ædil. edic. l. 1. diles. §. item sciendum.

Canonicatus ministrium est, ita no. Inno. in c. dilectus, de præb. fol. 147. nu. 2. & est secundum in ordine & vide infra in verbo, Tyrannus, in 1.q.

Canonici singulariter res ecclesiæ nō possunt alienare, ita no. Abb. in c. ad audientiam, de reb. eccl. non alien.

Canonicum cathedralis ecclesiæ esse est maior honor, quàm esse alterius ecclesiæ, ita no. Inno. & Abb. in c. fraternitatem, de sepul. fol. 168. Et sic videtur, quod licet infamis possit esse monachus, vt in Auct. de mona. in prin. non tamen possit impetrare canonicatum cathedralis ecclesiæ. Bal. vide in c. sta. de rescrip. li. 6. & in c. infamibus, de reg. iur. lib. 6 per Dy. & Zi. de Cremona.

Canonica portio non debetur ecclesiæ parochiali de his, quæ singulariter relinquuntur pauperibus consanguineis vel amicis intuitu pietatis, quia ista canonica portio non debetur, nisi de his, quæ relinquuntur alteri ecclesiæ vbi eligitur sepultura separata ab ecclesia parochiali, & ideo, ne alias ecclesias suæ præferat, ita no. Innoc. in c. de his, de sepul. fol. 244. Tamen ecclesia parochialis non aget contra hæredem testam. sed ecclesia cui est relictum aget, & contra istam cui est relictum dirigitur petitio ecclesiæ parochialis, vt in c. de his. & hac ratione nititur Innoc. non enim ecclesi parochiali quæritur iudicio testatoris, imò est quædam Falcidia, quæ contra voluntatem ipsius testatoris detrahitur, & ideo actione ex testamento peti non potest, sed condictione ex canone. Sed si ecclesia cui est relictū, repudiat legatum, tunc fortè penes hæredem remanet cū suo onere, C. de eadu. tol. l. vnica. § pro secundo, & arg. ff. de contrab. l. si post. §. vlt. quod no.

Canonum conditori, & creatoris Vicario subdita est omnis creatura, c. 1. nu. 1. de constitu.

Campana multis de causis pulsatur, vide per Inno. & Host. in c. 1. de off. cust. fol. 51. vide infra in verbo, vocatio, in 1. q. & infra in verbo, clericus, in q. 1.

Cancellatio siue cassatio processus & sententiæ prodest omnibus, qui per sententiam lædebantur etiam ipsius non citatis. ita not. Inno. in c. in nostra, de procu. fol. 71. nu. 8.

Captus ex causa famosa & in crimine non est infamis, ita no. Inno. in c. super his, de pœnis. fol. 223. facit ad hæc. C. de infa. l. 1.

Capere potest delinquentem omnis habent iurisdictionem, sed priuati, qui non habent, nō possunt capere, nisi illi quorum interest, vt si timetur de fuga, quia tunc licet: acclamare vero delinquentem, licitum est cuilibet, vt ff. de vsur. l. si quis solutioni. §. mora, vel si comprehendat delinquens in faciendo re, quia tunc licitum est capere, ita no. Inno. in c. vt famæ, de sentent. excom. fol. 228. nu. 4. idem dicit propter immanitatem criminis, vt l. fi. C. de male. qui mathe. Bal. & vide supra in verbo. bona, in 1. q.

Capere delinquentem ideo vt non possit iterum aufugere, seu offendere licitum est cuilibet, & non solum capere, sed etiam ligare, ita no. Inno. in d. c. vt famæ, de senten. excom. fol. eodem.

Capella quæ non potest ædificari, vbi iussit testator, permutatur per episcopum ad alium locum, ita no. Inno. in c. nos quidem, de testam. fol. 164. & vide ff. de vsufru. leg. legatum, & quod ibi Bar.

Capellam priuatam potest quis facere in domo propria, ita no. Inn. in c. ad hæc, de relig. domib. fol. 179

Capitulum, vide infra in verbo, præbenda, in 1. q.

Capitulum totum debet cōgregari in electione fienda, & est de forma, quod congregetur, ita no. Inno. in c. quia propter, de elec. fol. 31. num. 1. & an valeat quod fiet à maiori parte capituli, vide per eundem in c. cum omnes, extra de consti.

Capitulum prosequitur iura episcopatus, quæ videntur temporalia & spiritualia coram episcopo, & c. ita no. Inno. in c. dilecti, de maio. & obe. fol. 67. nu. 1.

Capitulum non succedit prælato in bonis discretis à dignitate, sed succedit successor, ita no. Inno. in c. relatum, extra de testa. 165

Carcer, vide omnino in verbo, citatio, in 2. q.

Cardinalis, vide in verbo, collegium Cardinalium.

Castrum si vendatur, ius patronatus ei accedit annexum. secus si vendo palatium, vbi est ecclesia, in qua habeo ius patronus. Ratio est, quia castrum in se continet vniuersitatem, s. honorem iurisdictionem, & districtum, sed palatium non est vniuersitas iuris, sed purum corpus, vnde incorporalia ei non accedunt, quæ possunt per se stare, ita no. Inno. in c. ex literis, extra de iure pat. fol. 181. nu. 1.

Castra vel alia loca, vel casamenta non licet facere ad æmulationē ita no. Innocen. in c. Pisanis, de restitu. spolia. fol. 58. vide l. quicunque C. de fundis limit. lib. 11. in tex. & gl.

Castra duo, seu ville possunt inuicem se vnire, & sic in vnum corpus: eodem modo & vnum castrum potest diuidi in duo, accedente tamen superioris auctoritate. Vide supra in verbo, Auctoritas superioris.

Castrum, Princeps fecit castrum, vel aliā ciuitatem eoipso, qđ scribet ei, vt ciuitati, vel nominando ipsam vt ciuitatem, vt ei concedere omnia priuilegia, quæ ciuitati incumbunt. ita no. Inno. in c. cum ab ecclesiarum, de off. ordi. quod no. fol. 63. nu. 3.

Castrum quod quis mihi furtiuè abstulit & occupauit, si est difficile eum recuperare posse, licitum est etiam mihi ipsum furtiuè auferre, ita no. Inno. in c. olim causam, de restitu. spolia. fol. 96. in nu. 8. Et ibi etiam habes, quod quando quis tenet violenter rem alterius, si dominus eam habere non potest, licitum est sibi eam furtiuè occupare & rehabere, quod tene menti, imo plus dicit ipse Inno. quod si non possum rem meam habere, possum æquiualentem surripere.

Cautio de iudicio sisti nō propter hoc legitimam personam iudicis, coram quo præstatur, nec partium. Ita no. Inno. in c. inter monasterium, de re iudi. ful. 129. in nu. 2. vide infra in verbo, sententia. in 38. q.& vide supra in verbo, appellatio, in 20. q.

Casus in quibus Papa reseruat sibi absolut. ponit Inno. in c. super, de sententia excommunicationis. fol. 227. in nu. 6. & vide infra in verbo, clericus, in 4. quæst. & infra, in verbo, citatio, in 7. quæst.

Casus, in quibus non est excommunicatus ille, qui percutit clericū, ponit Inno. in c. non dubium, & in c. veniens, de sen. excom. 324

Casus tres indicendi purgationem ponit Innoc. in c. inter, extra de purg. can. 222

Casus in quibus possunt testes recipi ante litem contest. siue libellus sit oblatus, siue non, ponunt Inno. & Host. in c. quoniam, vt li. non contest. fol. 86. & vide vnum casum in c. licet, de testi. & aliū in c. significauit, eo. tit. alium. ff. ad l. Aquil. in l. Aquil. alium C. de vsur. pu. l. pupillus. alium in l. diffamari. C. de inge. ma. alium. ff. de liber. leg. l. Aurelius. §. 1. alium. C. de fideiuss. l. si contendat. Sed non omnes illi pertinent ad materiam huius casus Bal.

Casus in quibus citatus vel requisitus non tenetur comparere, ponit Host. in c. bonæ, extra de elect.

Casus in quibus opponitur except. non agendi ponit Host. in c. 2. de ordi. cogni.

Casus in quibus tenet sententia contra res prius iudicatas, vide per Inno. in c. suborta, de re iudi. 129

Casus in quibus monachus potest esse procurator, vide per Inno. in c. cum I. & A. de re iudi. co. nu. 2.

Casus in quo simul duo interueniunt & admittuntur ad agendum, vel ad accusandum, vide per Inno. In c. Abbate, de re iudi. 130

Casus in quib. appellat ab executione, & casus, qui impediunt executionem sententiæ, vide per Innocen. in cap. nouit, extrà de appel. 134

Casus in quibus valet quod fit per iudicem pendente app. vide per Inno. c. interposita, extra de appel. 140

Casus in quibus tenet processus iudi. post appellationē. & quæ differentia fit in appellatione facta in iudicio, vel extra iudi. vide per Inno. in c. Romana, de appel. 141. in nu. 7. Et no. tres gradus in prosecutione appellationis, per quos gradus procedit, vel non procedit inhibitio fienda iudici à quo, vide ibidem per Inn. & no. bene ho. Bal.

Casus in quib. episcopus potest cognoscere contra laicos, ponit Innoc. in recepimus. de priuil. 219. in nu. 4. Bal.

Causa an debeat exprimi quando appellatur à sententia excom. vide Innocen. in capitul. per tuas, de sentent. excommunic. fo. 228. num. 4.

Causa potest derogari monacho, hoc expresso, alias non, ita no. Innoc. in c. cum olim, il 2. de priuil. 229. in nu. 1.

Causarum tria sunt genera, s. ciuilis, criminalis, & spiritualis, ita no. Inno. in c. crimina de collu. detegen. 214. vide infra in verbo, præceptum, in 1 q.

Causas quæ directè pertinent ad ecclesiam, ponit Inno. in c. nouit, extra de iudi. 81. nu. 4.

Causæ temporalis iurisdictionis & publicorum officiorum possunt terminiet iam die feriato, ita no. Inno. in c. significauerunt, extra de iudi. 82

Causæ cognitio nec ordo iudiciorum requiritur in reuocatione iurisdictionis, ita no. Inno. & Host. in c. accedens, vt li. non conte. 86. & ff. de iudi. l. iudicium soluitur. Bal.

Causam magis inspicimus quam personam in priuilegijs realibus, sed in personalibus magis personam quam causam, ita no. Inno. in c. 1. de rescrip. 4. nu. 5. vide infra in verbo, compromissum, in 3. quæst.

Causa quæcunq; tractatur etiam per restitutionem in integrum, executionem

executionem impedit, ita no. Innocen. in c. pastoralis, de off. dele, fo. 58. nu. 5. & C. de transactio. l. si causa.

Causa si simpliciter est commissa, intelligitur etiam commissum petitorium & possessorium, secus si specialiter alterum tantum, ita no. Inn. in c. 1. extra de seque. po. fol. 101

Causa citationis si non subest & citatus comparet, aduersarius eius condemnatur in expensis, ita no. Inn. in c. dilecti, de exce. fol. 121 in num. 1. & ff. de iud. l. cum quem temere. Bal.

Causa iudicii & causa testimonij non sunt eædem causæ, sed diuersæ ita no. Inn. in c. sicut nobis, de re iudi. fol. 127

Causa iusta audiendi, quæ potest examinari parte noncitata, non tamen iudex debet esse currens, ita no. Inn. in c. tenor, de re iud. fol. 126. quia ista examinatio erat præparatoria non iudicialis. facit quod no. ff. de bo. pos. l. 3. §. penul.

Causa est inserenda in libello, ita no. Inno. in c. inter monasterium, de re iudi. f. 129

Causa probabilis, i. iusta, verisimilis causa dic tur. quæ de iure approbatur, ita no. Inn. in c. bonæ, extra de appel. fol. 135. nu. 3. probabile quantum est ad opinandum, quod si probetur opponenti fauet Verisimile est, quod prima facie præsumitur quantum ad sententiandum. Probabile est quod ex actis apparet, vt ibi. Inn.

Causa vniuersitatis non præiudicat singulis, nec elidit, nec tollit priuilegia singulorum, ita no. Inn. in c. 2. de sepul. fo. 168. nu. 3

Causæ criminales possunt delegari de iure canonico, excepto vltimo supplicio, ita no. Inn. in c. in Archiepiscopatu, de raptori. fol. 212. in nu. 1

Clausula, sicut tibi iustum videbitur. intelligitur ideſt videri poterit & debebit, ita no. Inno. in canonum, de cōsti. fo. 2. nu. 2. in arbitrio enim hæc verba, seu hic sermo interpretatur, ideſt vt voluerit, vt l. diem. §. sitari. ff. de arbi. de natura arbitrii est secundum Host. ibi dem.

Clausula: non obstāte aliqua lege, quid operatur in statutis, & dic, quod idem, q; in rescri. ita no. Inn. in c. quæ in ecclesiarum, de cōsti. fol. 2. nu. 3

Clausula alias quantum de iure poterimus procedemus, non habet vim peremptorii, ita no. Inn. in c. sedes, de rescrip. fo. 7

Clausula, si est idoneus non requirit iudicialem disceptationem. ita no. Inno. in c. licet, de transla. fol. 38. nu. 4

Clausula, condemna si inueneris condemnandum, vel si fuerit probatum, non est forma, sed monitio, ita no. Inn. in c. prudentiam, de off. dele. f. l. 54. nu. 9

Clausula, quod si non omnes, tacitè intelligitur in resc. ita no. Inn. in c. suspi. in fi. de off. dele. fol. 61. nu. 3. vide infra in verbo, modus in 2. q. per totam.

Clausula, si quid residuum fuerit quæstionis, quid significet, vide Inno. in c. ad reprimendum, de off. ord. fo. 64

Clausula, non obstante, vbi apponitur in rescri. si pro alio scripserimus, secundæ literæ censentur subreptitiæ, ita no. Inn. in c. capitulum, de rescrip. fo. 12. nu. 6. idem ibi Host. & vide infra in verbo, litera, in 4. q. ibi, item subintelligitur hæc clausula, &c.

Clausula ista, quatenus fuerit canonicum decernas, restringitur ad petita, ita no. Compost. in c. super literis, de elec. vide supra in verbo, arbiter, in 4. q. in fi.

Clausula, studeas ad ius reuocare, etiam nudam possessionem continet si iure petatur, ita no. Inn. in c. episcopi, de reb. eccle. non alie. fo. 159. nu. 3. Et est sciendum, quod nuda possessio est triplex, s. præsens, & in ista dicit lex, eo ipso, quod quis possidet plus iuris habet quam ille, qui non possidet, ut ff. vti possi. l. 1. in fin. imo & detentatio ad officium iudicis pertinet, vt ff. de dona. l. Aquilius. Præterita, & etiam ista vi amissa parit ius agendi ad rem, vt no. ff. de fur. l. ita que, de peti. hæred. l. at vbi. Et futura, quæ parit interdictum adipiscendæ non omnino nuda esse debet, sed vestita titulo. C. de edic. diui. Adria tol. l. fi. & eius ius in tribus consistit, vt ff. de legi. l. fi. facit ff. de peti. hæredita. l. non tantum, de varijs & extraordinarijs cogni. l. de vsu. C. de fur. l. manifestissimi. §. cum in secunda. C. de agri. & censi. l. si colon. lib. 11. ff. de condi. furti, & ideo. §. Neratius, vbi omnino vide. Bal.

Clausula ista, à tali tempore citra, non includit tempus continuum, secus si apponatur copula & citra, quia copula cadens inter principium & finem includit medium tempus, ita no. Inno. in c. licet causam, de proba. fo. 103. nu. 6. quod tenementi. Bal. Et adde huic dicto, quod habes infra in verbo, testis, in 52. q.

Clausula ista, facias prouideri. ille, cui scribitur, potest prouidere per seipsum, ita no. Abb. in c. pro illarum, de præben.

Clericus non potest ferre testimonium in curia seculari sine licentia sui episcopi in causa ciuili, ita no. Inno. in c. 1. de iura. calum. fol. 87. in nu. 2. In criminali, vide glo. in c. cum ad sedem, de resti. spo. vbi no. quod in prin. causæ fauemus actori, in medio reo & actori, in fine reo, & vide supra in ver. Abbas, in 20. q. Et dicit Innoc. in d. c. 1. de iura. calum. quod clericus non potest iurare, necesse

procurator in foro seculari sine licentia sui episcopi.

Clericus non accusat laicum criminaliter coram iudice seculari, sed ciuiliter sic ita no. Inno. in c. cum P. de accusa. f. 202, nu. 3.

Clerici quando & qualiter possunt bellum indicere, vide Inn. in c. quod in dubijs, de pœnis. fo. 321. & per eundem in c. ex eo, de iudi. excom. f. 226, & vide infra in verbo, tyrannus, in 1. qu. est.

Clericus in quibus causis potest dari puniendus iudici seculari facta prius degradatione, vide per Inn. in c. qualiter & quando, & e accusa. f. 203. nu. 6. & facit c. cum non ab homine, de iudi.

Clerici quando perdant priuilegium clericale, & quando non, vide Inn. in c. prælatorum, de accu. fol. 205. & vide cap. 1. de apostatis.

Clerici omnes qui sunt beneficiati tenentur facere residentiam, ita no. Compost. & Ioan. Andr. in c. cum omnes, de consuetu. quod est no.

Clerici minores minora seruitia faciunt, quia purgant ecclesiam, accendunt lampades, pulsant campanas & similia. Et an maiores sin præferendi eis in præb. vide per Inno. in c. statuimus, de maio. & obe. f. 67. in nu. 1

Clericus si petit beneficium vacans, qui sunt citandi, vide per Inn. in c. de cætero, de transactio. fol. 69

Clerici possunt esse procuratores in curia ecclesiastica, non in seculari, ita no. Inn. in c. fi. de obli. ad ratiocinia. fol. 48. nu. 3. & vide per eundem in c. 1. de iura. calum.

Clerici si vacillant in testimonio eorum nihilominus possunt torqueri, ita no. Inn. in c. conquestus, de re iudi. per l. presbyteri. C. de episc. & cle. l. nullum.

Clericō seculari iniuriato, an actio competat ecclesiæ, dic, quod non si est facta iniuria personæ, secus si officio vel dignitati, ar. ff. de relig. & sumpt. fune. §. officia, & per Inn. in c. contingit, de sen. excom. fo. 228

Clericus percussus potest remittere actionem iniuriarum, sed nō excommunica. ita no. Inn. in c. non dubium, & in c. veniens, de sen. excom. fo. 226

Clericus duorum episcoporum, ideſt subditus duobus episcopis si de linquat, cui teneatur obedire, ideſt in cuius foro respondere, vide Inn. in c. ex ore, de priuil. f. 220. nu. 1

Clerici in minoribus ordinibus constituti, quando faciunt contrarium suo ordini, penitus perdunt officium clericatus, vt si fortè sunt milites seculares, vel ducant in uxorem viduam, vel in habitu & tonsura non incedunt: sed penitus eam deseruerunt. Secus in constitutis in sacris, quia coguntur ad ordinem redire, nec perdunt priuilegium, nisi fœua fecerint & habitum deseruerint, ita no. Inn. in c. 1. de apostat. f. 210. nu. 3. Et sic no. quando clerici propter inordinatam vitam perdant priuilegium clericale, & quā do non.

Clerici possunt dare aliquid liberè pauperibus consanguineis, ita no. Abb. in c. inhibendum, de coha. cle. & mulie.

Clerici negociatores tenentur seruare statuta loci, vbi negociantur, ita no. Abb. in c. ex literis, de vita, & honestate clericorum.

Clericus etiam fugiens potest propria auctoritate detineri à suo creditore sine metu excommunicationis, ita no. Inn. in c. vt famæ, de sen. excommu. fo. 228. nu. 3. quod est singulariter no. secundum dominum Petrum de Perusio. Adde, quod quicunque delinquēs potest detineri in loco, vbi deliquit, vt satisfaciat, etiam si fuerit clericus, ita no. do. Io. Cald. in repe. c. de illis, de rapto. in 2. no. & alleg. ad hoc ipsum c. & c. vt famæ, de sen. excom. & c. si clericus, eo. ti. de sen. exc. li. 6

Clerici etiam in minoribus constituti, vt lector, psalmista, & alii in minoribus constituti ordinibus, gaudent priuilegio clericatus. quo ad forum immunitatis, nisi contradicat consuetudo, quæ dat iurisdictionem, ita no. Inn. in c. 1. de apostat. fol. 210. nu. 3. & in c. nouit, de iud. fol. 119. & istud, quod dicit de consuetudine in istis clericis, est singulare dictum. valet ergo, quod fecit potestas, vel iudex alius secularis contra eos, si consuetudo dictat, quod est mē ti tenendum.

Clerici à quibus muneribus sint immunes, vide Innoc. in c. non minus, de immuni. eccle. f. 189. nu. j. 2. 4. & 6.

Clericus vel officialis, an possit rumpere ostia suæ ecclesiæ, & intrare per vim. Et quid de habentibus seruitutem rerum, vide Innoc. in c. 1. de immu. eccl f. 188. nu. 2. nec licet priuato, nisi iure possessionis.

Clericus ratione feudi potest compelli & conueniri, coram iudice seculari, ita no. Inn. in c. verum: de foro compe. fol. 82. numer. 2. Idem in laico: quia potest conueniri pro reb. ecclesiasticis coram iudice ecclesiastico: ita no. Innocen. in cap. si clericus: de fo. com. fol. eo.

Clerici non possunt iurisdictionem prorogare sine consensu suorū episcoporum: ita no. Innoc. in c. Romana: de foro compe. fol. 84. nume. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Clerici fæculares monasteriorum non habent vocem in electione prælatorum ipsorum monasteriorum, ita no. Inno. in c. cum causam, extra de ele. fol. 26. nu. 2.
Clericus non potest captus detineri, etiam volens à iudice fæculari, quia est publica iniuria totius clericatus, ita no. Innocen. in cap. ex rescripto, de iniurijs. Laicus vero volens, non dicitur detineri ab alio, sed à semetipso. ff. de rei vend. l. 1. §. per hanc, nisi sit talis, qui non habeat sui corporis potestatem, vt vxor filius & filia Bald.
Clericus licet sit beneficiatus, non prohibetur ad alia beneficia eligi, ita no. Inno. in c. cum ecclesiasticæ, de excep. fol. 120. nu. 3.
Clericus etiam in minoribus existens, eligitur ad dignitatem, ita no. Inno. in c. cum olim, de re iudi. 126
Clericus excommunicatus postea absolutus, an debeat habere fructus medij temporis, vide Inno. in cap. ex insinuatione, extra de appel. f. 135
Clericus non debet peregrinari, ita no. Inno. in ca. 1. de clc. pereg. fo. 49. vel ad curiam Papæ accedere pro impetratione beneficij, vel pro vtilitate priuata sine licentia sui episcopi, vel prælati sui. Secus si appellaret, vel grauaretur, quia tunc non tenetur petere licentiam, nisi de honestate. Item secus si teneret realia vt in c. eum parati, de app. fol. 132. secundum Innoc. quem omnino vide. Bal.
Clerici etiam non residentes habent vocem in electionibus, ita no. Inno. in c. clericos, de cleri. non residen. 145
Clericus quando dicatur habere ecclesiam pro derelicta, vide per Inno. in c. ex tuæ, de cleri. non residen. fol. eodem. nu. 4.
Clericus ex sola enormis delicti infamia est remouendus, ita no. Inno. in c. ex tuarum, de purg. cano. 222
Clericus & laicus possunt esse simul executores testamenti, ita no. Abb. in c. Ioannes, de testam.
Clerici coniugati non habent priuilegia, ne soluant fisco datia, siue collectas impositas. Sed bene habent priuilegium, ne propter commissum puniantur pœna corporali, ita no. Abbas, in c. ex parte, de cleri. coniuga. vbi vide per eum, & tene menti. Bald.
Cessio, vide omnino in verbo, commisso, in 1. q.
Cessio quando præsumatur simulata, & aliud est cessio, & aliud est contractus.
Cessio diciturad hærere contractui, non præcedere ex interuallo, nec seorsum diuersis instrumentis. de istis omnibus vide plenè per Inno. in c. ex parte, de alie. iudi. mu. causa facta fol. 77. nu. 2. De uerbo, cedo, concedo, mando, in solutum do, vendo, vel dono, vide Bar. in l. ad eum. ff. de dona.
Credulitas, creditur soli assertioni Cardinalis, vt p Inn. in c. cũolim, de priuil. fol. 219. & in c. ex rescripto, de loca. fol. 161. & ibi per glo. Doct. maximè per dominum Petrum.
Creditur in foro conscientiæ, quicquid homo dicat, ita no. Inno. in c. consulti, de reg. & transeuntibus ad relig. fol. 174. nu. 3.
Credi debet libro censualis & ei fides adhibenda est. item creditur etiam notario sine testibus, licèt pars neget testes dixisse illud, quod reperitur scriptum, ut dicebat Mar. ita no. Inno. in c. ad audientiam, de rescrip fol. 12. & vide per Doct. in l. si quis decurio. C. de fal. & quod no. in l. curent. ff. de testam. & vide l. lege. & l. Celsus. ff. de prob. quod no.
Creditur literis episcoporum sigillatis, quod est verum in extrajudicialibus, secus in iudicijs, ita no. Inno. in cap. post cessionem, de proba. fol. 102. nu. 1. vide infra in verbo, sigillum, in penul. & 2. quæst.
Creditur relationi publici nuncij, licèt non appareat de commissione, secus in nuncio priuatim assumpto, ita no. Inno. in c. quoniam contra falsam de proba. fol. 104. in nu. 3. vide per Cy. in l. neminem. C. de requi. re. qui dicit, quòd semper apparere debet commissio. facit ff. quod met. cau. l. fi. Bal. & dicit ibidem Inno. q illum cõmisionẽ non oportet scribere in act. & debet committi nuncio citatio certarum personarum non incertarum, ut no. Bar. in l. 1. C. de iudi.
Credere videtur ponens illud, quod ponit non certitudinariè scire ita esse, ita no. Inno. in c. statuimus, de confes. 102
Credulitas non excusat in iura. calum. nisi adsit veritas. ita no. Inn. in c. fi. de iura. calum. fol. 88. in nu. 1. in princip. quod tene menti pro testibus, vt cum deponunt vera esse, quia non credulitati, sed certitudini veritatis debet inhæreri. Bal. H. vide infra in verbo, scripturam, 6. q.
Creditor, vide infra in verbo, monasterium, in 1. q.
Census, vide infra in verbo petitio, in q. 3. vbi habes de formatione libelli ad censum.
Census est signum subiectionis, vel exemptionis, ita no. Inno. in ca. præterea, de transactio. 69
Censum qui soluit præsumitur esse, vel fuisse fidelis, ita no. Inno. in d. c. præterea de transactio. eo.
Cęcus, vide infra in verbo, Testis, in 43. q.
Cedula. vide infra in verbo, sigillum, in 4. & 6. q. & infra in ver. citatio, in 32. q.
Citatio vbi est nulla, quia non tenet, vel non emanauit, ibi sententia est nulla, ita no. Inn. in c. præsenti, de rescrip. fol. 14. nu. 4. & vide per eundem in c. querelam, de procu. fol. 70. nu. 2. vbi dicit, quòd quando citatio legitima non præcessit, sententia, quæ fertur, est nulla. ff. de re iud. l. si cum nulla, & l. vir bonus. ff. iud. fol. & quod no. per gl. in l. si pater. C. ne de sta. defun. & in c. vt debitus, de appel. Secus si est aliqua, sed potest elidi, quia arctat, nisi opponitur Bald. vide infra in verbo, sententia. in 14. & 50. q. & supra in verbo, causa, in 10. q.
Citatus simpliciter, qui non comparet per se debet mittere procuratorem, etiã si sit in carcere alterius iudicis, vel in exilium, ita multum no. Inno. in c. querelam, de procuratori. fol. 102. nu. 1. Contrarius tex. est ad hoc in l. 2. §. quod diximus, ver. simili quoq; modo. ff. si quis cau. secundum do. Bal. in reporta. suis. n. & vide infra in ver. contumacia, in 4. q. & vide infra in ver. reus. in 4. q.
Citatus vt compareat personaliter debet mittere procuratorem instructum, si ipse non potest comparere. Secus si fuit citatus generaliter, vel ad domum, ita no. Inn. in c. dilectus, de procu. ali às de proba. fol. 72. & vide infra in verbo, silentium, in 1. quæst. circa fi nem.
Citatus ad vnum actum & alios successiuè debet mittere procuratorem ad omnia. Sed si citatus est ad vnum actum solum, non tenetur facere procuratorem, nisi ad illum actum, in quo monitus est, ita no. Inn. in c. constitutus, de procu. fo. eo. in nu. 2. vide infra in verbo, vagabundus, in 2. q.
Citatus debet comparere saltem allegaturus suum priuilegiũ, ita no. Inn. in c. 1. de dila. f. 88. in nu. 3. vide infra in verbo, renunciatio in 1. q. & infra in verbo, condemnatio, in 4. q.
Citatio iudicis delegati quid debeat continere, vide per Inn. in c. præterea, de dilatio. fo. eo.
Citatio in quibus causis non tenet, vide Inn. in d. c. præterea, extra de dila. & de alijs multis ibi.
Citata vna parte quæ comparuit in termino sibi assignato, altera vero non comparuit: illa quæ comparuit etiam finito termino non potest recedere, & si recedit non erit contumax, nec citatio circũducetur, tamen altera parte comparente sententia valebit, quia iudex potuit expectare de benignitate, secus si licentiasset comparentem, ita no. Inn. in c. consuluit, extra de off. de leg. fol. 56. nume. 3.
Citatio, licet requiratur ad sententiam audiendam, tamen licet non fiat citatio, valet sententia si fuit lata: vtraque parte præsente, ita no. Inn. in c. exceptio. de exce. fol. 152. & no. in c. quoniam contra falsam, extra de proba. in gl. præsumitur, in fi. de. off. de leg. cum in iure, & in d. c. exceptiones, in glo. super verbo, punitur, de hoc limita. vt per Guil. & Bald. in l. pen. ff. de in ius voc. videlicet, nisi quando requiritur fieri citatio in scrip. ut ibi per eos.
Citatus si comparet coram iudice & recedat sine licentia ipsius, dicitur esse contumax, ita no. Inn. in c. calumniam, de pœnis. fo. 223. in nu. 2. & uide de hoc gl. in l. decurio. C. de decurio, & in l. si. e. tit. li. 10. Sint ergo cauti citati, qui compãent, ut nõ recedant sine licentia. Bal. Vnde non dicitur comparuisse, qui sine licentia iudicis recedit. ad hoc facit l. quæsitum. ff. de re iud. Bal.
Citatio non sufficit fieri ad domum quando quis citatur ut examinetur ut testis ad perpetuam rei memoriam, imo si personaliter non reperitur, debet expectari quousque reperiatur, & hoc uerum nisi esset periculum in mora, ubi autem esset periculum in mora, sufficeret citatio ad domum, ita no. Inno. in c. significauit, de test. fol. 109. quod no. Bal.
Citari. quando quis debeat personaliter citari, & quando sufficit citari ad domum, uide no. Inn. in c. si aduersarius, de eo, qui mit. in pos. bo. fo. 101. in nu. 5
Citatio ubi non est legitima, ut in pupillo & similib. tunc non fiet restitutio expensarum, ita no. Inn. in c. si aduersarius, fol. eo. ubi omnino nide de his, & de aliis circa hanc materiam citationis, uide supra in uerbo, absens, in 2. q. & supra in uerbo, appellatio, in 7. q. & infra in uerbo, uniuersitatis, in 5. q.
Citatus an teneatur comparere post terminum, uide Inno. in c. cum dilecti, de do. & contu. ubi dicit, quod non, quia non comparet legitimè, qui in termino non comparet. non citat per parem, sed requirit eum, ita no. Inn. in c. cum nobis, de electio folio 22. numero 4.
Citatus uel requisitus in quibus casibus non tenetur comparere, uide per Hostien. in c. bonæ, de electio.
Citare non debet iudex. nisi reum de quo quæritur, quando procedit ad instantiam partis, sed quando ipse procedit ex officio suo debet citare omnes, quos res tangit, ita no. Inn. in c. humilis, de maio. & obe. fo. 68. in nu. 2. & interim differtur executio, secundũ cum,

cum, & Host. ibidem.
Citatio specialis non est necessaria ad sententiam expen. sed sufficit contumacia, vel citatio ad diffinitiuam, ergo taxatio potest fieri sine noua citatione, quia est executio implicita ipsa condẽnatio expensarum. ita no. Inn. in c. querelam, de procu. fol. 70. in nu. 2. & no. in c. super eo, quod met. cau. dixi etiam in l. terminato. C. de fruc. & li. expen. Bal.
Citatus ad processum non est citandus ad interlocutoriam, secus in diffinitiua, ita no. Inno. in c. audi. de procu. fol. 71. in nu. 2. & per Iac. de Are. in l. nec quicquam. §. vbi decretũ. ff. de offi. proconſ. & leg. & vide glo. no. in auct. iubemus, super verbo, spectans. C. de iudi. item citatio generalis sufficit, sed vbi quis citatur ad vnum articulum, debet etiam citari ad alios, secundũ Innoc. ibidem.
Citatus non tenetur comparere, quando citatio peccat in forma cuidenter, vel in materia: nam cum sit interlocutoria est ipso iure nulla per manifestum errorem & defectum. ita no. Inn. in c. præterea, de dila. fol. 88. in nu. 1.
Citationis factæ à iudice, à quo est appellatum de defectu eius, vide Inn. in c. prælatorum, de accusa. 205
Citatione sine potest fieri notificatio, specificatio, & declaratio, ita no. Inn. in c. pastoralis, de rescrip.
Citatio quando de gratia citatur ille, quem de iure citari nõ oportet, expectandus non est, quia per hanc cit. non quæritur sibi ius, ita no. Inno. & Host. in c. cum inter R. de elec. fol. 21. in nume. 2. Sed alibi dicit Iaco. Butr. quod vbi aliquis est citandus, citatus est expectandus, vt ipse not. in auct. si omnes. C. si vt se ab hære. absti. Bald.
Citatio peremptoria est necessaria in causa appellationis licet non requiratur litis contest. ita no. Host. in c. ecclesia de consti.
Citatio quam faciunt canonici ad eligendum, non est propriè citatio, sed denunciatio, ita no. Inn. in ca. cum nobis, de elec. fol. 32. in nume. 2.
Citatus tenetur mittere procuratorem, non tamen tenetur diuinare fortuita, nec mandatum ad substituendum, ita no. Inn. in c. cum nobis, vt lite non contesta.
Citatus non tenetur quis comparere coram iudice delegato, nisi ipse delegatus mittat in citatorio copiam rescrip. non id co bul lam. ita dicunt Inno. & Hostien. in c. præterea, de dila. fol. 88. in nu. 1. Sed ordinarius non tenetur facere fidem de sua electione. Sufficit enim, quod sit in possessione, si tamẽ citet sibi subditum, vel in loco subdito sibi. Secus si non ciuem vel incolam post recessum, scilicet ab sententia extra territorium, nec eum potest bannire ob delictum, sed debet prius apprehendi & remitti, secundum Innoc. Sed consuetudo generalis cui est standum, seruat contrarium, quia forenses banniuntur in ciuitatibus ob delicta, alias impunè delinquerent. de iure verò communi absens, qui non est alias subditus ratione originis vel domicilij, sed est de foro delicti, præmissa legitima citatione potest damnari, nisi in pœnis capitalibus, vt l. absentem. ff. de pœnis. & hic, vt ibi, licet ratione delicti aduena efficiatur de foro, vt l. omnẽ. ff. de iud. non tamen efficitur subditus. & ideo non potest vendicari, licet originarius & incola vendicetur, vt l. de iure. ad mun. & ita intelligitur, quod no. in c. 1. de foro compe. in clem. Bald. In pœnis autem capitalibus potest patibanum præscriptionis bonorum quia est interlocutoria, vt l. 1. ff. de requir. re. Sed ex forma statutorum bannum etiam personale datur, quod transit ad veram condemnationem, per diffinitiuam subsecutam, non per se cum sit interlocutoria, vt no. Dyn. ff. de custo. reorum, per totum. in contractibus ille, qui recessit potest conueniri excepto aduena, non tamen patitur diffinitiuam lite non contestata, sed missionem, vt l. hæres absens. ff. de iudicijs.
Citatus ad diem feriatam an teneatur comparere die sequenti nõ feriata, an verò citatio sit nulla, vt ff. si quis in ius voc. non ierit. l. 2. in fi. Sed est verum, q̃ est nulla pro illa die. Sed vbi non dicitur, quod excusetur si non comparet in sequenti die iuridica. vide Inn. in c. conquestus, de ferijs. fol. 89. nu. 1. Dicit enim ipse, quod si in citatione fuit expressa mentio temporis feriati, vt compareat die dominica, quod non valet citatio. Aut non fit expressa mentio, vt compareat die 8. & tunc valet, & debet comparere die sequenti iuridica, quia præcedens dies intercalatur, id est occultatur & non dicitur octaua. Sed ista quæ est dies legitima dicetur octaua. Item quia duo videntur præcepta, vt ff. de arbi. l. Celsus, & lex dicit quod dies diffunduntur, vt ff. si quis cautio. l. 2 §. si quis in iudicio. Postea Inn. in d. c. conquestus, sentit indistincte, quod debeat legitimo tempore comparere. Host. dicit in c. ex posuit, de dilat. quod aut dies feriata assignatur pro termino, in quo debeat comparere, & non valet. aut pro termino vsque quo, & tunc valet, quia dictio, vsque, ponitur exclusiuè, & ideo debet præuenire in comparendo tẽporeiuridico, secundum Hostien. Non obst. d. l. Celsus, quia ibi dies adijcitur solutioni, vnde obligatio est perpetua, merito debet postea soluere. Sed citatio non ligat in perpetuum. Item non obst. d. §. si quis in iudicio, quia ibi erat impedimentum non ratione temporis, sed ratione personæ, puta morbi, vt ff. de arbi. l. si cum dies. §. si quis ex. Et lex dicit diem feriatam in numero dierum denunciari, ergo non fiet diffinitio, vt C. de dila. l. siue pars. Sed pro Inn. quod fiat prorogatio, arguo sic. Licitum est arguere de contractibus ad iudicia, vt ff. de iudi. l. omnem. Sed in contractibus bonæ fidei fiet necessaria prorogatio, vt ff. loca. l. insulam. §. fi. ergo & in iudicijs bonæ fidei. Sed respondeo, quod omnia præcepta iudicum iuris stricti iuris, quia ex eis oritur actio in factum, quæ est stricti iuris. vt ff. si quis ius di. non obtemp. l. 1. in fi. ergo nõ valet, quia actatio & impossibilitas temporis vitiat, vt in loco item post terminum remanet citatio sine termino, ergo non valet secundum eos, qui dicunt dies taxatos esse de substantia dilationis. videtur ergo citatio circunduci & non differri, vt ff. de arbit. l. arbiter. Cal. & hoc in dilatione, quæ datur à iudice. Si autem datur à lege, vel Principe valet dilatio, & tunc si dies feriatus est, terminus in quo debet comparere in iudicijs est die sequenti non feriata, vt in c. dilecti, de dolo & contu. Sed in actibus qui fiunt ante iudiciũ, vt in oblatione libelli, debet ea die offerri, vt ff. de adult. l. miles. §. fexaginta. nam quia potest ea die explicari, non sunt feriæ, vt no. in d. l. ex quacunque. ff. si quis in ius voca. non ierit, & in l. 1. de ferijs, & 15. q. 4. c. placita, quod si lex assignet tẽpus liti vel instantiæ non differtur, vt C. de temp. app. l. 2. in fi. idem si iurisdictioni vel arbi. vt ff. de arbitris. l. si de meis. §. fi. Si autem iuri & actioni datur restit. propter ferias repentinas, non propter alias, vt in l. sed per prætorem. §. si feriæ. ff. ex quib. cau. maio. patet ita que dila. currere cum opus sit restit. in integr. Idem videtur si lex assignet tempus ad probandum, vt in c. pia, de excep. lib. 6. quia assignatio quæ datur à lege, non habet vim interlocutoriæ. Secus in ea, quæ assignatur à iudice, vnde iudex potest eam mutare, velut interlocutoriam, vt ff. de arbi. l. qualem. §. dicere, & de præto. stipu. l. 1. in fi. & l. pen. vel forte in c. pia, cessat restitutio, quia est excep. dilatoria, iuxta nota. per Inn. in c. coram felicis, de in integ. restit. Sed quid econtra, si die feriata pro non feriata iudex citat? Circa hoc vide Cy. C. in quib. cau. in integ. restitut. non est necess. l. in minoribus. in 5. q. Bal. Et videretur valere inspecto fine, quia non prohibetur citatio, sed effectus citationis, vt ff. de minо. l. 3. §. j. ff. de contrahen emp. l. sæpe. §. si quis amico. In contrarium videtur non valere inspecto prin. quia obuiat prin. vt l. dies festos. C. de ferijs. ibi, horrida vox præconis sile cat. & ibi, taceat apparitio, &c. (suspendit enim lex organa tempore feriato. ad idem C. de feruis exportan. l. si minor. Solutio, duplex est citatio, vna quæ residet in iudice, & ista die feriata ob messes debet silere, tamen si confertur in tempus liticum in eo, quod non requirit sessionem pro tribunali, vt in dilatione probatoria, nisi de consensu partium, vt l. 1. de ferijs. Nec mireris, si dico iudicem citare quia potius ciatat ipse quam nuncius, vt ff. de ma. vind. l. si patrem. in fi. Alia quæ residet in nuncio, quæ est executio actus iudicis, & tunc si iudex commiserit tempore iuridico, potest nuncius citare tempore feriato ob messes, quia executio præcepti potest tunc fieri vt in ca. fi. de iudi. Secus in feriis in honorem Dei, quia tunc executio fieri non potest, vt d. l. dies festos, nisi vbi periculum esset in mora, vt in casibus priuilegiatis, quos ponit Azo, C. de feriis, ad fin. Item in feriis repentinis quæ respectu reipub. inducuntur. nam reipublica Deo comparatur, l. fi. C. de sa rosan. eccle. & feriæ repentinæ diuinis, vt no. in cle. sæpe, de verb. signifi. in glo. ordinaria. Sed nunquid habens dila. octo dierum ad comparendum possit comparere incontinenti in prima die? dico, quod tenetur expectare alteram partem, quia dilatio est communis. hoc verum nisi in expect. curreret tempus sibi siue periculum, vt quia habet terminum ad probandum. tunc enim non tenetur expectare aduersarium, alioquin non posset producere iura sua, nisi in extremitate temporis, quod est absurdum. Aduertat tamen, quod si interim producit testes, faciat aduersarij citari vel moneri, vt C. de testi. l. si quando, per Bar. & l. in illa stipulatione, de verb. obl. & not. ista.
Citatio quæ non est iudicialis non requirit peremptorium, ita no. Inno. & Host. in c. cum nobis, de elec 22.
Citatus sine apposi. horæ videtur citatus ad horam consuetam, ad quam solitus erat citari, vt compareat, ita no. Inn. in d. c. cũ nobis, extra de elec. fol. eo. nu. 4.
Citatus si timet ne vis fiat personæ debet mittere procuratorem, secus si consensu. ita no. Doct. in c. bonæ, de elec.
Citare non potest vnus de pluribus legatis, nisi adiiciat causam, quare ad eum pertineat iurisdictio, ita no. Innoc. in ca. prudentiam,

Universidad de Deusto
Biblioteca

tiam, de offic.deleg.fol.53.in numero 1.
Citatio,quãdo est generalis, potest generaliter procedi ad quemlibet actum,secus si est ad certum actum, ita no.Inn. in c.consuluit,de offi.deleg. 56.
Citatio est exordium iurisdictionis & initiũ. Sed quo ad causam initium & fundamentum li.est contestatio. Illa enim quæ anteli.contest. præcedunt sunt quædam præludia,nõ litis ingressus,ita no.Inn.in c.super quæstionum,de offi. deleg. fol.57.in nu.2.facit.l.1.C.de præscrip.long.temp.Bal.
Citatus si non comparet, non dicitur propterea turbare iurisdictionem,imo iuuare,quia facilius procedit,ita no. Inn. in c.significauit de offi.ordi.63.
Citari non est necesse singulos de vniuersitate in negociis vniuersitatum & collegiorum,& ideo absentes citari non debent, sed solum administratores,idest rectores. Secus in factis singulorum, quia debet esse citatio singulorum non generalis, & ideo etiam absentes sunt citandi,vt ff. de mino.l.etiam.§.fi.ita not. Inn.in c.humilis,de maio.& obe.fol.68.nu.2.
Citatio,quando fit ad domum, si nemo ibi reperitur, cedula debet affigi ædibus,seu in porta domus,ita no.Inn.in c. si aduersarius,de eo,qui mit.in pos.causa rei seruandæ.fol. 101. nu.5.
Citandi qualiter fiat in publicatione instrumenti,vide Inno. in c. Albericus,de testi.fol.160.au.1.& vide C.de re iud.l. gesta, per gl.& doct.Bal.& vide etiam per Inn.in d.c.Albericus,de publica.testium,procurationum, & instrumentorum.
Citatus vel iam præsens ad sententiam non potest impedire executionem ipsius sententiæ, licet veniat ex transuerso, nam debuit appellare. idem quando sola scientia habetur pro citatione,quia ius citat scientem,scilicet vbi sola scientia sufficit, nequeenim regulariter sufficit scientia,vt per Io. An.in c.cauſam, de ele.in clc.& l.sæpe de re iud.Secus si non est præsens vel citatus à lege;vel à iudice,vt ff.de re iudi.à diuo Pio.§.si super rebus,& C.si per vim,vel alio modo,l. fi. & Innoc.in ca.veniens, de testi.
Citatio testium requiritur in publicatione testamenti, idem in depositi,non autem in exemplatione scripturæ auctenticæ,licet testamentum habeat sigilla, illa sigilla non sunt auctentica sed priuata,ita no.Inno.in c.fi.de fide instru.fol. 115. in nu.1. Adde etiam,quia si testamentum est scriptum manu priuata exigitur publicatio, idem si manu publica,quia non probat, nisi testes adiuuent deponendo,vt C.de testamentis.l. hac consultissima.§. penult. nam instrumentum notarii non habet vim nisi duorum testium, non 7.secundum quosdam. Sed veritas est, quod in testamento solẽni habet vim 7.testium, & non requiritur publicatio secundum But.Dyn.& Bar. instrumentum enim reputatur esse vox mortua, & habet vim tot testiũ, quot sunt in instrumento descripti ad essentiam instrumenti, secundum Bar.Bal.Itẽ scias,quod error testamenti in scriptis,quod testamentum dicitur scriptura priuata,vt no.C. quemad. testa. aper.l.2. habet probari per tot testes, per quot falsitas, vt not. ff.de leg.2.l.cum proponebatur.Et sic error & falsitas probantur per numerum testium,quod est no. Adde Insti. de inutili stipu.§.item verborum.
Citatio requiritur in notorio,ita no.Inno.in ca.ad nostram,il 3.de iureiur.fol.118.scilicet rei principalis non rei transuersalis, vt ff.de act.emp.l.emptorem,& operatur notorium idem,quod legitima probatio in iudicio facta. Item idem, quod sententia quo ad concludendum, non vero quo ad aliquid de nouo inducendum,vt ff.de cura.furio.l.Iulianus,& not.in l.qui mutuam. §.non ideo.ff.mandati, nec incanonem latæ sententiæ,vt ff.de ritu nupt.l.palam,in fi.& ff.de capi.diminu.l.amissione.§.1. in glo.Bald.
Citatio,quando fuit facta duobus intelligitur iudicatum contra omnes citatos, ita not.Innoc.in ca. quamuis, de reiudica.fol. 12. numero 1.
Citatio,seu monitio requiritur etiam in notorio,ita no. Inn. in c. sacro.de sen.excom.fol.229.in prin. Adde quod ipse idem no. in c.tua,de coha.cle.& mulie.fol.144. in nu.8. tamen monitio iudicis,idest iussus dandi vel faciendi,non habetur pro citatione,secundum eum in d.c.tua,in gl.2.in ver.item monitio.
Citatio prima potest fieri sine causæ cognitione, & licet fiat per nuncium,ita dicit Inn.in c.accedens,de accusa.204.
Citatio non fiet,nisi ad probationem contumaciæ,ita not.Innoc. in c.accedens,de accu.fol.eod.& ibi vide per eum de effectu citationum.
Citatio potest fieri alternatiuè, vt compareat tali die, vel tali,ita not.Abbas in c.2.de testi.cog.& etiam conditionaliter,vt compareas si vis opponere,vt no.C. si man.ita fue.alic.in l.ea quidem,ou od not.Bald.Adde, quod quotiescunque mandatur aliquid fieri,intelligitur mandari,quod fiat apto & congruo tempore,vt ff.man.l.si vero non remunerandi.§.fi.Bal. & not.hæc.
Citati vel citandi hoc modo si volunt se opponere, non intelliguntur citati præcisè, sed sub modo,ita not.Inno.c.in ca.dilecti,de excep.fol.121.in nu.1.& no.C.si man.ita fue.alien.in l.ea quidem. Bald.
Citatus à rege debet ei honorem exhibere comparendo, magis quã Archiepiscopo. Sed Papa ante omnes debet honorari,quia Papæ & Imperatori semper est obediendum. Et excusat citatio Papæ,non alibi comparentẽ, vbi citatus alias comparere tenebatur,nisi citatus procurauerit se citari à Papa,ideo vt corã alio non haberet comparere. Et pro hoc videtur tex.no.in l.2.circa fi.in ver.simili modo.ff.qui satisd.cog.ita no.Inno.in ca.parati, de appel.fol.132.& quod no.ff.de offi præfec. præto.l.1.§. his cunabulis,& l.2.in fi.ff.de custo.& exhi.reo.Bald. ex prædictis patet,quod si quis est citatus ab vno iudice inferiori, & postea citetur ab vno superiori,cp citatus debet obedire in comparendo magis iudici maiori,quam inferiori.fallit in Papa. Item nisi citatus hoc procurasset,vt prædixi.
Citatus comparens per metum illatum personæ vel consensui, coram iudice à quo, non intelligitur deserere appellationem, ita no.Inn.in c.si iustus,de app.fol.140. Sed an valeat sententia lata à iudice coacto metu dic,quod sic,sed obstat exceptio,11. q.3.c.4.vel vbi metus erat illatus personæ,vt pronunciaret,& non consensit,vt sic pronunciaretur,& sic de hoc, vt in cap. 1. quod met.cau.lib.6.
Crimen probatum in modum exceptionis non inducit priuationis sententiam,ita no.Inno.in c.inter dilectos, de excess. prælatorum.fol.216 in nu.1.& vide infra in verbo, Responsio,in 3.& 4. quæst.
Crimen quale potest obiici institutо vel prouiso.Vide ibid.Inno.
Crimen omne est publicum, & nunquam de eo potest transigi de iure canonico,ita no.Inno.in c.crimina,de colluſ.deteg.fo.214 & crimen veritatis dimitti non potest. Secus in crimine præsumptionis vel suspitionis,vbi pœna culpam excedit,& est delictum omissionis,vt ff.ad Syl.l.2.Bal.
Crimen,ætas,infamia,& quia testis non sufficienter probat id,ad quod inducitur excludit probationem testis,ita no.Inno.in c. quotiens,de purg.cano.fol.220.facit,quod not.gl.in l.Lucius. ff.de infami. Et licet actor deficiat prædictis modis in accusatione,tamen ingicitur purgatio.Item non sufficit, coram se euangelium habere,vt ibidem Inno.
Crimen pacis fractæ pertinet principaliter ad ecclesiam,ita not. Inn.in c.nouit,de iudi.fol.81.in num.7.& vide infra in verbo, maleficium,in 1.q.& infra in verbo,Procur.in 1.quæst.
Crimina recipiunt augmẽta propter multiplicationem actuum, vel multiplicationem iniuriæ,ita no Inn.in d. c.nouit, de iud. fol.eod. & facit.ff.de pœnis.l.si diutino.Et facit ad stat. si quis vno impetu. &c.Bal.
Criminis enormitas iuducit aliud,quam ipsum crimen,ita no.Inno.in c.cum non ab homine, de iudi. 80
Crimen quando tenetur quis denunciare, vide Inno. in c.nouit, de iudi.fol.81.nu.1.
Crimen notorium punitur ex testibus receptis super inquisitione generali,nõ aliud crimen,ita no.Inn.& Host.in c.bonæ,de ele.23
Crimen de iure ciuili aut opponitur testi cum infamia facti, aut cum infamia iuris,aut sola infamia sine crimine,aut solum crimen sine infamia. Primo casu aut est crimen atrox, vt hæresis, & in totum repellit testem, vt C. de summa Trini. & fide Catho.l.1. Aut est crimen leue,vt iniuriarum,& tunc nõ repellit, sed fidẽ testis lædit, seu vulnerat. Vnde ex altera parte duo integri viri contratium asserentes præponderarent,argum.ff. de eden.l.si quis ex argentariis,& de testi.l.ob carmen.§.fi. Secundo casu omnino testis repellitur,nam etiã cum tormentis non probat,vt ff.de testi.l.3.§.pen.& ff.de senato.l.Calsius. Tertio casu non repellit testem,sed fidem eius velat aliquantulum, vt si pater filium interponit,aut iudex instigatorem,vt ff.de infa. l.ob hæc verba. Quarto casu non repellitur quis à testimonio, puta si crimen erat occultum, vel erat crimen cõtumaciæ,quia non venerat ad iudicem, nam contumacia non infamat,vt l.1. C. de modo multa. Et hæc sunt vera, nisi in crimine periurij, quia periurus omnino repellitur,vt l.Lucius.ff. de infamibus, & ff.de re mili.l.qui cum vno.§. ignominia. nisi iuramentum esset temerarium,vt no.Inno.in c.constitutus,de testi.fol.107. De iure autem canonico probato crimine cum dolo stati m videtur esse probata infamia canonica, & repellitur testis ante peractam pœnitentiam,sed post peractam pœnitentiam non repellitur,nisi in crimine periurij, ita no.Inn. in c. testimoniũ,de testi.163.nec sufficit pœnitentia cordis,de qua no.Instit.de iniurijs.§.fi.sed requiritur satisfactio operis,quod no.Bal.
Ciuitas potest facere legem,seu statutum cõtra ius cõe, dũmodo illa

illa lex, vel illud statutum non sit præiudiciale alicui personæ certæ,ita no.Inn in cap.venientes,de iureiuran.fol.118.hoc verũ,nisi illa specialis persona causam dederit sta. propter sua demerita,vt no.in l.amissione.§.qui deficiunt. ff.de capi. di. Itẽ etiam quod non fuerit demeri ta illa persona, sta. propter hoc nonent nullum ipso iure,sed ope exceptionis,vt l.1.in fi. ff.de dolo excep. Nec obst.l.si priuatus. ff. qui & à quibus. quia ibi populus non procesit per uiam statuti,sed per viam metus,& compulsionis Bald.
Ciuitas potest confiscare bona,si hoc habet ex priuilegio vel consuetudine,nam ista sunt paria.ita no. Inn.in cap.postu. de foro compe. fol.83.& in Auct.de defenso.ciuitatum.§. non habentes,in fi.glo.magnæ.nam confiscare sibi bona est meri imperij, vt C.de bonis vacan.lib.primo.10. Bald.vide infra in uerſicu. Syndicus in 1.quæst.& infra in verbo, Tyrannus,in 1.q.
Ciuitatis nomine non continetur comitatus de stricta significatione,nec etiam comitatiui nomine ciuium cõtinentur, quia stricta significatio in rescriptis est accipienda. Item quia ciues sunt honorabiliores,quam comitatiui, ita no. Host.in capitu. Rodulphus,de rescrip. Et ideo in honoribus municipalibus rustici nõ etinentur sub nomine ciuium,vt C. vt rustici ad nullũ obsequium vocentur,per totum.debent enim studere agriculturæ non publicis honoribus. Virgilius tamen homo egregius dicitur Mantuanus,quia in comitatu Mantuę natus fuit,vt dicit gl.in l.qui ex vico.ff.ad municip. Bal.
Ciuitas non restituitur,ita dicit Inn.in c.1.de in integr.resti.fol. 74. numer.1.
Ciuitas de vrbanitate tenetur reficere damna facta vel inflicta ab hostibus,vel à piratis suo nuncio, vel legatis, & non solum de vrbanitate,sed etiam de iure tenetur,ita no.Inno.in cap. sicut il 2.de iureiur.fol.117.in num.5.quod est verum quando ambasciata est immediata seu proxima causa damni,vel etiam remota,secundum eum ibidem Bal.
Ciuitas,collegia ecclesia,omnia ista possunt destrui auctoritate superioris causa cognita,& tunc perdunt omnia priuilegia ciuitatis,& collegij.Vnde si collegium denuo restauratur, si primum erat exemptum,istud non erit exemptum.Si ciuitas reponitur, & ante habebat ex priuilegio vel præscriptione merum imperium,modo non habebit,nisi restituta sit à Principe, quia tunc omnia, quæ iuris sunt, recuperat, & ciues quos perdiderat,& priuilegia,& statuta,vt hoc accidit Carthagini & Bononiæ,vt ff.quib.mo.vsusfru.amit.l.vsusfructus, & no. in proœmio ff. in §. hæc autem tria. Si autem de facto opprimatur à prædonibus & latronibus vel tyrannis, & capiatur & destruatur monasterium,ecclesia vel ciuitas tamen sine vllo corpore materiali viuit quodam intellectu,& extat anima,vt ita dicam quasi sine corpore,& retinet omnia priuilegia,vt ff.de fideiuss. l.mortuo, & de petitio. hæredi.l.hæreditas.& ipsi semetipsos reædificare possunt,& si nemo viuit superior restaurat,& priuilegia exemptionis,& cætera iura, quæ durabant habitu, reducuntur ad actum ipso iure,secundum Inn.qui hoc no.in c.cum ex iniuncto,de nou.ope.nuncia.fol.218.numero 2. & facit ff. de leg.3.l.pater.§. Tusculanus. Et est ratio differentiæ, quia quando de iure destruitur, titulus cassatur, sed facti calamitas titulum non aufert, nec nomen,vt ff.de serui.vrba.præd.l.seruitutes.§.si sublatum, & l.eum debere columnam, cum simil. & no.isti. Bal.
Ciuis, vide supra in ver. Ciuitas,in 3.q. & infra in ver. Tyrannus,in 1.q.
Cœmiterium an debeat esse propinquum ecclesiæ, vide per Inn. in c.abolendæ, de sepultu.fol.169.nu.2.
Cœmiterium non habet omnis ecclesia, nisi habeat populum,vel ex priuilegio,ita no.Inn.in c.1.de sepultu. 167
Condemnatus de crimine publico,non propterea intelligitur depositus à beneficio, ita no.Inn.in c.nihil, in fi.de elec.fol.33. num.5.vide infra in verbo,sententiam,in 17.q.& infra in ver. Renuncians, in 2.quæst.
Condemnatus de crimine non statim perdit officium, vel beneficium, sed requiritur post illam condemnationem depositio.ita no. Inn. in c.qualiter,il 2.de accu. 203
Condemnatus qui facit id,quod est consecutiuum appellationis, licet compareat coram iudice à quo, non intelligitur deserere appellationem, ita not. Inno.in cap. pastoralis, de offi.deleg. fol.58.num.c.4.arg.ff. de mino.l.4.§.scio, vide supra in verbo, Clausula,in 5.quæst.Bal
Condemnatus seu grauatus, qui non appellauit in incidenti, appellans in principali omnia potest prosequi,ita no.Inn.in cap. quod ad consultationem,in gl.quæritur,de re iudi.fol.126.secus in sententia quæ non tangit factum principale,quia examinatur & appellatur seorsum à principali,vt in sententia expensarum, secundum eum ibidem. & secus in interlocutoria,quæ fertur ante litem contestatam,vt C.de procur.l.ita demum,& ibi per Legistas.
Condemnatio expensarum quandoque fit in principio litis,quandoque in medio,quandoque in fine,ita no.Inn.in c.nouem, de dolo & contu.fol.98.nu.2.& 3.& sic patet, quod quocunque tempore litis fieri potest. Bal.
Condemnato mortuo non fit executio, nisi citato primo hærede, ita no.Inn.in c.quia,de iudi.fol.80.vide infra in verbo, Sententia, in 28.quæst.
Condemnato vel grauato sufficit ire vel mittere ad sedem Apostolicam pro grauamine sibi illato, & protestari, ne quid noui interim fiat, & hoc habetur pro appellatione, ita no.Inn.in c. vt debitus,extra de appel.fol.137.nu.2.
Condemnato iniustè iudex tenetur ad resti. totius damni, quod consequitur condemnatus,ita no.Inn.in c.super eo, quod met. cau.fol.73.nu.4.
Conducens stipendiarios, vel equos ad bellum non tenetur ad emendam equorum mortuorum in dicto bello, nisi ex pacto conuentum fuisset,& tunc à finibus pacti non est recedendum, ita no.Inno.in c.sicut in iure, de iureiuran.fol.119.nu.4.idem in commodatario,secus in mandatore,nisi ex debito hoc ei facit,secundum Inno.ibidem. quod tene menti, & vide Cy.C. ad l. Iul.de vi.in l.quoniam multa facinora. Bald.
Conductor cessando in solutione per biennium cadit à iure suo, ita no.Inn.in c.propter,de loca.& condu.fol.161.num.3. Hoc modo priuatur tit.conductionis, & omni suo iure. Sed statim, quod non soluit,potest reijci,vt commoditas vtendi impediatur, non vt locatio finiatur, vt C. loca.l.edem. & de furtis.l.si seruus.§.locator. secundum Iac.Bal.
Contrauenire licet cuique post sententiam contra suam confessionem sententialiter reprobatam, ita no.Inno.in capitul.mulier, de iureiu.fol.119.& in cap.cum venerabilis, de excep.per eundem.fol.121.nu.7
Conditio,si Deus voluerit,quæ subauditur in quolibet iuramento,quid operatur,vide Inno.in c.debitores, de iureiu.fol.117. nu.2.vbi dicit, quod operetur hoc, quia si iurauit tibi commodare arma,tu vis ex eis occidere hominem,non teneor tibi seruare hoc iuramentum,quia Deus non vult. hoc fieri,vnde iuramentum licitum non debet trahi ad illicitum casum,nec ad periculum animæ perduci,secundum eum idem. Et sic no.casum, in quo quis potest venire contra suum iuramentum alteri præstitum, vide etiam ibi, quod iuramentum præstitum potest etiam in melius commutari, sicut votum factum, secundum Inno.ibidem Bal.
Conditiones quandoque subintelliguntur tacitè iuramento, vt sunt conditiones de futuro. Prima est, si Deus voluerit. Secunda, si promissum seruabitur. Tertia est, si contra ius non præcipietur. Quarta si pecunia numerabitur, vt l.si. C.de non numer.pecu. Quinta est si res statum non mutabit, vt C. de sponsa.l.fi. Et semper insunt duæ reseruationes, i. saluo iure alterius. & salua auctoritate superioris, vt ff. ad municip.l.fi. ita no.Inn.in c.quemadmodum,de iureiu.fol.118.in num.1.& per eundem in c.cum contingat, eo.tit.facit quod no. in l.fi.ff. qui satisd.co g. Et sic no.de tacitis conditionibus,quæ in iuramen. subintelliguntur.
Conditiones appositæ contra naturam contractus vitiant contractum, ita no.Inno. in c.1.de condi.app.fol.193.in nu.3. Adde in contractibus triplicem esse perfectionem, idest conuentionalem,essentialem,& executiuam,siue finalem. Conuentionalis quatuor sunt species,s.re, verbis, literis & consensu,& ista perfectio cadit in contractu in diem, & in contractu conditionali.de hoc dic, vt ff.de pericu.& commo.rei ven.l.si id quod, & in l.qui potior.ff. qui potio. in pigno.habe.& l.qui balneũ, eo.tit.& l.omnis,alias si pecunia.ff.si cer.pet.Essentialem perfectionem non habent contractus conditionales,quia non producuntur essentialiter in esse, ad quod tendunt,nisi pro essentia conditionis, vt no.in l.2. ff.de in diem adiect. & probatur ff.de verb.obl.l.decem. Item contractus in diem quodammodo est in potentia, & habet se ad esse & non esse, & in certis & necessarijs non cadit executio, recipiunt.n.quidam contractus liberationem, vt ff.quod met. cau.l.metũ.§. sed quod prætor. Quidam per aliud,vt per fraditionem, de istis no.ff.de peric.& commo.rei vend.l.necessario.& C.eo.tit.l.1. per Cyn.in delictis non cadit, & gl.dicit verum, quantum ad natiuitatem personalis actionis. Sed potius dicit verum, quantum ad acquisitionem dominij,vt C.communia de leg.l.fi.§.siue.ff. de vsufru.leg.l.semper.per Dy.Dependentia de futuro.ff.ad l. Aquil. l. in lege, & ff.de tabu.exiben.l.locum.§.condemnatum, hoc dico propter duas quæstiones. Prima est cuius loci consuetudo seruetur,nam dico,quod in incidenti conuentionis,vt sunt testes,inspiceretur locus,quia ibi recipit eam perfectionem. Sed

quo

Universidad de Deusto
Biblioteca

quo ad concomitantiam, seu comitantiam executionis inspicitur locus, vbi collata est solutio. & idem si potest ibi is, pro quo recepta est stipulatio, agere sine necessione ex forma statuti, vt Perusij. Et hoc etiam si stipulatio erit facta Florentiæ, vt soluatur Perusij, arg. ff. de solu. l. quæro nam Perusij fingunt cõtractum, quia in loco per imaginationes contrahentes se transtulerunt, vt l. contraxisse. ff. de act. & obl. & arg. in l. nihil. ff. de cap. & postlimi. reuer. in delictis etiam dico, quod acquirunt formam & legem in loco vbi fiunt est. n. naturalis ratio, nam quod in loco nascitur & radicem habet, ergo qualitatem sequitur. Et ideo Florentinus delinquens Senis gaudebit beneficio statutorum Senẽsium, vt ff. de extraor. crimi. l. pen. §. sunt quidã, quod not.

Conclusio in prima causa non operatur aliquid in causa appel. ita no. Inno. in c. cum dilectus, de fide instru. fol. 114. vult dicere, quod conclusio facta in principali causa non impedit partẽ producere instrumenta in causa appel. quod est singulare, secũdum Host. vide infra in ver. Renuncians, in 7. q.

Conclusum postquam est in causa, nullæ sunt partes iudicis, nisi in pronunciando, & ideo postquam est conclusum, clausus est processus, & nulla allegatio amodo fieri debet, nec in iure nec in facto, ita multum notabiliter no. Inno. in c. pastoralis, de cau. pos. & propie. fol. 92. nu. 1. vbi latè vide de ista materia. Hoc est verum quando cõcluditur in tota causa, sed quo ad capitulum de producendis testibus concluditur per aperturam testium, vel per dicticta testificata, vt in Auth. de testibus. §. quia vero. Notabile est hoc, quod officium iudicis non cõcludit, nec primo modo, vt in c. Ioannes Eremita, de fide instru. nec vltimo modo, vt no. ipse Inno. in c. cum clamor, de testi. fol. 110. per aperturam testium dico omnino esse conclusum in testibus producendis. Postquam vero est conclusum nulla exceptio obijci potest, vt l. quoniam indubitati, C. de adul. nam inter conclusionem & sententiã nullum est dubium medium, nisi citatio ad sentẽtiam, vt in Auth. vt cum de appel. cogno. post prin. Et fit conclusio, si renunciatur actitandis, vt no. in c. fi. de in integ. resti. lib. 6. in no uella. Et si in crimInali non consueuit concludi, quia renunciatum non valet, vt not. ff. de de pactis. l. pactum inter hæredem. Sed illa lex quamuis facit in contrarium. dicendum est, quod in criminali postquam constat de crimine, non debet de iuris apicib. disputari, dicendo non potuit interuenire procurator, sed de impunitate, facit quod no. Bal.

Conclusum in causa quando dicatur, vide per Inn. in c. pastoralis, de cau. posses. & proprie. fol. 92. nu. 1. & vide infra in verbo. Renuncians. in 8. q.

Coitus, vide supra in ver. Affinitas, in 1. quæst.

Correctio, disciplina, vide supra in ver. Appellatio. 25. q. vbi de his no. Bal.

Coniuncta persona quando appellat pro coniuncta, potest ratificari post decem dies, secus in nudo gestore, inquo ratificatio est de substantia. sed coniuncta persona potest agere sine ratificatione si dominus non contradicat, vt l. 1. de appel. recip. ita no. Innocen. in c. auditis, & in c. in Genesi, de elec. fol. 53. facit ad limitatio. l. bonorum, rem ratam habe.

Coniuncta persona licet agat in iudicio pro coniunncta, tamen si in uestituram pro ea recipit, non acquirit ipso iure beneficium, nisi habeatur ratum, & potest haberi ratum, licet inuestituram medio tempore contulerit alteri, quia à facto suo recedere non potest, ita no. Inno. in c. accedens, de præben. fol. 148. facit. ff. de solutio. l. si quis offerenti, in fi. Inno.

Conseruator qui condemnauit de crimine potest taxare expensas, & audire testes super hoc, quod venit accessoriè, & si actor non vult per conseruatorem de his cognosci reum absoluet, ita no. Inn. in c. statuimus, de offi. deleg. fol 61. in nu. 1.

Conseruatores possunt inquirere ex ipso officio solum in notorio, vt ibidem Inn.

Conseruatorum officium consistit quasi in mero imperio, ita no. Inn. ind. c. statuimus, de offi. deleg.

Confiscare, vide supra in verbo, ciuitas, in 2. q. vbi habes, an ciuitas possit bona confiscare. Item quod confiscare bona est meri imperij.

Consuetudo excusat quem à peccato. ita no. Inn. in tit. de treuga, & pace, tamen contrarium tenet ipse idem in c. 1. in fin. de consuetu. fol. 16. vide infra in verbo, Statuimus, in 5. quæst.

Consuetudo quæ dat alicui prærogandam videtur sibi dare licẽtiam possidendi, ita no. Io. And. in c. fi. de consue. in nouella. Bal.

Consuetudo dat iurisdictionem etiam spiritualem, ita no. Inno. in c. nouit, de iudi. fol. 81. in nu. 6. ergo illud quod facit iudex secularis contra clericos, si consuetudo erat, valet, quia consuetudo dat etiam iurisdictionem spiritualem. Adde quod ipse idem no. in c. 1. de aposta. Et sic cõsuetudo æquiparatur priuilegio. secundum eum ibidem. & quod consuetudo det iurisdictionem temporalem & ordinariam, vide l. 1. & quod ibi no. ff. de emancip. lib. Bald.

Consuetudo transfert possessionem ipso iure sine apprehensione, ita no. Inno. & Host. in c. 1. de consue. ergo si Papa vel Imperator vult propter inuestituram baculi, vel bireti, non dabitur alia possessio, sed solum licentia ingrediendi possessionem secundum eos, quod no. quia non est alibi. Bal. Alibi, scilicet in recollec. in l. ratihabitio, de pign. act.

Consuetudo vniuersitatis afficit etiam singulares personas ita no. Innoc. in c. fi. de consuetu. 16

Consuetudo Romanæ curiæ est, quod non confirmat aliquem electum, nisi sint præsentes duo de electoribus, ita no. Inno. in c. 2. de elect. 17

Consuetudo extenditur & priuilegium, sed non præscri. ita no. Inno. & Host. in c. fi. de offi. Archi. quia facilius extenditur ius quam factum, facit ff. de itin. actuque priua. l. 1. & ff. de bon. pos. l. sed cum patrono. in ratione sui.

Consuetudine potest derogari solennitatibus instrumenti, ita no. Inno. in c. 1. in fi. de fide instru. fol. 112. in nu. 9. vbi bene dicit, idem & vbi consuetudo est.

Consuetudine oritur ius petendi confirmationem & infirmationem, ita no. Inno. in c. Abbate, de verb. signifi. fol. 234. nu. 1. & vide infra in ver. Titulus, in 2. q.

Commodans & commodatarius, vide supra in ver. conducens, in 1. q. vbi habes, quòd commodatarius cui equus fuit commodatus ad bellum, non tenetur commodatarius, si moritur, nisi ex pacto.

Consilium debet requiri ante factum, & non solum in facto, sed etiam in medio. ita not. Innocen. in capitul. cum in veteri, de elec. fol. 34. in nu. 2. Vide omnino infra in verbo, Modus, in 2. q. per totum.

Consiliarij de necessitate sunt vocandi, ita no. Inoc. in capitu. nec episcopi, de temp. ordi. fol. 43. vide infra in verbo. Solennitas, in 1. q.

Consilium à remotis videtur parua causa, quia non ordinatur prò priè ad causam, arg. ff. loca. l. qui domum, ita no. Inn. in c. quod verum, de priuil.

Consensus plurium sufficit in actibus collegij simul non seorsum, quando pertinet ad vtilitatem vel necessitatem collegij, secus si ad vtilitatem singulorum, vt diuisio reddituum, ita no. Inn. in c. cum omnes, de constitu. fol. 2. in nume. 3. quia quod collegio, non quod aliquibus expedit, maior pars facere debet, vt ff. pro socio. l. actione. §. Labeo, & arg. ff. de solu. l. constitutus. vel potes sic dicere quando aliquid competit pluribus, vel competit collegialiter aut singulariter, aut dubitatur, an competat vniuersaliter vel particulariter. Primo casu requiritur consensus in forma collegij, quæ forma collegij, non seruatur regulariter, nisi interueniat maior pars ipsius, vt l. quod maior, ff. ad municip. & l. nouationum forma. C. de decur. & C. de leg. l. fi. lib. 10. secundo casu vide in l. fi. in fi. C. communia præd. quod sufficit diuisim consensus præstitus. tertio casu vide l. sicut. ff. de arbitris, vbi quando committitur aliquid pluribus simul, exaplicari debet simul, vt æqualis sit forma commissionis. in hoc tantum casu videtur semper intelligi, quod stetur maiori parti, vt ff. de inof. test. l. si pars, licet non sint collegiati, vt collegium, sunt tamen collegiati, quibus certum est factum commissum simul, nec posset aliquid facere alijs irrequisitis, vt l. 1. C. de aucto. præstan. Bal. & vide infra in verbo, Liberatio, in 1. q. post medium.

Consentire potest quis in iudicem non suum in omnibus iudicijs, sed non in inquisitione maximè in præiudicium alienæ vel maioris iurisdictionis, ita no. Innoc. in c. ad petitio. de accusatio, fol. 204. in nume. 1. tene menti, & vide infra in verbo. Solennitas, in 1. quæst.

Consensus est quadruplex, vnus negligentiæ vbi minus peccat consentiens, quàm agens, nisi fortè esset nimis crassa & supina ignorantia. Alius dicitur consensus consilij, vbi minus peccat consentiens, quàm agens sed magis quàm primus. Alius est consensus cooperationis, vbi puniuntur æqualiter consentiens & agens. quartus est consensus auctoritatis sine defensione vbi plus peccat consentiens, quàm agens, & magis punitur, ita no. Innoc. in c. 1. de offi. dele. fol. 51. in nu. 1. in gl. super verbo, pena. Adde quod no. Ioan. And. in cap. 1. de pœnis, in clem. & tene menti ista. Bal. Et vide etiam Bar. in l. qui opem. ff. de furt. vbi ponit formaliter verba Innoc. Bal. & vide etiam in d. c. 1. Bar. & Compost. Bal.

Consentire est vnum aliquid eligere, ita no. Inno. in c. cum in iure, de elec. fol. 29. num. 1. facit l. si pater. 8. fi. de manu. vindic. vide omnino infra in verbo, Differentia, in 4. quæst.

Consensus illorum, qui post erant in possessione est necessarius in possessione

possessione iurium quærenda, ita not. Inn. in c. cum venissent, de in integ. testi. fol. 74. nu. 2.

Consensus partium non sufficit ad probãdum dicta testium, quę dicta non valent, & ideo si dicta testium non valent, quia non recedunt causam, &c. vel alias non valent illa dicta testium, nõ possunt cõsensu partium validari, ita no. Inn. in c. cum causam, de test. fol. 18. nu. 7. vide supra in ver. citatio, in 31. q.

Consensus matrimonialis vbicunque est, licet sit illicitus contrahitur iustitia publicę honestatis, ita no. Abb. in c. ad audientiã, de sponsa. lib. quod no. perpetuo. Bal.

Confirmatio sit verbo, & facto pluribus modis, de quibus vide per Host. ibidem, & in verbo, Motus, in 1. quæst.

Confirmatio non tribuit ius, vbi requiritur dispensatio, & cessat potestas & voluntas dispensandi, ita no. Inno. in ca. innotuit, de elec. fol. 22. vide infrà, in verbo, cognitio, in 1. quæst.

Confirmatio facit valere acta licet electio sit nulla, ita not. Inn. in c. cum dilecti, de elect. fol. 28. nu. 1.

Confirmatio valet etiam si nullus citetur, & ista confirmatio habet vim sententiæ, ita no. Inn. in c. cum olim, de dolo & contu. fol. 99. nu. 2.

Confirmatio ex contractu peti non potest, quia confirmatio ex consensu pendet, & non redditur in inuitam, nec cofirmatur inuitus, confirmatio vero quorundam actuum legitimorũ, vt electionis, tutoris, & simil. quæ desiderant confirmari, peti potest, ita no. Inn. in c. 2. de confir. vti. vel inuti. fol. 142. in nu. 1. & 2. & no. quando confirmatio tribuat ius, & quando non, confirmatio vero quæ non est debita, non petitur, nisi supplicando, & tunc non est indulgenda, nisi citato eo, qui potest lædi, vt ff. de adop. l. nam ita diuus. in confirmatione contractus habes etiã in l. fi quos, C. de decur. De confirmatione possessionis, vide C. de carbo. edic. l. 1. per Odofr. & Cyn. Bald.

Confirmatio sententiæ potest peti principaliter ad hoc agendo, ita no. Inn. in c. 1. de consir. vti. vel inuti. fol. eo. in nu. 2.

Confirmatio facta de excommunicatio valet, ita no. Inn. in c. post elec. de concess. præben. 154.

Confirmatio obtenta in forma communi licet non det ius: tamen dat causam præscribendi, ita no. Abba. in c. dudum, de decimis, quod est not.

Confirmatus statim habet ius administrandi temporalia pleno iure sine possessione, vel inuestitura, ita no. Inn. & Host. in c. trãsmissam, de elec. 21

Confirmatus non agit de beneficio obtinendo, sed de obtento, ita Inno. in c. fi. de eo, qui mit. in pos. cau. rei fer. 100.

Confirmatus à Papa potest conueniri de simonia coram inferiore si agatur contra personam, & non contra confirmationem, ita no. Inno. in c. de cætero, de re iudi. fol. 126. nu. 3.

Confessio iuramento firmata reuocari non potest, ita no. Inn. in c. cum dilectus, de accus. fol. 124. facit c. inter dilectos, de do. vide infra in ver. sententia, in 18. q.

Confessio vnius latronis valet contra alium latronem, quo ad præsumptionem inducendam, ita no. Inno. in c. 1. de confessis. fol. 102. sed falsarius contra falsarium non recipitur, vt ibidem Innocen. quod not. & vide ibidem in verbo Reus, in 3. quæst. in fin. Bald.

Confessio in causa ciuili mandatur executioni, non in criminali, sed expectatur sententia, ita no. Innoc. in c. quærenti, de offi. deleg. fol. 56. nu. 1. & de hoc est casus in l. 1. C. de confessis, ibi, cum & soluere cogantur, &c.

Ex confessione potest quis damnari ab ordinario & delegato, licet ad hoc non sit actum, ita no. Inno in c. cum super, de cõfes. fol. 102. in nu. 3.

Pro confessione taciturnitas non habetur, ita no. Inn. in capit. 1. de postulatio. præla. fol. 17. nu. 4.

Confessio quæ non valet in criminali, facit præiudicium, quia facit indicium ad torturam, ita no. Inn. in ca. per inquisi. de elec. fol. 16. nu. 2. tertia 2. manu.

Confessio interlocutoria & sententia diffinitiua valent etiam in alio iudicio inter eosdem, ita not. Innocen. in capi. per inquisi. de elect. fol. eodem. vide supra in verbo, Attestationes, in 1. quæstio.

Confessio meritoria debet esse pura & simplex cum omnibus circunstantijs. hoc verum nisi ex hoc posset magnum periculum imminere vel euenire, quia tunc sufficit soli Deo confiteri vel in genere, ita no. Inn. in c. omnis, in gl. not. non, &c. de pœni. & remis. fol. 224. nu. 1.

Confessio non nocet ad dissolutionẽ nexus matrimonii, sed mutat seruitutis nocet, ita no. Inn. in c. fi. de rap. 212.

Confessio potest exponi, sed non perimi, nisi probaretur error vel ignorantia, ita not. Innoc. in ca. cum dilecti. fol. 203. de accu. & ibi vide per eum, quid habet probare volens suum errorem reuocare, & vide infra in verbo, instrumentum, in 1. q. ibi, licet confessio, &c.

Confessio non potest interpretari per hæredes confitẽtis, ita no. Innoc. in c. cum dilectus, de succes. ab intest. fol. 167. idem dico in libello, exceptione, positione, & similibus, quia libellũ, exceptionem, vel positionem testantis hæres non potest interpretari, vt no, ff. de rei vendi. l. idem Pompo. scribit si frumentum. §. fi. per Azo. Bald.

Confessio quam tertius facit super iure meo, mihi non præiudicat, & eam reuocare possum, ita no. Inno. in c. super, de re iud. fol. 127. nu. 1.

Confessio interpretatur contra confitentem, nisi eam declaret exponendo, non perimendo, ita not. Abbas in capit. cum dilectus, de accus.

Confessio licet nullis adminiculis sit coniuncta, tamen tenet in criminali si sponte fiat, & plenè probat, ita not. Abb. in c. ex literis, de diuor.

Confessioni partiũ statur, vbi dubitatur de processu, ita not. Abbas in c. cum bonæ, de probatio.

Confessus non potest variare, ita not. Inno. in d. c. per inquisitionem, maximè quando fuit ipsa confessio iuramento firmata, vt in c. cum dilecti, de accus. facit. ff. ad l. Aquil. l. proinde, & C. de proba. auth. at qui semel, vbi est glo. ordi. & per Bar. in c. veniens de testi. Bal. vide supra in verbo, Absolutio. in 7. q. & infra in verbo Liberatio, in 1. quæst.

Confessus non dirimit matrimonium, ita no. Inno. in ca. causam, de offi. deleg. fol. 53. in nu. 1.

Confessus sponte debet habere maiorem fauorem: quam conuictus, ita no. Inno. in c. prudentiam, de offi. deleg. fol. eo. in glo. quod sicut. ibi, quid si non, &c. facit ad hoc. ff. de iureiur. l. eum qui, & Insti. de act. §. item mixta est actio. Bal.

Colonus si vi ejicitur, dominus perdit possessionem, secus si per iudicẽ ejicitur, quia iudex nunquam intendit præiudicare iuri vel possessioni tertiæ personæ, ita no. Inno. & Host. in c. quoniam, ut li. non contesta. nam possessio iudicialis plus iuris habere debet, ut Host. ibidem.

Colonus cui sunt omnia bona obligata ratione obseruantiæ contractus potest in re locata manere ratione pignorum, licet locator illam vendiderit, secundum Bal. in l. filiofamilias. §. fi. ff. solut. matri.

Contumacia, vide infra in verbo, procur. in 5. q. vbi habetur quibus temporib. procur. possit esse contumax, & in quibus contumacia illorum temporum nocet, & vide ibi vnum dictum singu. vide infra in verbo, sententiam, in 15. q. & infra in verbo, responsio, in 5. quæst.

Contumax in iurando de calumnia perdit causam, & habetur pro confesso, tamen si illa instantia est peremptа perit hæc pœna, & perit contu. peremptа instantia, quia hæc pœna imponenda venit iudicis officio mercenario, & ideo lite mortua non potest ex hoc agi vel excipi, secundum Innoc. in ca. fi. de iur. calum. fo. 88. a. r. ff. de iure fis. l. eius qui delatorem. Sed vbi extra iudicium imponitur pœna priuata potest ad id agi & excipi, secundum eum ibidem, & vide supra in verbo, citatio, in 8. quæstio.

Contumax tamdiu potest opponere declinatoriam quamdiu posset: si compareret. vnde in causa appellationis nõ auditur, postquam incœpit disceptari negocium principale, secundum Inn. in c. præterea. de dila. fol. eo. in nu. 3. quod est not. vide supra in ver. crimen, in 10. q. ibi, nam contumacia non infamat, &c.

Contumax circa testes producendos nihilominus est citandus ad diffinitiuam, ita not. Innoc. in ca. nostri, de elec. fol. 20. Et sic not. quod semper absens contumaciter præsumitur in malitia, donec veniat. Bal.

Contumax est ille, qui comparet, & absolutè protestatur, quod non intendit in iurisdictionem consentire, & ideo debet iste loqui conditionaliter, si, nisi, & inquantum sit iudex competens, ita no. Inn. in c. Cumana, de elect. fol. 34. nu. 4. quod tene menti, & vide supra in verbo, citatio, in 10. q.

Contumacibus non inuenitur posita certa pœna, sed tantum condemnatis, ita not. Innoc. in c. de causis, de offic. delegat. fol. 52. numero 7.

Contumax comparens iudice sedente pro tribunali, an indigeat restit. in integr. ad appellandum. Innocen. hoc tractat in c. querelam, de procur. fol. 70. nume. 2. Sed non firmat se. Et communis opinio est, quod non, sed ipso iure appellet, quia lex admittit comparitionem suam, & fingit eum non contumacem, vt l. diuus. ff. de in integ. resti. & ita no. gl. in l. inter minores, e. ti. sed si vult restitui ad totã causam, oportet, quod petat in integrũ restitui. quia qui statim venit obtemperasse videtur, & ideo dignus est restitutione. Expedit autem potius restitui quàm

appellare,

Universidad de Deusto Biblioteca

appellare, quia non itur alio. ff. de minori. l. perfectum. & quia non ita cito deseritur lis resti. sicut appellationis, & quia potest peti restitui post 10. dies, sed non interponi appellatio. Alij dicunt, quod verissimus contumax, qui dixit nolo venire, indigeat restitu. ad appellandum, non ipso iure. Sed verus contumax qui inuentus nihil dixit ipso iure, sed fictus ipso iure appellat, & hoc ex qualitate contumaciæ, sed beneficio suæ comparitionis hoc plus consequitur, quia potest restitui ad totam causam, & ita intellexit do. Azo, vt supra patet. Bal.

Contumax verus sicut non auditur appellans, ita & itineris abreptio ei nihil prodest, ita not. Innoc. in cap. cum olim, de dolo & contu. 99.

Contumax si quis fuerit in processu, nihilominus citari debet ad sententiam diffinitiuam, ita no. Inno. in ca. cum olim, de testi. fol. 107. nu. 3. & idem tenet Abb. ibidem. Bald. & in c. ad pœnam. §. alij, de accusa. & not. per glo. in l. iubemus. C. de iudi. in gl. super verbo, spectans, secus ad interlocutoriam, vt ipse idẽ no. in c. auditis, de procu. vnde licet aliquis sit positus in banno propter contumaciam, non tamen patitur diffinitiuam, nisi primo ad eam fuerit citatus, caue tamen vt cum procedis secundũ statuta ciuitatis, vel domini hoc disponentis, ea ad vnguem obserues, de rescrip. c. cum dilectus. Bal.

Contumax in appellatione introducenda, siue terminus fuerit præfixus à iure, siue à lege, siue ab homine, vel iudice habetur pro desertore appellationis, ita no. Inno. & Host. in c. personas, de appell. & per Host. in c. seq. quod est verum, nisi fuisset impeditus, quia ille, qui habet consequi appellationem in termino assignato non videtur deserere, si fuit impeditus etiam per inopiam, quia terminus hominis succedit loco termini iuris, vt ff. de re iudi. l. 3. §. si quis ita, dicit ipse idem Inn. in c. ex ratione, de appel. fol. 131. nu. 2. quod est no. Bal.

Constitutio non ligat eum qui dilucidè suam ignorantiam probat, ita no. Inn. c. 1. de constitu.

Constitutiones quæ non faciunt mentionem doli, an requirant ad impositionem pœnæ verum dolum vel præsumptũ, dicitur not. C. vnde vi. l. si quis in tantam, in 8. q. & in l. fi. §. pen. eo. tit. Aduocati communiter dicunt, quod vbi statutum non requirit, nisi verum factum ibi non requiritur dolus. Bal. vide de hac materia per do. Bal. in l. quicunque. C. de seruis fugi.

Constitutio iuris naturalis porrigitur ad præterita, ita not. Inn. & Host. in c. 1. de constitu. 1.

Quodcunque ligaueris super terram, &c. intelligitur, scilicet per constitutiones & præcepta quæ facit Papa, non tamen posset auferre baptisma, vt not. Inno. & Host. in c. quanto, de consuetudine. 15.

Constitutio non ligat cœptum, & non perfectum, secundum Host. in c. 2. de constitu.

Constitutiõ quæ concordat cum iure antiquo trahitur ad præterita, ita no. Host. in c. fi. de constl. & in Auct. de filiis ante dota. instru. nat. §. hæc constitutio inter filios, in fi.

Constitutio pœnalis est duplex, s. ex parte rei tantũ, & ex parte rei & actorum, ita no. Host. in c. quia nonnulli, de rescriptis.

Commenda beneficij debet fieri cum causa vocato patrono & clerico, cui commenda facta est, & sine licentia proprij episcopi potest eam acceptare, quia non obligatur commendatarius ad eam tenendam, nisi quantum voluerit, tamen ad mandatum sui prælati eam dimittere debet, ita no. Inno. in cap. constitutus, de appel. fol. 134. ergo commenda non datur in titulum, secundum Inno. tituli enim sunt perpetui, vt no. ff. de acq. pos. l. 1. §. veteres, & vide quod no. Io. And. in c. nemo deinceps, de elect. lib. 6. in nouella. Bal.

Commendam habentes faciunt interim cessare electionem & habent administrationem legitimam, secundum Inn. in c. constitutus, extra de appel. 132.

Coertio designatur per baculum, ita no. Inn. in c. intelleximus, de æta, & qua. fol. 45. vide ad hoc c. primum de sacra vnctione.

Cogitur, de hoc vide infra in verbo, reus, in 6. q.

Compromissum soluitur pœna soluta, ita no. Inn. in c. ex parte, de arbi. fol. 78. vide infra in verbo, electio, in 11. q. & infra in verbo, renuncians, in 6. q.

Compromitti non potest post sententiam, ita no. Inno. in c. exposita, de arbi. quia iam sopita est quæstio. Bal.

Compromitti non potest in laicum causa electionis ecclesiæ, ita no. Inn. in c. contingit, de arbi. fol. 78. vide supra in verbo, arbiter, in 4. q. post medium.

Compromissarii electionis nõ propriè dicũtur cõpromissarii, sed magis donatarij, ita no. Inn. in c. in causis, de elec. fol. 28. num. 4.

Compromissum quãdo fit in iudice semper potest peti reductio, quia obtinet instar arbitratorum, ita no. Host. in c. de causis, de offi. deleg.

Compromitti potest in iudicem delegatum, ita no. Abb. in c. exhibita, de rerum permu.

Cognoscitur summariè de resti. in integ. ita no. Inn. in c. cum venissent, de in inte. resti. & in c. tum ex literis, eo. tit. 75.

Cognoscitur de falso sex modis, s. quatuor ciuiliter, agendo, excipiendo, replicando, & in integ. resti. petendo, & duobus modis criminaliter, s. accusando, & inquirendo, ita no. Inno. in c. licet, de proba. fol. 103. nu. 2. sed an retractetur sententia, qualitercunque sit pronunciatum eam latam ex falsis probationibus, & videtur quod sic, vt ff. de falsis. l. si quis obrepserit. in verbo, Nihil agitur. Alii dicunt contra, secundum Inn. in d. c. de hoc vide per Cyn. in l. querela. C. de falsis, vnde qui excipit de falso, non videtur accusare, vt not. ff. de adulteriis. l. 2. si publico. quod est no. Bal.

Cognitio causæ summariæ potest per iudicem fieri absque præsentia partium, ita no. Inn. in c. ex parte, de accus. fol. 201. quia summaria cognitio causæ nõ requirit præsentiam partis, vt ibidem per eundem, quod no.

Cognitio summaria sufficit in confirmatione, ita no. Inn. in c. cum dilecti, extra de electio. fol. 28. nu. 2.

Cognitio, an appellatio sit recipienda, non pertinet ad iudicem, à quo per causæ cognitionem, sed per euidentiam facti, per quam si constat, quod appellatio sit ipso iure nulla non supersedet in exequendo. Si autem constat, quod non sit ipso iure nulla, tũc supersedet, quia secunda sententia non spectat ad eum, vt ff. de min. l. prefecti, ita not. Inn. in c. pastora. de offi. dele. fol. 57. nu. 3. Ex præterito, i. ex primo gestis, & pertinet ad eum talis notio, sed ex actitatis iam, non ex actitatis postea cum non sit iudex, sed ante fuit. Vnde ista est causæ cognitio de præterito non de futuro. Bal.

Cognitio hæc, an appellatio sit recipienda necne, est prima & præambula cognitio. & eo ipso, quod prima facie non apparet, quod appellatio peccet in forma vel in materia debet admitti, quæ admissio non est sentẽtia interlocutoria, nec diffinitiua, & ideo potest fieri parte non citata. Sed appellationem esse iustam, vel iniustam illud est diffinitiuum causæ appellationis, & requirit citationem partis & alia solemnia, ita no. Inn. in c. pastoralis, de offi. deleg. fol. 58. nu. 4.

Cognitio summaria nõ est de substantialibus executionis mandati, ita no. Inn. in c. proposuit, de concess. præb. fol. 152. nu. 5.

Comitatus, vide omnino supra in verbo, Ciuitas, in 3. q.

Coniurationes, nec alia peccata debent fieri per illos ad quos electio prælati pertinet, ita no. Inn. in c. 1. de elec.

Collegium, vide omnino infra in verbo, conuentio, in 1. q.

Collegium Cardin. potest restituere famam, sicut & senatus. Papa tamen non restituit laicum, ita no. Inn. in c. cum te, de re iud. fol. 129. nu. 2. vbi vide qui sunt illi, qui possunt restituere famã alicui, & qui nõ. Sed quid de Imperatore an possit in integrum restituere famæ in terris ecclesiæ. & videtur quod sic, quia est voluntariæ iurisdictionis, & quia hoc competit in signum vniuersalis dominij, & est iurisdi. non circunscriptæ nec coarctatæ. Bal.

Collegium vel eius ius remanet etiam in vno solo homine, ita no. Inn. in c. postulasti, de iurepatr. fol. 183. nume. 1. & vide tex. & quod ibi no. per glo. in l. sicut, in fin. ff. quod cuiusque vniuer. nomine. Bal.

Collegia quæ sunt licita, dicit Inn. quod naturalia, i. realia, vt ciuitates, castra, & villæ, sed collegia certarum personarum nõ sunt licita, nisi superior ea confirmauit, vel nisi constet euidenter, quod pro bono sint facta, ita dicit ipse in c. dilecta, de exces. prel. fol. 217. num. 5. Et sic habes ex prædictis quæ dicantur collegia realia, & quæ personalia.

Collegium siue societas est plurium corporum vno nomine ei deputato legitima collectio, ita not. Inno. in d. c. dilecta. de exces. præla. fol. eo. nu. 6. nomen. n. vnum addit singularibus personis signi. quæ ex vniuerso sumitur, vt l. rerum mixtura. ff. de vsuc. secundum Old. Bal. Et adde, quod not. Ipse idem Inn. in c. 1. de elect. fol. 28. vbi parificat ista, conuentus, collegium, corpus & vniuersitas.

Collegium omne & rector collegij personarum subest generali rectori ciuitatis vel castri, vbi collegium est, ita no. Inn. in d. c. dilecta, de exces. præla. fol. eo. nu. 9. & sic collegium notariorum, & rector siue prior dictorum notariorum subest prioribus cõmunis Perusij, vt C. de iur. om. iudic. l. fi. in fi. & vide supra in ver. ciuitas, in 6. quæst.

Collegium potest quis exire, quia nec intrare, nec manere cogitur, cum sit voluntarium, ita no. Inn. in d. cap. dilecta, de exces. præla. fol. eo. nu. 4. Ergo si quis est de collegio notariorum libere potest exire illud, & ad aliud intrare. Secus in reali collegio ciuitatis vel castri, de quo non potest quis se abdicare, secundum

Inn. ibidem. exeuntes autem de Collegio recipiunt partem de reb. percipiendis inter singulos, & eorum ius possunt alteri concedere, vt l. testatrix. §. 1. ff. si serui. vendi. Item simul nõ debet quis recipi vel esse in duobus collegijs, secundum eum ibidem. Item collegium non finitur morte aliorum de collegio, sed residet in eo qui superuenit, secus in societate non collegiata secundum eum ibidem. in societate vero collegiata non debet concipi stipulatio, vel iudicium nomine societatis, vel sociorũ, nisi impropriè loquendo, vt in præalle. cap. dilecta. fol. eo. quod no. bene. Bal.

Collatio, vide infra in ver. cõmisio, in 1. q. & infra in ver. Suspensus, in 7. q.

Collatio occulta beneficij, licet sit suspecta, tamen bene valet, ita no. Abb. in c. nostrum, vt eccle. benefi. vide supra in ver. beneficium, in 7. q. Bal.

Collecta quomodo fiat per ciuitates, & per castra, & per villas suppositas ciuitati, est text. cum glo. in Auct. quomodo naturales effi. sui. §. si vero non ciuis, col. 7. & ff. de censi. l. forma. & l. qui ex meo. ff. ad municip. Bal.

Conferens ordines acquirit iurisdictionem supra ordinariam, nec est ab alio ordinandus, nisi primo fiat sub eo, ita no. Inn. in c. cũ in distribuendis, de tem p. ordi. 43.

Congregare exercitum, stipendiarios, & amicos est licitum, cuicũque pro defensione sua & rerum suarum, nec hoc dicitur bellum propterea propriè, sed defensio. item & pro recuperatione possessionis, dummodo fiat incontinenti, & non solum laicis, sed etiam clericis ob hãc causam licitum est arma mouere. item & contra subditos rebelles & inobedientes armari debent iura & homines, & licitè fiet eis guerra, tam a dominis temporalibus, quàm à spiritualibus: manu. n. militari vtendum est contra rebelles subditos, vbi alia remedia non sufficiunt, & in tali bello possunt capi personæ & res eorum, & clerici quorum interest possunt assistere fauendo contra eos, non tñ eos occidendo, quia essent irregulares. Et sic no. ꝙ qui præstat fauorem ictu lapidũ in bello licito, in quo alii alios occidunt, non dicitur homicida, nec irregularis, ita no. Inn. in c. olim, de restit. spol., fol. 97. nu. 8. tamen modum excedens potest effici irregularis, vt ibidem not. per Inn. in fi. Bal.

Copula, vide supra in ver. Clausula, in penul. q.

Copula carnalis, vide infra in ver. Testis, in 75. q. & supra in ver. Allegans, in 5. q.

Commissio potest reuocari re integra, non cessio vel collatio potestatis eligendi, ita no. Host. in c. cum causis, de elec.

Commissio dispensationis debet fieri personis sublimibus & literatis, ita not. Innocen. in capitu. dudum, extra de elec. folio. 35. nu. 6.

Commissio simpliciter facta videtur facta super toto, ita not. Inn. in c. super quæstionum, de offi. deleg. fol. 57. nn. 6.

Comminatio, vide supra in verbo appellatio, in 43. q.

Concedens priuilegium potest illud interpretari etiã partibus non citatis, ita no. Inn. in c. olim, de ver. signi. fol. 223. nu. 2. quod est no. secundum eum, tu vide gl. in l. ab executore. C. de appel. quæ non est alibi. Bal.

Concessio dignitatis præsumitur realis, secus si personæ in singulari, ita no. Inn. in c. cum venissent, de insti. fol. 151. nu. 3.

Concedens quis aliquam rem simpliciter, videtur solum concedere illud ius, quod habet, ita no. Abb. in c. pastoralis, de dona. nam confessio intelligitur fundari super eo, super quo potest de iure fundari, vt ff. de contrahen. emp. l. qui tabernas. C. de leg. l. vxor patrui. ff. de vsufr. leg. l. Stichus. Abbas. Sed quid si duo habent ius, & vnus donat, & alter consentit? respondeo, si donatur ecclesiæ statim ius vtriusque est translatum, quia dominium in ecclesiam transfertur sola nuda voluntate, vt C. de sacrosan. eccl. l. fi. & est casus in d. c. pastoralis. Si autem donatur alteri, aut est facta traditio, & idem, vt l. 2. C. si aduer. dona. Aut non est facta traditio, & tunc non officit consensus, quia consentiens non obligatur, vt ff. de reg. iur. l. aliud est vendere. Et ideo leuius est cõsentire, quàm contrahere, vt ff. de manumis. vindic. l. si pater. §. si. vide l. Gaius. ff. de pig. actio. vbi est tex. & glo. pro decisione huius quæstionis, sed quid, si tu testaris de re mea, & ego tibi consentio, an mihi præiudico? & videtur quod sic, vt ff. de leg. 1. l. si fundum per fideicommissum. Sed illa lex nihil facit, quia ille consensus præstabatur hæredi, non testatori. Sed alia lege videtur rotundè hoc dici, vt ff. qui. mo. pig. vel hypo. fo. l. sicut. §. vendi. Sed in cõtrarium videtur, certum est, quod hæres adeundo videtur consentire dispositioni testatoris, & tamen si testator legat rem hæredis non transit dominium, vt no. ff. de serui. l. Papin. Non obst. d. §. venditionis, quia ibi loquitur in liberatione quæ facilius fiet nudo consensu, vt l. si tibi. §. de pignore. ff. de pac. Sed dominium non perditur nuda animi cognitione, vt ff. de pollicita. l. si quis rem, in prin. Si tamen legatarius possideret, tunc consentiens repelleretur exceptione doli, simile ff. de testa. l. militis codicillis. §. veteranus, & ff. de dona. l. si tibi ue derim, & tene menti ista perpetuo.

Conuersus an habeat canonem, si incedit in habitu, & destinatione animi vult esse clericus, gl. quod sic, in ca. 2. de insti. Item an dicatur religiosa persona, & an gaudeat priuilegio fori, no. Pe. ibi quod sic, in lectura sua.

Conscientia excusat iudicem, qui non admittit appellationem, nõ tamen debet eam sequi in exequendo interim, ita not. Inn. in c. pastoralis, de offi. dele. fol. 57. nu. 4.

Conscientia titubans non inducit malam fidem, quia mala fides non cadit, nisi super certa scientia, ita no. Inn. in c. si. de præscri. fol. 125. vide supra in verbo, aduocatus, in 3. q.

Contractus licet non debeat fieri cum excommunicatis de præcepto Apostoli, tamen ipse non prohibet cõtractum de facto seruari, quia non habet perpetuam causam prohibitionis, sed temporalem durante excommunicatione, ergo si de facto contrahitur cum ipsis seruari debet contractus, ita no. Inn. in c. si verè, de sen. exc. fol. 228. nu. 1. vide supra in ver. citatio, in 28. q. ibi sed in contractibus bonæ fidei, &c.

Conractus excommunicati valet ex consensu partium etiam si sit per sententiam excommunicatus, ita no. Inn. in c. auditis, de excep. aliàs in c. pia. fol. 122. nu. 4.

Contractus tenet, dummodo forma seruetur, ita no. Inn. in ca. grauis, de deposito. fol. 160. adde, quod in vendi. præd. pupillorum tria sunt de forma ipsius contractus, s. tutorum auctoritas, causæ examinatio, & decretum, vt C. si propter publicã pensi. l. si. & C. de prædiis mino. l. ob æs. & l. si quidem, & ff. de transa. l. cũ hi. §. si prætor. & si aliquod istorum deficit non valet, quià non ritè factum, vt d. l. cũ hi §. prætor. requiritur & quartum, vt qđ fiat subhastatio, vt ff. de min. l. & si fine. l. & sicut in ecclesia, vt C. de sacrosan. eccl. authen. hoc ius porrectum. sed illa auctentica loquitur, qñ venditur propter debitum satisfaciendum, sed vbi propter vtilitatem ecclesiæ non inuenitur de subhastatione, nec etiam ẜm canones hoc requiritur. ita no. ipse Inn. in ca. dudum, de reb. eccl. non alie. fol. 159. qñ autem iudex vendit, qui debet seruare iuris solennitatem in vendendo requiritur subhastatio, vt C. de fide instr. & iure hastæ fiscalis. l. 1. lib. 10. vide gl. in l. auctor. ff. rem ratam habe. & Bal. in l. pen. de rebus eorũ. Notandum est tamen, quod vbi reperitur decretum appositũ, ibi præsumitur causa & subhastatio, vt no. Spe. in tit. de emp. & vend. §. nunc dicendũ, ver. & breuiter. non tñ præsumitur auctoritas interposita, vt ff. de publ. l. quæcunq;. §. fin. & dic vt ibi. Itẽ no. est, quod decretum nunq̃ transit in rem iudicatam, quia semper est probari contrarium, vt ff. de rei ven. l. fundum. Itẽ & quædam alia nõ sunt de forma, sed circa formã, quæ congruunt officio iudicis, de quibus omnino mãdat inquiri, vt l. magis puto. §. non possunt. ff. de rebus eorum, & tñ omissa non vitiant venditionem sed beneficium restitutionis afferunt, vt ff. de minor. l. tutor, cum simil. Sic dicimus in electionibus prælatorum, vbi si fiat contra formam electio, est nulla ipso iure, vt in ca. quia propter, de elec. licet possit per exceptionis obstacu. impugnari, vt in c. quod sicut de elec. & in c. bonæ, il 2. de postul. sicut in processu iudicii dicimus, quod quædam sunt de substantia, vt litis contest. quæ omissa vitiat processum ipso iure, vt in tit. vt li. nõ contest. quasi per totum. quædam circa substantiam non tñ substantialia, vt libelli oblatio, iuramẽti præstatio, & alia quæ omissa processum iudicii non annullant, vt C. de li. contest. auct. offensa ratur, & C. de iura. calum. l. 2. §. sed quia veremur. quod tenementi. Bal. Sed nunquid immunitas ecclesiæ transit ad emptorem, vt non soluat collectam vel gabellam, sicut non soluit ecclesia, vt no. ff. ad municip. l. incola. responde non, vt ff. de publica. l. licitatio in fi. secundum do. Thomam de Formaginis, vide infra in verbo, testis, in 43. q. & infra in verbo, sententia, in 2. q. vbi habes, quod quando petitur annullari contractus, officiũ iudicis imploratur. & vide supra in verbo, conditio. in 3. q. vbi omnino vide & tene menti.

Contractus, not. quod ex contractu ecclesiæ transit in eam dominium sine traditione, vt C. de sacrosanct. eccle. l. fin. & per Bart. in l. ex hac scriptura, in princip. ff. de dona. vide supra in versi. concedens, in 3. quæst. ibi, sed quid si duo habent ius, &c. in 26. quæst.

Copia, vide infra in verbo, Testis, in 44. quæst. & supra in verbo, citatio.

Comparitio domini necessaria in iudicio nunquam reuocat, imo affirmat man. procu. sed voluntaria ante li. contest. reuocat, sed post lit. conte. aut est contradicta, & non fiet reuocatio, aut dominus est admissus, & tunc videtur man. reuocasse, ita no. Inn. in c. petitio, de procur. fol. 71. nisi in procu. in rem suam, vt ff. de procurat. l. si actor malit. & nisi protestetur se nolle reuocare, & nisi accedat procuratori assistendo, non succedat instantiam

Universidad de Deusto
Biblioteca

in se transferendo,vt ff.de procura.l. Paulus, & l.in causæ.§.fi. & Instit.de satisda.§. si vero aliquis.quod no. perpetuo.Bal.
Compensatio non admittitur in delictis quo ad pœnas corporales,& spirituales,& fisco applicandes,ita no. Inno.in c. sicut,in vlt.q.de iureiuran.fol.119.nu.7. Et quando fit compensatio in delictis,vide Inn.in ca.intelleximus,de adulterijs.fol.212.nu. 5.& vide omnino infra in verbo,Reus,in 1.q. in fi.
Conuentus per se etiam sine auctoritate prælati sui facit syndicũ vbi habet bona distincta à prælato, quia habet propriam administrationem,ita no.Inn.in c.edoceri, de rescri. idem si prælatus vacat,quia tunc conuentus solus facit syndicum, vt ipse idem Inn.no.in c.cum dilectus,extra de consuetu.fol.16.nu.2.quod no. Bal.
Conuentio,vide omino Infra in verbo,Reconuentio, in 2.q.
Cumulare,vide omnino infra in verbo, Restitutio in integrum,in 2.quæst.
Curia domini Papæ est commune forum, quia ibi Roma vbi curia,ita no.Inn.in c.exposuit,de dila fol.89.nu.3.
Curia Romana seruat suas ferias litigantium,& quilibet iudex seruare debet ferias sui fori, quia feriæ ordinem processus sapiunt: tempus enim de ordine videtur,ita not.Inn.in c. conquestus,de ferij.fol.89.nu.6.
Curiæ domini Papæ accedentes an possint ibi conueniri,& de beneficio reuocandi domum,vide Inn.in c.licet,extra de foro cõpe.fol.84.nu.1.
Cura animarum qualiter probetur,& qualiter debeat fieri posi.vide Inn.in c.dudum,de elec.fol.23.nu.2.& vide infra in ver. Forum,in 1.q.
Cura animarum quot modis dicatur,vide Inn.& Host.in c.cum satis,de offi.Arch.& vide infra in verbo, Plebs,in 1.q.
Cura animarum dicitur cura iurisdictionis non ordinis, & ideo aliud est potestas,aliud est cura animarum, ita no. Host.in d.ca. cum satis,de offi.Arch.
Cura animarum qualiter accipiatur,vide per Inn.in c.de multa,de præb.fol.149 in prin.
Curator,vide infra in verbo, Rex,in 2.q. &c.
Curator potest dari testamento de iure canon.sicut tutor, ita not. Io.And.in c.vlt.de iudi. lib.6.in nouella.

D

DAmnatus quis de maleficio commisso,si sententia ex qua est damnatus, requirit confirmationem alterius iudicis,debet interim ipse damnatus retineri in carcerib. ipsius iudicis, qui eum condemnauit,& non debet ad alium remitti,ita no. Inn.in c.vt famæ,de sen.excom.fol.228.nu.3.
Damnum,vide infra in ver. Socius, in 3.q.& supra in verbo, ciuitas,in 5.q.
Debitor,debitores ecclesiæ non debent soluere prælato non legitimo,sed debitores prælati sic,ita no.Inn.in c.in literis,de resti. spol.fol.94.nu. 3.
Debitum non compensatur cum fructibus, nisi fructus sint consumpti,& tunc omnino propriè dicitur fieri compensatio cum pretio fructuum, & debet pretij quantitas esse liquida, ita not. Inn.in ca.ad nostram,de iureiur.fol.117.vbi omnino vide Inn. vide do.Bal.in l.diuortio.§.ob donationes.ff. solu.matri.& vide infra in verbo,fructus, in 3.q.
Debitor hæretici non tenetur ei soluere,ita no. Innocen.in capit. si,de hæreti.fol.209.vide infra in verbo , soluere, in 1. quæstio. & vide omnino infra in verbo , silentium , in 1. quæstio. circa princip.
Declaratio,vide infra in verbo, libellus in 4.q. circa medium ibi, nam qui declarat libellum, &c. & supra in verbo,citatio, in 22. quæst.
Decretum secundum potest interponi in reali,ita no.Inno.in cap. dilecto,de verbo.significa.fol.235.nume. 1.& intellige positiuum silentij,& non adiudicatiuum dominij , quia agens esset sibi contrarius,vt no.ff.de dam.infec.l.si finita.§. Iul. per gl.& Dyn. Bal.
Decretum secundum non est actori necessarium in reali, tamẽ potest interponi,ita no.Inn.& Host.in c.quoniam,vt li. non contest.hoc est verum in iuribus , secus in rebus corporalibus, quia translata possessione reus nõ est amplius reus,vt ff.de no.ope. nun.l.prius,& no.in l.si finita.§. Iul.de dam.infec.Sed in corporalibus non cadit adeo plena possessio, & ideo etiam possessor agit,vt no. C.de vsufruc.l.corruptionem,quod no.Bal.
Decretum non ligat ignorantem, tamen præsumitur , quod quis sciat publicum bannum,ita not.Inn.& Host.in ca.1.de postula. præla.vide infra in ver. Electio,in 6.q. & vide omnino infra in verbo,differentia,in 4.q.
Decretum secundum quid prodest in beneficijs, vide per Inno.in c.cum contingat,de dolo & contu. 100.
Decretum idem est,quod iussus, prout in iudice residet , sed prout residet in executore,idem est quod actualis missio , ita not. Inn. in c.1. de eo, qui mit.in pos.causa rei seruan.fol. 100. nu.6.vnde decretum de mittendo sequuta actuali missione causa custodiæ dicitur primum , si causa satisfactionis dicitur secundum ante vero actualem missionem non dicitur reale , sed verbale decretum,nec constituit ius in re,vt l.non est mirum. §. sciendum.ff. de pig.act.vnde tres sunt actus,pronunciatio de mittendo, 6. missio de mittendo, & executio commissionis. Prima delegatur, vt ex primo decreto non ex secundo. Secunda vero non delegatur,vt in l.iubere cauere.ff.de iurisd.om. iud. Tertia delegatur cum iurisdi.sed nuncio cõmittitur,vt ff. vt in pos.leg.l.is cui.§.missus,& idem dicit Inn. quodiudex qui mittit,potest adijcere præceptum , puta sic, præcipimus reo , vt admittat secum istum causa rei seruan. vel causa custodiæ. vel sic , præcipimus reo,vt det possessionem tali,secundum Inn.ibidem, nec ista dicetur sententia diffinitiua , quia non agitur ad hoc principaliter , facit ad hoc d.l.si prius & tene ista menti quia sunt not. Bal.
Decretum,de primo & secundo decreto vide plenè per Bar. in l.si prius , de no. ope.nun. & vide infra in verbo, sententia,in vlti. quæst.
Decretum,an missus ex personali in possessionem ex primo decreto possideat,& quid in hypothecaria, vide per Bar. in l.possideri.§.fi.de acq.pos.& in Spec.in tit.de contu.§.sequitur.ver.sed pone quod conuenit,&c.
Decimæ an possint concedi in feudum,vide per Inno.in cap.cum Apostolica, de his quæ fiunt à præla.
Decimæ quomodo probatur quod iure diuino debeantur, vide per Inn.in c.fi.de sepul.fol.169.Adde quod no.ff.de peti.hæredi.l.si à domino,vel à patre.§.fi.in glo. vbi dicitur quod decimæ personales intelliguntur deductis expen. secus in decimis realibus: fructus. n. negociationis vel operarum non dicuntur, nisi dedu.expen.& pretio.ut C. de collatio. l. illud. sed fructus ex terra dicuntur quicquid ex terra nascitur. & in naturali significatione in decimis. Item in colono , ut ff.pro socio.l.cum duobus.§.si in coeunda,regulariter secus,vt ff.de usufr.lega.l. fundi Trebatiani,de hoc uide per Iaco.de Are.in l.fructus.ff. solu. matr,& per Inn.in ca.pastoralis,de decimis. fol. 171. Est igitur differentia inter fructus operarum & terræ, quæ omnia perpetuo no. Bal.
Delegatus an habeat exercitium iurisdictionis à tempore datæ delegationis,vel à tempore præsentationis sibi factæ de litera,vide quod no.per Innoc.in c.conquerente,de restitu.spol.fol.95. & uide supra in verbo,causa,in 16.q.& supra in uerbo, citatio, in 26.q.
Delegatus non potest implorare brachium seculare,ita no.in c.1. de offi.Arch.& uide quod no.in c.1.de præben.in cle.
Delegatus à principe si illam causam alteri delegt , non potest illã causam ad se reassumere si uelit,ita no.Inn.in c.super quæstionum.de offi.deleg.fol.57.nu.1.
Delegatus competens si sibi associauit iudicem incompetentem, non ualet processus, quia procedendo cum adiuncto non seruat formam commissionis, secus in pluribus ordinarijs,ita no.Inn. in d.c.super quæstionum,de offi.dele.fol.eo.nu.6.uide eo.tit.in c. super Abbatia.
Delegatus cui commissa est causa uniuersitatis potest cogere uniuersitatem ad constituendum procuratorem,ita no. Inno.in ca. Romana,de sen.excom.fol.233.num.3.& per Iac.de Are. in l. ergo.de fideicom.liber. Bald. uide supra in uerbo , citatio, 32. quæst.
Delegatio an possit probari per testes,& an priuilegium,uide Inn. in c.cum olim,de priuil.fol.220.nu.5.& uide gl.in l.1. de man. prin.Bal.
Delegatus non potest transferre in aliam personam commissionem sibi factam, si commissio est personalis , secus si realis est, ita no.Inn.in c.dilectus,de pœnis. 224.
Delegatus si committitur sibi inquisitio , tunc debet inquirere de fama. Si autem sibi iubetur non debet inquirere, ita no. Inno.in c.ex parte,de accusa.fol.201. Sed ordinarius inquirit etiam de crimine etiam non facta prius inquisitione de fama, secus in delegato,ut ibidem per Inno.
Delegatus non potest uti delegatione , nisi primo ea probata.& si de facto ante aliquid facit non ualet , quod factum est : ita not. Inn.in c.cum uenerabilis:de censi.184.
Delegatus ab Archiepiscopo uel Patriarcha potest trahere ultra duas dietas: ita not.In.in cap.nonnulli: de rescrip.fol.111.nu.4. & omnino uide infra in uerbo, modus : in 2. quæstio. quasi per totum.

Delega-

Delegatus Papæ non potest mittere in possessionem laicorum, ita not.Innoc.in ca.significasti, de offic. delegat. fol.54. nume.4.
Delegatus non potest exequi transactionem partium, quia non fuit datus ad hoc,ita no.Inn.in c.si quando,de offi.dele.fo.77. & ff.de pac.l.tale pactum.Bal.
Delegatus qui in totum subdelegat, nihilominus potest reuocare tamen integra , ita not. Innocen.in capit.in literis , de offic. deleg.fol. eod.
Delegati si sunt plures & vnus abest, licet iste sit absens dolosè , alij nihilominus possunt facere sine illo,ita not.Inn.in ca. causam,de offi.deleg.fol.53.nu.2.
Delegato non sufficit veritas delegationis sibi factæ sine scientia ad hoc,vt possit vti iurisdictione,ita not. Inn.in c. prudentiam, de offi,deleg.fol.54.in num. 8. sed loquitur de veritate conditionis & commissionis. Bald. contrarium ipse videtur not.in c. ex literis,de rescrip.
Delegatus eo ipso,quod delegationem suscipit,delegans suam iurisdictionem diminuit,ita no.Inn.in ca.super quæstionum , de offi.deleg.fol.57. nu.9.
Delegatus cui commissa est potestas excommunicandi , non potest excõmunicare ex delegatione sibi facta , secus in articulo, ita not.Inn.in c.cum olim,in fi.de offi.deleg.fol.59.
Delegatus ad aliquam causam licet recipiat compromissum in eũ factum , non tamen propter hoc derogatur iurisdi. sibi ante attributæ , ita not. Innocen.in capit.innotuit, de arbitr. fol. 79. nume. 4.
Delegationes & subdelegationes probantur per literas delegantis sigillatas,ita no.Inn.in c. quoniam contra , extra de proba. fol.104.nu.2.
Delegatus tuetur possessionem quam ipse dedit usque ad annũ, ita not.Inn.in c.ex parte,de testi.fol.105.nu.3.die,vt in c.quęrenti,de offi.deleg.
Delegato aut ei committitur inquisitio , & iste debet inquirere de fama,aut iubetur,& tunc non. Vide per Inn.in c.ex parte,& in c.cum oporteat,de accusa.fol.201.nu.3.& vide supra hoc eodem verbo, in 8.q.
Deducens in libello aliqua tenetur probare substantialia & causas sine quibus libellus non esset recipiẽdus , non alia quæ nõ sunt de natura petitionis , nec habent eã qualificare , licet ea natura sit rata,vt l,habebat;de institoria,& no. Inno.in c.ex parte, de priuil.219.nu.1.dic,vt in l.edita.C.de eden.
Degradatus,vide plenè in c.degradatio,de pœn.lib 6.
Defunctus licet non sit conquestus , tamen actio datur hæredi ad contractum vsurarium rescindendum,ita not.Abb.in c.ad nostram, de emp. & ven.
Defectus alterius nemo supplet,nisi in casibus à iure expressis,ita not.Innoc.in ca.quia diuersitatem,de concess. præben.fol. 153. nume.4.
Defensio nõ solum permittitur cuicunque ex suis , sed etiam extraneis permissum est defendere non excedendo modum . Nã licitum est iuuare cuicunq; ius habentem ad defensionem personæ & rerum & ad recuperationem quando lex permittit,ita no.Inn.in c.si verè,de sen.excom.fol.228.nu.2. in contrarium facit,quod not.ff.de vi & vi arma. in l. cum fundum , secundũ Io. Et sic not.ex prædictis quod proijciens lapides ad sedationẽ rixarum non punitur. Bal. vide supra in verbo,absolutio, in 7. q.& infra in verbo,statuimus in 3.q.
Delictum,vide infra in verbo,forensis,in 1.q.vbi plenè.
Delictum administratoris interdum habet aliquam iuris formam contrahendo.de tributo procuratoris litigando, vt l. Polla.C. de his,qui.vt indi.impetrando,vt l.3.§.si procur.ff.quod quisque iuris.auctorando,vt l.si dolo.ff.si quis omis. causa testa.interdum non habet aliquam iuris formam.Et hoc dupliciter,scilicet committendo,vt l.mero,quod non punitur dominus criminaliter pro delicto administratoris,vt est tex.no.in d.l.Polla.ibi de calumnia,&c.ita no.Inn.in c.tuæ,vt li.non contest.fo. fol.86.& perpetuo tene ista fixa cordi.Bal.& vide infra in verbo,punitur, in 3.q.
Delinquentibus pluribus parcitur,vnusquisque principaliter tenetur vt principalis de facto suo,si factũ per se potest discerni, ita no.Inn.in c.licut,de homic.fol.210.nu.3.& tenetur de ope, quia non videtur ad hoc accessisse, vt opem ferret , sed vt esset principalis sicut in ciuilibus , quia duo rei nõ videntur inuicem fideiubere nisi probetur distinctè & clarè,quod per se præstite- rit alij auxilium,& per se vulnerauerit,& damnum dederit,nõ eo,quod insultũ fecit, ideo auxilium dedisse videatur , quia insultus cum primo vulnere confunditur, vt C. de accus.l.qui de crimine & dic vt l.qui seruo,in fi.ff.de fur.per Bart. Adde etiã, quod quando aliquis accusatur de auxilio præstito debet exprimi,ad quid præstitit auxilium,& cui vt certi hominis factũ arguatur.vt l.licet.§.fi.ff. nau.cau.stabu.quia auxilium ad hoc, de quo agitur præstitum esse debet, non ad aliud , vt l.2.§.1.ff. vi bon.rap.& vide omnino,quod not.in cle.1.de pœnis,in glo. ordinaria, quam tene menti.
Demonstratio,vide infra in verbo,testis,in 41.q. ibi falsa demonstratio,&c.
Denegans soluere censum licet appellet , potest excommunicari, ita no.Inn.in c.significauit,de cens.fol.183.nu.3.
Deuolutio potestatis quomodo fit ad superiorem , vide Innoc.& Host.in c.vltimo , de electio.
Depositio,vide omnino supra in uerbo , citatio, in 40.q.uide infra in verbo,testis.in 44.quæst.in fi.
Depositio quid nocet monachis,vide per Inn.in ca.dile. filius,de fimo.vide infra in ver.testis,in 57.q.& infra in ver.spiritualia, in 1.q.& supra in ver.eodem.in 2.& 3.q.
Desertio,vide supra in verbo,appellatio,in 38. q. & in 46.quæst. & supra in verbo,condemnatio, in 5.q.
Denunciatio potest fieri tam in iudicio,quam extra iudicium , ita not.Inn.in c.solicitudinem,de appel. fol. 136. nu. 3. vide infra in verbo,libellus,in 2.q.
Denuncians per calumniam punitur extra ordinem,ita no. Inn. in capit.cum dilectus,de calum. fol. 205. vide supra in verbo, citatio , in 25.quæstio.& supra in verbo , crimen,in 8.q.
Detinens aliquam vt sponsam etiam de futuro potest petere restitutionem si spoliatur,secus si tenet vt concubinam,ita tenet Innocen.in capit. ex parte , de restitutio. spoliato. fol. 96.numero 3. Et quod dicit de sponsa est verum si spoliatur à tertio, secus si ab ipsa sponsa, quia dissoluere potest sponsalia,ita not. Inno.ibidem.
Detinens conuenitur rei vendic. aut auferatur sibi detentio & custodia,non vera possessio,ita no.Inn. in c. quoniam,vt lit. non contest.fol.87.nu.8.
Dies feriatus an possit pro termino assignari , vide per Innocen. & Host.in capit. exposuit , de dilatio . & vide in l. arbiter , de arbitr.
Diffamatus,vide omnino infra in verbo,silentium,in 1.q.& infra in verbo,sententia,in 74.q.
Dilationes sunt ita moderandæ,quòd non transcendant tempora instantię assignatæ à lege,homine,vel statuto,ita not.Inn.in c.in causis,de testi.fol.106.nu.3.& per eundem de accus. in c. ad peti.§.alij tamen facit.C.de adulte.l.fi.Bal.
Dilatio est danda parti ad habendos aduocatos,ita no.Inn.in c.1. vt lite non cõtest.fol.85.no.4.& vide infra in verbo, tempus, in 11.q.& omnino vide supra in verbo,citatio,in 26.q.circa medium ibi,quia dilatio quæ assignatur à lege, &c. & ibi nũquam habens dilationem .
Dilatio si datur post terminum lapsum datum ad probandum,nisi rationeimpedimenti,ita not.Inn.in d.ca.in causis,de testi. fol. 106.nu. 3. & illud q; dicitur de quarta productione,intelligitur ante lapsum peremptorium,vt ibidem ipse Inn.dicit.
Dilatio quarta qualiter petitur,& qualiter denegatur, vide Inno. in c.significauerunt,de testi.fol.118. nu.1.
Dilatio taxata à lege non potest taxari à iudice, nisi cum causa,ita dicit Abbas in cap.in causis,de testi.adde,quod quando dilatio non est taxata à lege,tunc iudex taxat,vt ff. de iure deliberandi.l.1.& ff.qui satisd.cog.l.de die,in prin.sinautẽ est taxata,aut est dilatio vniformis,quæ pro factorum qualitate non variatur vt dilatio decem dierum ad appellandum,& ista non potest taxari per iudicem,vt C.de appel.auct.hodie. Aut est dilatio diuersa & difformis pro qualitate factorum,& tunc iudex potest taxare , vt ff. de feriis.l.oratione.& de re iudi.l. qui pro tribunali.Et ideo lex nunquam assignat istas dilationes, quin iudici reseruet arbitrium moderandi,vt in ca.indultum,de regul.iur. lib.6. per Dyn. Sed pone statutum dicit , quod qui non soluit condemnationem infra mensem , pes ei amputetur , an iudex poterit minuere istud tempus causa cognita. & credo , quod non,quia verba statuti sunt conditionalia , & conditio est formaliter adimplenda.l.Mœuius.ff. de condi. & demon. & ideo ex quo statutum figit pedem in certo tempore à forma statuti non discedam, & totum tempus expectabo , vt l.in illa stipulatione,de verb.oblig.etiam si reus renunciaret dilationi , tamẽ iudex non potest facere plusquam verba statuti patiantur, maximè in criminalibus,argu. not.in l. pactum inter hæredem.ff. de pact. Bald.
Dilatio, quod si in prima dilatione probatoria fuit dictũ , & peremptoriè,tunc secunda dilatio non dabitur,nisi cum maiori solennitate quam alias daretur,i.quod impedimentum in prima probari oportet testibus . non autem sufficit iuramentum , ita no.Inn.in c.in causis,de testi.fol.106.nu.3.quod est no.

Universidad de Deusto Biblioteca

Dilapidare nullus magis dicitur quam ille, qui cōmittit delictū, propter quod bona sua confiscantur, ita no. Abb. in ca. ex literis, de pig. quod not. vide de hoc gl. no. in §. item prodigus, Insti. qui. non est permis. facere test.

Dignitas habet successorem, & si dignitas est contempta agit successor, secus in canonico, ita no. Inn. in c. quod sicut, de elec. fol. 26. nu. 5. ergo prælati succedunt in honore & onere in locū prædecessorum. sed secus in canon. Bald. vult dicere Inn. quod gesta nomine canonici non possunt haberi rata per canonicum, qui ei succedit, quia in iuribus canonici succedit capitulum, licet alius succedat in præbenda, hoc vult dicere Inn. hic secundū Bart. in l. bonorum, in fi. ff. rem ratam habe. quod est not. secundum eum ibidem.

Dignitates ecclesiæ non ordinantur secundum ius ciuile, nec ex eo sumunt iurisdi. ita not. Host. in c. ad hæc, de offi. Arch. & idē tenet Inno.

Dignitates in ecclesia quæ dicantur, & quid si est temporalis, vide per Inn. in c. de multa, de præben. fol. 150. nu. 7.

Dignitas est esse seruum ecclesiæ, ita not. Abb. in c. iniustum, de rerum permu.

Differentia inter priuilegium & cōfirmationem, quæ sit, vide per Inno. in c. cum inter, de re iud. fol. 126. num. 2. & vide supra in verbo, appel. in 26. q.

Differentia est inter consuetudinē quæ arctat ad residentiam præcisè & eam, quæ causatiuè respectu præbendæ, ita no. Inno. in c. clericos, de cleri. non residen. fol. 145. nu. 2.

Differentiam inter publicam vocem, notorium, & manifestum, ponit Innocen. in capit. vestra, alias in capit. sicut, de cohabit. cleri. & mulie. fol. 143. & vide de hoc in verbo, notorium, in 5. quæstio.

Differunt ista tria, decretum, auctoritas & consensus. Quia sententia decreti exigit scripturam & testes adesse & probationes esse, vt C. de fide instrum. l. emancipatione. ff. de adopt. l. post mortem, quia est, de act. l. actus. C. de ferijs. Auctoritas vero nō est sententia, sed supplementum defectus, & debet sponte præstari, vt ff. de aucto. tut. l. 1. in fi. item debet præstari in princip. actus quia alias lex consilio parum firmo resistit. ff. de aucto. tuto. l. obligari, in fi. de seruis expor. l. si minor. Consensus est rei gestæ vel quæ est in fieri confirmatio. & ideo omni tempore adhiberi potest, vt ff. de pig. l. si fundus. §. 1. ita not. Inn. de re. eccle. non alie. in ca. dudum, lib. 6. fol. 160. nu. 3. Sed qualiter cognoscam ista. Respondeo, si ad solennitatem adhiberi debet à iudice, erit decretum, & si ab alia ratione publici officij hoc erit auctoritas, nec valet ratihabitio. Si autem vt à priuato non per modum solennitatis, nudus consensus est, secundum eum ibidem. & no. bene ista, vide Bart. in l. si autem plures, de aqua plu. arcen. & in l. si quis mihi bona. §. iussum, de acquir. hæred. vide do. Bar. in l. fi. C. ad Maced. & Io. An. in c. ratihabitio, de re gu. iur. in gl. & in mercurialibus.

Differentiam inter has formas præuideas, nam hic etiam inuestire potest, facias infra, & facias assignari, vide Inn. in c. pro illorum, de præben. fol. 148. nu. 1.

Differentia est inter contractum emphyteuticum & censualem, vt per Innocen. in capit. constitutus, de relig. domi. fol. 179. nume. 1.

Dictio, quod, vel quæ sicut, inserta literis, an aliquid præstat, vide Innocen. in capit. ex ore, de priuilegijs. fol. 129. & de condit. & demonstra. l. quibus diebus. §. cum dominus. & de legat. 1. l. quidam.

Dictio, cui, ponitur accessoriè, & in priuilegijs importat hāc conditionem, scilicet si sit accessoria, ita no. Inn. in c. dudum, de priuil. fol. 221. nu. 4.

Dispensatio, vide infra in verbo, prælatus, & in 1. q. ibi, qui tamen allegat dispensationem, & c. & in 6. q. vide supra in verbo, commissio, in 2. q. & infra in verbo, prætor, in 1. q. & infra in verbo, superior, in 1. q. & infra in verbo, episcopus, in 2. 4. & 5. q. & infra in verbo, electio, in 13. q.

Dispensatio inordinata potest reuocari, tamen beneficium interim licitè retinetur, ita not. Inno. in ca. diuersis, de cleri. coniu. folio. 144. nume. 1. & vide supra in verbo, Abbas, in 9. & 17. quæstio.

Dolus procuratoris non nocet domino in eo, quod non potest recuperari à procura. vt in beneficio, quia in hoc procur. non intelligitur esse soluendo, sed negligentia procuratoris nocet domino in beneficialibus, ita no. Inn. in c. cum olim, de cau. pos. & proprie. fol. 93. nu. 5.

Dolus vel culpa præsumitur interesse in delicto ex qualitate instrumenti, cum quo percutitur, ita not. Innoc. in ca. significasti, de homi. fol. 211. nu. 3. & ff. ad l. Corn. de sica. l. 1. §. sed si claua, per Iaco. de Arc. & circa hoc vide quod not. in Spec. tit. de proba. §. fi. ver. vnde cum quidam, item præsumitur & mixtè ratione qualitatis personæ percutientis, & qualitatis instrumenti, vt est gloss. not. in l. 1. C. de sica. ff. locati. l. item quæritur. §. idem Iulianus. Sed si de qualitate instrumenti non apparet, & ex percussionibus filius vel seruus moritur infra triduum præsumitur dolus, vt C. de emen. propin. l. 1. sed illud secundum legem Mosaycam. sed secundum ius ciuile ictus contemplandi sunt, & ex qualitate ictuū præsumitur dolus, etiam si post multos dies moriaī, vt ff. ad legem Aquil. l. itē Mela. §. si plures, & in d. §. idem Iulianus. vnde forma calcei non erat instrumentū aptum ad nocendum, quia circa qualitates ipsius instrumenti quatuor considerantur, scilicet natura, aptitudo, inuentio, & consuetudo, sicut not. in simili in l. 2. ff. si cer. peta. & tene menti illa. Bald.

Dolus non præsumitur in literis iustitiæ vel paruæ gratiæ, sed in magna sic, ita not. Innoc. in c. ad falsariorum, & in c. accedens, de fal. facit ad renunciationem mulierum & filiorum, quia si asserunt se læsos in magna quantitate præsumitur interuenisse dolus, alias non, ad hoc vide glo. not. in l. cum proponas. C. de pact. in glo. super verbo, caruit.

Dolosus si agit, & dolosus excipit, melior est cōditio excipientis qualiter hoc intelligatur, vide per Inn. in c. intelleximus, de adulterijs. fol. 212. nu. 1. nam circa idem debet intelligi non circa diuersa. Inn. vnde non soluens gabellam, agens ex illo contractu ad pœnam repellitur ab aduersario, qui similiter non soluit gabellam illius contractus eiusdem. Sed in contractibus nō habet locum, quia ille, qui non soluit in vno, auditur in alio. & si statutum dicat, quod in nullo audiatur malpagus, idest non soluens gabellam de contractu, non tamen poterit excipi ab eo, qui est in simili delicto, & ideo dixi ad pœnam, quia secus si ad purum interesse. nam quando reus certat de lucro & actor de damno, obstat reo replicatio doli, vt not. ff. sol. matr. l. cum mulier, per Iac. de Are. in extraiudicialibus, & non imputat arenarius arenario mores prauos, vt l. in arenā, C. de inof. test. secūdum Inn. Sed quare de vsuris ēt in alio cōtractu excipitur, respōdeo odio vsurarum: est enim speciale, secundum Innoc. in vsurario enim attenditur delictum in genere: non enim agitur de speciali facto puniendo, & prædicta sunt vera in ciuilibus, sed in criminalibus in præiudicium fisci non fiet compensatio delictorū, secundum Inn. bannitus vero bannitum repellit, quia ista qualitas consideratur in genere banni, non respectu certi actus, & in genere admittitur compensatio, vt l. 1. §. pen. ff. si pars hæredi. pe. secundum Iac. But. & hoc in exce. odiosis, sed in fauorabilibus reus est potior, vt in §. sed si fraudandi. Et ex prædictis collige quando in delictis fiat compensatio, & tene menti. Bal.

Dolus in spiritualibus rescinditur per officium iudicis, ita no. Abbas, in c. cuius, de re. permu.

Dominus si iurat de calumnia, & postea constituat procuratorem ad sic agendum, vel ad sic respondendum, non cogitur procurator iurare de sua malitia, arg. ff. de manu. vindi. l. pater ex. in fi. Secus si non habeat certum mandatum limitatum, ita not. Inn. in c. 1. de iur. cal. fol. 87. nu. 4. nec crimen contrahit procur. cum man. sic limitatum est. ff. de contrahen. emp. quod sæpe. §. si quis amico, & vide infra in ver. factum, in 3. q. & infra in ver. possessio, in 4. quæst.

Dominus procuratoris reuocat errorem nudo verbo infra triduū ita no. Host. in c. scrip. de elec. vide infra in verbo, testis, in 11. q. post medium.

Dominus castri, vel villæ potest agere pro iniuria facta suis fidelibus vel subditis, vel villanis, siue dominus habeat iurisdictionem circa castrum, vel villam, vel homines, siue homines tantum, quia fortè ex aliqua liga, vel iuramento sunt sibi submissi & in defectum iustitiæ potest mouere bellum contra iniuriātem suis subditis, tamen dominus in libello non petit damnum emendari suo subdito, cuius non est procurator, sed sibi pro suo interesse. Nec dominus istius castri, vel villæ poterit facere cōcordiam, vel remissionem de insultu & damno suorum singulorum subditorum, ita no. Inno. in c. dilectis, de appel. fol. 136. nu. 2. & tene menti, maximè pro repræsalijs concedendis in defectum iustitiæ, quia & bellum moueri potest.

Dominus an teneatur ex delicto serui, siue familiarum, & scholaris ex delicto famuli, & potestas ex delicto familiæ, vide Bart. in l. 1. §. familiæ. ff. de publi.

Dos debet restitui spoliato antequam cognoscatur de fœdere matrimonij, ita not. Host. in c. accedens, vt lite non contest.

Dos perditur per adulterium vxorum, vt per Bart. in l. rei intell. §. more. ff. soluto matrimonio.

Domicilium, vide supra in ver. Abbati in 20. q. Et an contrahatur per scholarem in loco studij, vide Bar. in l. lex Cornelia §. si cum fundus. ff. de iniurijs.

Domi-

Dominium an transferatur per sententiam, vide per Inn. in c. proposuit, de concel. præben. fol. 152. nu. 5. & dic, quod per sententiam condemnatoriam sequuta possessione transfertur dominium, non per absolutionem. ff. de pig. l. superatus, & not. Insti. de offi. iudi. §. fi.

Dominium non probatur per exceptionem annuæ pensionis, ita no. Abb. in c. cum Bertoldus, de re iudi.

Dominium & possessio, an quæratur per generalem procuratorē. Bar. dicit, quod sic, in l. qui mihi donatum. ff. de dona.

Dominium potest quæri ex pluribus causis eo tempore cōcurrentibus, secus si diuerso, secundum Bar. in l. possideri. §. ex pluribus, ff. de acq. pos.

Dominus continetur etiam sub nomine monasterii, ita not. Inn. in cap. volentes, de priuileg. fol. 222. vide supra in verbo, capella, in 2. quæst. & supra in verbo citatio, in 11. & 12. q.

Donatio facta ecclesiæ per ingressum monasterii per licitum egressum ante professionem reuocatur, quia fundabatur super eo, quod tollitur, secus in mera & pura donatione stante per seipsam, ita no. Inn. in c. qd à te, de cleri. coniu. fol. 144. Adde quod ipse idem no. in c. in præsentia, de præb. fol. 151. nu. 4. vide infra in verbo, monasterium, in 2. quæst. & vide infra in verbo, rex, in 5. quæst.

Donans aliquas res ecclesiæ in proprietatem, vel ad vtile dominium, an ipse donans possit recipere de ipsis rebus censum ab ecclesia, vide per Inn. in c. de mona. de præben. fol. 146. nu. 2. & loquitur in eo, qui ædificauit ecclesiam, & dotauit eam, Inn. & vide supra in verbo, Abbas, in 5. q. quod not.

Donans se & sua alicui ordini est verus regularis quemcunque habitum portet, ita no. Abb. in c. 2. de testa. quod est no. secūdum eum ibidem.

Donatio inofficiosa non reuocatur, nisi quatenus est inofficiosa, ita no. Abbas. in c. Raynaldus, extra de testamentis, non distincto si inofficiosa dona. re & consilio, vel re tantum, nec distincto sit donatum liberis vel extraneis vt C. de inof. test. auct. vnde si parens, secundum Iaco. But. Alij dicunt propter fraudem in totum reuocari. Item querela ista æquiparatur querelæ inofficiosi test. ergo ab extraneo auferi, de leg. 2. l. Lucia. §. Imperator, in glo. & dic, vt ibi per Dy. Quandoque donatio reuocatur in totum, vt C. de reuoc. dona. l. si unquam, & argu. ff. de pac. l. tale pactum, §. fi. Bal. potest dici, quod opinio Iac. Butr. sit vera, vbi agens habet aliquid titulo institutionis, vt solum ad supplementum competat querela inofficiosæ donationis, alias sit vera opinio aliorum.

Donatio facta personę censetur personalis, ita no. Abbas in c. cum venissent. de insti. tene menti, vide supra in verbo, alienatio, in 5. q. & supra in verbo, astutus, in 1. q. & supra in verbo, concedens, in 4. q.

E

EA vice. Quid importat hoc verbum, vide Host in c. cum Vintoniensis, de elec.

Ecclesia tribus modis accipitur, vno modo pro vniuersis ecclesijs Christianorū. Secundo modo, pro vniuersis ministris ecclesiarum. Tertio modo, pro vniuersa congregatione fidelium. His tribus modis accipiendo ecclesiam reperitur, qđ ecclesia habet multa priuilegia, tam à Deo, quàm ab Imperatore, quàm à Papa. quæ priuilegia si violantur, dicitur fieri contra libertatem ecclesiæ, & incurritur pœna auct. cassa & irrita. C. de sacrosan. eccle. & ca. nouit, de senten. excom. Si autem aliquod priuilegium est concessum alicui ecclesiæ singulari per Papam vel Imperatorem, vt ecclesiæ Perusinæ, & contrarium statuendo illud priuilegium violetur, nō habent locum istæ pœnæ, quia non dicitur fieri contra libertatem ecclesiæ: tunc enim offenditur ecclesiastica libertas, quādo ius publicum offenditur, quod in sacris & sacerdotibus consistit, vt ff. de iusti. & iure. l. 1. §. ius publicum, non quando ius priuatum vnius ecclesiæ tantum, ita no. Inno. & Host. in d. c. nouit, de sen. excom. fol. 230. quod est multum not. & menti tenendum, secundum Old. & Cy. in d. auct. cassa & irrita. sic etiam dico, quod ciuium libertas non minuitur, licet status vnius hominis periclitetur. Si autem fiat sta. quod ecclesiæ non audiantur super decimis, quia istud est priuilegium datum ecclesijs à lege diuina, dicitur fieri contra libertatem ecclesiæ. Si autem fiat statutum, quod ecclesiæ in suis iurib. non audiantur post decem annos, istud est contra priuilegia indulta ab Imperatore de quadragenaria præscriptione, & ideo est contra libertatem ecclesiæ. Si autem fiat sta. quod clerici nō possint declinare iurisdictionē iudicis laici, illud est contra priuilegia indulta ecclesiæ, idest ministris ecclesiasticis à Papa, ideo est contra libertatem ecclesiæ. Sed ponamus, quod ecclesia noua cultiua habet priui. quod non currat sibi minor præscr. centū annorū. Si fiat statu. impeditiuum illius singularis prorogatiuæ non dicitur esse contra libertatē ecclesiæ, secundum Inn. & hoc quo ad pœnas illius c. nouit. Sed tñ statutum laicorum nō tenet contra ecclesias, vt in c. ecclesia, de consti. Non tñ dico, idem si veneri in derog. ecclesiæ Romanæ, quia offenso capite totū corpus videtur iniuriam pati, etiam si sola auricula tangatur, vt no. ff. de furtis. l. vulg. Et ideo statuta quæ fiunt contra iura soli Romanæ ecclesiæ cōpetentia, puta contra dona. Imperatoris, puto dici contra libertatē ecclesiæ, & contra ius publicū. Et ista statuta credo esse impræscriptibilia nec vllo tpe roborari, quia lex prohibet statui, & damnat statutū & statuentē & præscribere, esset præscribere continuam delinquendi licentiā. Sed an valeat statutum, q̄ declinantes sint extra protectionem cōis. vr̄ quod non, sed contrarium seruatur quasi statutum sua ope subtrahi possit: nec. n. cogitur de suo beneficio facere. sed contrariū vr̄ quia imponitur pœna actui licito, & ideo non valet, vt ff. ad l. Falc. l. Seius Augerius. & non demerito, imo pro lege superiorum præceptum, vt in c. si diligenti, de fo. cōp. magis. n. declinat cum lex quam ipse, cum nec volens consentire possit, vt C. de legatis. l. ab administratione. Non tñ videtur contra libertatē ecclesiæ, quia non statuit, quod non declinet, i. quod non audiat declinatio declinantis, sed si declinat, statuit de alia lite futura, vel dic quod ēt valet ad statutū, quo ad priuilegia illius ciuitatis deneganda, sed nō quo ad ius cōe, sic bannitus perdit iura ciuitatis suæ, & non iura cōia: non intentabit ergo viam statuti, sed viam iuris cōis. ad hoc vide Cy. in l. 1. C. de sec. nup. facit l. si quis in bello. §. in ciuilibus. ff. de cap. Sed pone, dicit statutum, quod instra confessionalia mandenē executioni de facto, i. executiuè sine ordine cognitionū. Aliud statutū dicit, quod post decem annos non possit peti executio. Nunquid ecclesia possit postea petere? vr̄, quod sic suo priuilegio, vt in c. de quarta, de præscrip. & in auct. quas actiones. C. de sacrosan. eccle. in contrarium vr̄, quia ecclesia se fundat beneficio statuti, vnde totus iste processus est præter ius cōe, & ideo non obstat exceptio, agat ergo ecclesia post decennium via ordinaria, nō via executiua. nā quotiens addimus & detrahimus, & c. vt ff. de iust. & iu. l. ius ciuile. & sic statutū addit circa modum ita detrahit circa tempus præscr. imo verius non addit nec detrahit, sed totū de nouo inuenit. Et idem potest ius, quod inducit taxare omni generi personarū, arg. ff. de iure do. l. promit in prin. cū sua gl. sic & in tempore accusandi vel inquirendi, vt C. de fal. querela. Si. n. clericus nollet accusare s̄m formam statuti, non poterit accusare lapso termino statuto, & tūc arguo de ciuilibus ad criminalia. ff. de iudicijs. l. omnem, & de pœnis. l. absentem, quod certius est si statutum adimat iurisdictio. quod potest s̄m Iac. in auct. statuimus. C. de sacrosan. eccle. Sed quid de sta. disponentibus, quod de omnib. possessionibus debeat solui datio, gabella & collecta, an ecclesia, si post statutū acquirat aliquam possessionē, teneatur soluere collectam & vr̄ quod non, nisi potius esset imposita, vt ff. ad municip. l. incola. nā mutata persona dñi mutaē conditio possessionis, vt ff. de publi. l. citatio, in fi. quod est verū. Sed pone, dicit statutum, quod omnia prædia sint tributaria, an ecclesia poterit tunc cogi? Rñ. collecta non imponiē per modū tributi, sed imponitur personæ per taxationē bonorū, & in personā dirigitur obligatio, vt ff. de mune. & hono. l. rescripto. §. fi. & ideo qa non vadit per illā viā tale statutum non officit ecclesijs. Alij dicunt contra, nā sicut transit seruitus, vt ff. de serui. rusti. præd. l. viam constitui. §. si fundo. sic & hoc onus, ergo ecclesia habebit res suas in extimo laicorum, & erit sub quodā tributo extraordinario, quod non habet certam formam à principio, sic ff. de annuis lega. l. medico, quod non credo verum, quia res ecclesiarum sunt separandæ à potestate laicorum, cum sint diuini iuris, arg. no. per Inn. in c. verum, de foro compe. fol. 82. nu. 1. vnum tamen non est omittendum, quod illa statuta dicuntur contra libertatem clericorum, quæ eos timidiores & meticulosos, & eorum aduersarios faciunt audaciores, vt ff. quarum rerum actio non datur. l. 1. §. quæ honorandæ, secundum Bar. vnde non valet illud statutum, quod de clerico occiso non sit pœna nisi 10. librarum, nec debebit bonus iudex pati probari cum clericum, arg. ff. de iniu. l. prætor. §. 1. ad excusandas excusationes in peccatis, nam boni viri interest vias malitijs claudere, vt ff. de rei uen. l. in fundo. Tamen in Italia uti homines uiuunt, & nescio qualiter contrarium seruatur in multis partibus, uide infra in uerbo, renunciamus, in 3. quæst. Bal.

Ecclesia potest pati etiam secundum decretum, ita no. Inn. in c. dilecto, de uerb. signifi. fol. 235. nu. 1. & uide quod no. C. commu. diuidun. in l. fi. Et ab isto decreto potest appellari secūdum Inno. ibidem, & si iudex non vult adiudicare dominium potest adiudicare ueram possessionem & fructus, secundum Inno. ibi,

Universidad de Deusto
Biblioteca

quod est no. facit in argu. l. Lucius & Titia. ff. famil. ercis.
Ecclesia non tenetur ad pœnam in cótractu irrationabili promissam, ita no. Abbas in c. 2. de precario.
Ecclesia tenetur indistinctè, si mutuũ sibi factũ cõuertitur in peruetuam vtilitatem ipsius, sed in cibis monachorum non tenetur vltra taxam debitam monasterio tenet Inn. & Abbas in c. pe. de fideiuss. facit ff. de ali. pup. præstan. l. fi. & ff. de exercitoria. l. fin. Bal.
Ecclesia non vacans potest conferri loco, non personæ, ita nota. Abbas in c. consuluit, de donatio.
Ecclesia non potest fideiussorio nomine obligari, ita no. Abb. in c. 2. de solu.
Ecclesia parochialis debet habere quartã non solum de relictis, sed etiam de omnibus oblationibus, vt de cereis, & de pietãtia, quæ fiet alteri ecclesiæ, vbi corpus sepelitur, ita no. Abb. in c. in nostra, de sepul.
Ecclesia dicitur parochialis inspecto habitu, non inspecto actu tantum, ita nota Innocen. & Abbas, in capitu. de multa, de præbend. denominatio enim fiet potius ab habitu, quàm ab actu. Bald.
Ecclesia qualiter teneatur ex contractu prælati vel procu. & quis dicatur institor in rebus ecclesiasticis vel profanis, & de natura ipsorum officiorum indistinctè, vide per Innoc. in c. quod quibusdam, de fideiuss. fol. 162. nu. 3. vide supra in verbo cano. portio, in 1. q
Ecclesiæ tenentur ad munera patrimonialia, ita no. Inno. in c. non minus, de immu. eccle. fol. 189. nu. 5.
Ecclesia potest infligere pœnam corporalem, ita no. Inn. in ca. in Archiepiscopatu, de rap. folio. 212. nume. 2. & de iure cano. cause criminales possunt excepto ultimo supplicio, ut ibidem per Innocen. & vide omnino supra in verbo, ciuitas, in 6. quæstio.
Ecclesiæ hospitalium non sunt exemptæ, ita no. Inn. in c. ad hæc, de priuile. 219
Ecclesia quando est exempta, quod ius perdit, tunc episcopus ratione exemp. vide per Innoc. in c. recepimus, de priuile. fol. eo. numero .
Ecclesia vna quando donat alteri in proprios vsus, vel vnitur alteri, quid iuris acquirarur, & quid si adiiciatur pleno iure, & an donatarius possit ecclesiam donatam obligare, vide per Inn. in c. pastoralis, extra de priuil. fol. 221. nu. 3.
Ecclesia vnita an possit impetrare separationem bonorum, vide per Innocen. in d. cap. pastoralis, de priuileg. fol. eodem, & ff. de mino. l. ait prætor, in fin. vide supra in verbo, causa, in 4. quæstio.
Ecclesia non ligat sub terra, ita no. Innoc. in c. mulieres, de sent. excommuni. 226
Ecclesia interdum non est exempta, & tamen parochiani sunt exempti, ita dicit Innocen. in c. veniens, de verbo. significa. fol. 236. nume. 8.
Ecclesia habens parochiam dicitur curata, licet de facto ibi nulli sint parochiani, ita no. Innocen. in c. de multa de præben. folio 149 in princip.
Ecclesia quando habet collegium, tunc prælatus eius debet esse perpetuus, ita no. Inn. in c. in latera. de præb. fol. 150. nu. 1. & ibi plenè vide per Inn. de eccle. mo.
Ecclesia quando dicitur ad aliquem pleno iure pertinere, vide Inno. in c. cum inter, de re iudi. fol. 126. nu. 2.
Ecclesia præsumitur libera vbi nõ apparet, quod ibi sit aliquis patronus, habet tamen episcopus in ea ius episcopale, ita no. Inn. in c. cum venerabilis, de excep. fol. 121. num. 9. & vide supra in verbo, cæmeterium, in 2. q.
Ecclesiam vnam potest habere quis titulatam, sed plures habere potest in cõmendam, ita no. Inn. in c. eam te, de æta. & qualita. fol. 44. nu. 1. vide infra in ver. inor. in 1. q.
Ecclesia an teneatur ad expen. ex contumacia procur. & an restituatur ne teneatur ad ipsa, vide per Hostien. in capit. 1. vt lit. non contesta. & vide infra in verbo, fiscus, in 1. quæstio. ibi, fiscus in ecclesia, &c, & infra in ver. prælatus, in 1. q.
Ecclesia cognoscit de qualibet oppressione pauperum & de sacrilegio etiam in dubio. ita no, Inn. in c. cum sit generale, de foro compe. fol. 82, nu. 1.
Effectus attenditur magis quam verba, quandoque vel ipsum factum, quandoque è contra, quia magis verba, quàm factũ, siue effectũ, præpõderare videmus ita no. Inn. in c. 1. de bigamis. 49
Edifitis, vide supra in verbo, acta, in 3. & 4. q.
Aedificium ædificare, vide supra in verbo castrum, in 2. q.
Edictum generale sufficit quando nescitur quæ certa persona citari debeat, ita no. Inn. in c. per venerabilem, qui filii sint legiti. fo'. 198. nume. 3.
Effusio sanguinis quæ dicatur, vide per Inn. in c. cum illorum de sen. excom. fol. 227. supra in ver. appel. in 48. q. & supra in ver. capitulum, in 2. q.
Electio, an possint eligi quo ad unam præbendam vide per Inn. extra de præb. in c. maioribus. fol. 146. vide supra in verbo, admissus, in 1. & 3. q.
Electione nunquam acquiritur quasi possessio iuris eligendi, nisi electio confirmetur, & sufficit prima confirmatio in contradictorio iudicio, ita no. Inn. in c. cum venissent, de in integ. restit. fol. 73. nu. 6. vide supra in verbo, crimen, in 2. q.
Electores non transferunt dominium prælaturæ, sed cõfirmator sic, ita no. Inn. in c. ex parte, de arbi. fol. 79. nu. 3.
Eligendus est idonei or præmisso tamen semper eo cuius interest, ita no. Inn. in c. cum olim, de testi. fol. 107. num. 2. vide omnino infra in verbo, Tyrannus, in 1. q.
Electio dicitur via ordinaria, postulatio via extraordinaria, nec facit quem prælatum ante dispensationem, ita no. Host. in c. gratum, de postula. præla. aliàs in c. 2. & vide infra in verbo, postulatio, in 2. q.
Electio Papæ de cõsuetudine pertinet ad solos Cardinales, & quæ sint specialia in electione Papæ, vide Host. in c. licet, de elec. vide infra in ver. impeditus, in 1. q.
Electio quando compromittitur videtur consensum de persona idonea, ita no. Host. in c. causam, de elec. & electus à compromissario videtur electus à compromittentibus, & debet stare electioni, non vi emologationis, sed vi electionis, quia ipsimet finguntur elegisse, ut ibidem Inn.
Electio ubicunque est nulla ipso iure, licet nondum sit cognitum de nullitate, non impedit secũdam electionem, istam regulam ponit Inn. in c. considerauimus, de elec. fol. 20. nu. 2. vide infra in verbo, suspensus, in 8. q.
Electio canonica non prohibetur propter decretum, ita no. Inno. in cap. innotuit, de elec. Hostiẽ. contra. non tamen decretum est de substantia electionis, sed concomitantiis, & sicut Apostoli non probant appellationem, sic nec decretum electionem. Host. ibidem. vide infra in verbo, legitimatus, in 4. quæst. & supra in verbo, admissus, in 1. quæst. & supra in verbo, confirmatio, in 4. q.
Electio si fit per dolum, an teneatur electus renunciare, si aliàs sit dignus, vide per Inno. in c. quod sicut, de elec. fol. 27. nu. 11. vide infra in verbo, reprehende, in 1. q. & supra in verbo, consensus, in 4. q.
Electio non potest celebrari, quando recedit aliquis de his qui sunt necessarii ad capitulum faciendum, licet recedat licentiatus, ita no. Inno. in c. considerauimus, de elec. fol. 20. nume. 2. tene mente.
Electio quando cassatur propter defectum ordinis, ipse, qui fuerat electus, non ob hoc efficitur infamis, ita no. Inno. in c. cum post, in fi. de elec. 34
Electio est canonica, & non requiritur dispensatio, licet aliqui sint contempti, ita no. Innocen. in capitu. te nobis, de cleri. peregri. 49
Electio integratur ex tribus, scilicet de facto electorum, patientia eorum; quorum interest, & ex confirmatione superiorum. ita no. Innocen. in cap. cum venissent, de in integ. restitu. folio 74. nume. 4.
Electores præsumuntur scire qualitatem electi, ita no. Host. in ca. cum terra, de elec.
Electiones duæ factæ, quæ ex illis ptæualeat, uide Host. in c. ad audientiam, de elec.
Electores qui habent ab alio potestatem eligendi, eligunt suo nomine committentium, ita no. Inn. in c. in causis, de elec. fo. 28. nu. 4. uide infra in uerbo, rempus, in 5. n. & supra in verbo, annus, in 1. q. & super in verbo, capitulum, in 1. q. & supra in verbo, consuetudo, in 8. q.
Electores non possunt compromittere de facto electionis factæ, ita no. Inn. in c. dudum, de elec. fol. 23. num. 3. vide infra in verbo, vox, in 1. q.
Electus à collegio non habet ius excommunicandi, nisi auctoritate episcopi, ita no. Innoc. & Host. in cap. Archidiaconus, de offic. vica,
Electus potest renunciare in manibus eligentium ante confirmationem, ita no. Innocen. in capitulo, cum venissent, supradicto, de integ. resti. vide bonam gl. in l. legatus. ff. de offi. præsi.
Electa vna via, an possit ad aliam rediri, uide per Bar. in l. 1. §. vn de quæritur. ff. de publi.
Electo potestate an possit ab elec. recedi antequam acceptet vide Bar. in l, absenti, ff. de dona.
Episcopus, uide supra in verbo, syndicus, in 1. q. ibi, & est notab. quòd episcopus, &c.

Episco-

Episcopatum acceptans videtur renunciare priora beneficia, ita no. Inn. in c. in nostra, de rescrip. & vide supra in verbo, Abbas, in 8. q. & infra in verbo, Testis, in 46. q.
Episcopi & similes, an possint dispensare cum postulatur coram se, vide Inn. in ca. fi. de postula. præla. fol. 19. nu. 4. vide infra in verbo, testator, in 2. q. & in verbo, Abbas in 18. q.
Episcopus licet non sit canonicè confirmatus, tamen valent gesta ab eo, & sufficit hoc solum, quod sit confirmatus, nec exigitur, quod canonicè propter communem vtilitatem & communem errorem, vt ff. de offi. præto. l. Barbarius, ita no. Inn. in c. nihil, de elec. fol. 33. nu. 3. vide supra in verbo, Abbas, in 2.
Episcopus quando permittatur, & quando prohibeatur dispensare, vide per Inn. & Host. in c. dilectus, de temp. ordi. fol. 44. nu. 2. vide supra in ver. casus, in 13. q.
Episcopus dispensat etiam in crimine notorio, ita no. Inn. in ca. 1. de corpore vitiat. 48.
Episcopi non possunt, in ordinibus dispensare, nec reperitur expressum, ita no. Inn. in c. fi. de obli. ad ratio. fol. eo. nu. 3.
Episcopi non conferunt beneficia & præbendas de iure communi, Archidiaconi, nec alii prælati non conferunt, ita no. Inno. in c. cum satis, de offi. Arch. fol. 50. nu. 2.
Episcopus tenetur ex facto sui vicarii, & imputet sibi, si malum vicarium elegit, vide Host. in c. ad hæc, de offi. Arch. & vide supra in ver. capella, in 1. q.
Episcopalis ordinis quæ dicantur, & quæ auctoritatis episcopalis, & quæ iurisdi. vide Host. in c. dilecto, de offi. Arch.
Episcopus non corrigit excessus suorum canonicorum, quia sunt pars sui corporis, ita no. Inn. in c. irrefragibili, de offi. ord. fol. 65. nu. 5.
Episcopus quomodo dicatur iudex exemptorum, non exemptorum, & eorum qui nihil committunt, quod ad suam iurisdictionem reuocetur vide Inn. in c. pastoralis, de offi. ord. fol. 64. nu. 1. facit in simili. l. 1. C. de decu. lib. 10.
Episcopus suum Archiepiscopum non excommunicat, licet in sua diœcesi delinquat, quia est inferior eo, ita no. Inn. in ca. cum inferior, de maio. & obe. fol. 68. in nu. 1. Sed extraneum Archiepiscopum sic, quia in suo territorio maior est eo, vt ff. de manumis. l. apud eum.
Episcopus quando alienat non requiritur decretum superiorum, secus quando inferior prælatus, ita no. Inno. in ca. statuimus, de transac. fol. 69. nu. 1. vide supra in verbo, auctoritas, in 2. q.
Episcopus qui nou potest habere possessionem, an debeat conferari, vide per Inn. in c. constitutus, de appel. 134.
Episcopus an possit dispensare super residentia, quo ad habendos fructus præbendæ, vide Inn. in c. clericos, de cleri. non residen. fol. 145. nu. 1. qui dicit, quod super hoc dispensare non potest, quod tene menti. Item est differentia inter consuetudinem, quæ arctat ad residentiam præcisè, & eam quæ causatiuè, respectu præbendæ, vt ibidem dicit, quod est no.
Episcopus & canonici faciunt vnum capitulum in electione non in iurisdi. ita no. Inn. in c. pastoralis, de concess. præb. 155.
Episcopus sine cupitulo habet ius instituendi & destituendi in ecclesijs mino. ita no. Inno. in cap. nouit, de his quæ fiunt à prala. fol. 157. Bal.
Eiscopus cum capitulo suo potest facere statutum ita no. Inn. in c. vestra, de loca. & condu. fol. 161. quæ statuta sunt ius prætoriũ & fiunt iure magistratus, & ideo actio pœnalis est annalis, secundum Bar. quod est no. Bal.
Episcopus quando dat ecclesiam, quid dare intelligitur tunc, vide per Inn. in c. pastoralis, de dona. fol. 163. nu. 1.
Episcopus debet præcingere aliquem ministrum oratorio, ita no. Inn. in c. auctoritate, de censi. 195.
Episcopus qui concedit monacho curã debet illum remouere, & non Abb. ita no. Inn. in c. 1. de capel. mona. 180.
Episcopus habens iurisdictionem temporalem an possit indicere bellum, vide Inn. in c. quod in dubiis, de pœnis. fol. 223. qui tenet, quod sic nec est irregularis, si ex illo bello sequatur homicidium, quia ipse non occidit, sed lex, nisi suo corpore adest, vt ff. de ritu nup. l. palã, in fi. Inn. & sic multotiens faciunt episcopi in Alamania guerram cum certis, &c. Bal.
Episcopus non potest indicere laico purgationem, nisi in crimine ecclesiastico, ita no. Innoc. in c. nos inter, de pœnis, & illud dicitur crimen ecclesiasticum, quod ecclesia suæ cognitioni reseruatur, quod in sacra re committitur, vt ibidem gl. ordi. Bal.
Episcopus non debet pati, quod sui subditi obseruent inutile interdictum, ita not. Abb. in c. quæ sunt, de his quæ fiunt à maio. par. cap.
Episcopus cum maiori parte capituli potest prouidere pro vtilitate ecclesiæ de iuribus pertinentibus ad singulos super rebus ecclesiæ, secus in eo iure, quod pertinet ad singulos ratione personæ, ita no. Abb. in ca. ex parte, de his quæ fiunt à maio. parte capit.
Episcopus potest citare suum clericum in curia Romana, ita tenet Abb. in c. meminimus, de appel.
Episcopi ecclesias parochiales possunt facere conuentuales siue collegiatas, dumtamen ad hoc earum sufficiant facultates, ita no. Abb. in c. quoniam, de vita, & honestate clericorum.
Episcopus non potest dispensare res ad episcopatum pertinentes, seu constantes sine consensu capituli, ita no. Abb. in c. cum venissent, de institu.
Error vide supra in verbo, dominus, in 2. q. supra in verbo, actori, in 1. q.
Error circa substantialia rescripti vitiat ipsum rescriptum. Item æquiuocatio nominis, ita no. Host. in c. super literis, de rescrip. facit quod no. ff. de iudi. l. cum quem temere. Sed error in accidentalibus, vel error qualitatis, non vitiat, vt ibidem Host. vide supra in verbo, citatio, in 40. q.
Error procura. potest reuocari vsque ad finem causæ, debet tamen error probari, ita no. Inn. in c. penul. de confes. 102.
Emens granum tempore fertilitatis eo animo, vt tempore inopiæ earum vendat, & lucretur, an sit peccatum, vide per Inno. in c. multa, ne cleri. vel mona.
Aetas, vide omnino supra in verbo, conducens, in 4. q.
Emanans à delegato non dicitur emanare à sede Apostolica, ita no. Inn. in c. dilecti, de filiis presby. 47.
Emenda, vide supra in verbo, conducens, in 1. q.
Emendatio, vide omnino infra in verbo, libellus, in 4. & 12. q. circa medium ibi, item vbi libellus non continet, &c.
Emphyteuta potest compensare censum, quem habet dare cum alio debito, ita no. Abb. in ca. bona fide, de deposito, quod not Bald.
Emphyteuta ecclesiæ potest purgare moram infra modicum tps post biennium, quod modicũ tempus est vnius mensis vel duorum, ita no. Abb. in c. potuit, de loca. & ff. de iudi. si debitori, & de compensa. l. fi. & de iure fisci. l. aufertur. §. qui compensa. vel est 10. dierum, vt ff. de consti. pecun. l. promissor. vel est arbitrium, vt ff. de iure fisc. l. 1. in fin. & quod not. in simili, in l. cum proponas. C. de bon. auctо. iudi. pos. & hoc in biennio legali, quia tempus quod est appositum à lege, non impedit purgationem moræ, licet in pœnam fiat translatio dominii, & reuertatur ad ecclesiam ipso facto, quod est mirabile, & contra theoricam Dyn. in l. si seruum. §. sequitur. ff. de verb. obli. vbi dicitur, quod vbi in pœna fit translatio dominii nunquam locum habet purgatio moræ. Sed in hoc capitulo est speciale de æquitate canonica. Sed quid si istud biennium est conuentionale. respondeo, idem vt, quia potius videtur legale, quàm conuentionale, nam per huiusmodi pactum, quod per omnia deseruit iuri communi, potius videtur esse ius cõe, quam pactum, vt ff. de re iudi. l. 4. §. si quis, in gl. ibi, non vterque, vbi gl. dicit, quod tempus à iudice statutum, quod cõsonat cum tempore legali est legale, & quatenus est conuentionale, seu iudiciale. sic & hic dicam. nam homo exprimit, quod tacitè inerat, arg. ad idem, ff. de adop. l. si arrogator, vbi dicitur, quod si prouisio in testamento reducatur, non tamen dicitur prouisio testato. sed legis. ad idem facit, quod no. in ca. 1. de consti. lib. 6. vbi no. quod si de iure cõmuni fiat statutum, non propterea dicitur statutum, sed ius commune. ad idem etiam facit quia etiam pactum secundum ius commune debet interpretari, vt ff. de dam. infec. l. inter quas, & l. damni, per Iac. de Are. & pactum publicum, idest statutũ loci, vt not. ff. de decre. decurio. in rubr. distinguitur, secundum ius commune, vt C. de noxa. l. 2. & no. in l. fi. §. in computa. C. de iure delibe. & similiter consuetudo secundum ius commune interpretatur, & distinguitur, vt in ca. cum dilectus, de consuetu. quod satis dici potest, & hoc verum, nisi fuerit appositum iuramentum, quia tunc mora non potest purgari, vt l. si quis maior. C. de transa. arg. tamen contra, quia periurus auditur & purgat moram, vt C. de bo. auctо. iudi. pos. auct. ei qui iurat, vbi dicitur, quod ille, qui iurauit de iudicio sisti, & non stetit, & propterea passus est missionem, tamen auditur refectis sumptibus & præstita satisda. de iudicio sisti. Solutio istud est propter naturam missionis, quæ ideo fit, vt quis tædio affectus veniat respondeo, & ideo non mirum si veniens auditur, quia ad hoc prouocatur, quod no. perpetuo.
Emphyteuta qui infra duos menses post biennium satisfacit dicitur celeriter satisfacere ita no. Abb. in cap. secundo, de frigi. & malefi.
Emphyteusim quam pro se, & filijs pater stipulatur facit quod filij veniunt, vt adiecti post mortem patris, & ideo à domino videntur capere mortis causa capionem, & sic habet locum in ea ius accrescendi, secundum Bart. in l. mortis causa capitur, de

Universidad de Deusto Biblioteca

dona.causa mortis,& plenè in l. si mihi & tibi,de verbo.oblig. vide in auct,si quas ruinas. C. de sacrosan.eccle. & in titul.qui feud.dare pos.§. 1.per dominum Bald.

Euictio,vide supra in verbo,alienatio,in 1.q.

Euangelia,vide omnino supra in verbo,crimen,in 4.q.vbi habes, an testi sufficiat habere euangelia coram se, & in omnibus, vbi requiritur actus euangeliorum.

Equus,vide supra in verbo,Conducens, in 1.quæst. ibi, non tenetur ad emendam equorum &c.

Equus si per se vadit ad brauium sine puero,an dominus equi debeat habere brauium,vide per Bart.in l.1.§.item acquirimus, ver.cæterum, de acqui.pos.vbi dicitur,quod debet attendi sta, quia si dicit,cuius equus primo venerit ille habeat, tunc habere debet.Secus si dicit,qui primo venerit cum equo, &c.

Examinatio,vide supra in ver.Abbas,in 3.q. & infra in ver.testis, in 44.q.

Examinatio clericorum debet fieri in collatione beneficiorum, ita no.Inn.in ca.quia diuersitatem, de conces. præb.fol.152.in nu.5.& ita seruat curia Romana, & vide infra in verbo, testis, in 25.q.& 44.& supra in ver.Causa,in 40.q.& supra in ver.citatio,in 28.q.

Executio sententiæ potest fieri etiam de feriata propter messes,& causæ vniuersitatum tunc possunt terminari,ita no. Inn. in c.fi. de iud. fol. 82. nec debet seruari ordo iudiciorum, vt ipse idem no.in cap.ex ratione, de appel.circa hæc omnino vide supra in verbo,citatio,in 28.q. circa fi.

Executio sententię potest fieri non pręcedente libello,ita no.Inn. in c.1.de libelli oblatione.fol.84.nu.4.vide supra in ver.Condemnatio,in 4.q.ibi,non fiet executio sententiæ,&c. & vide infra in verbo,prouisor,in 1.q.& ibi vide de prouisionibus,seu de executoribus,& vide infra in ver.sententia,in 37.q.

Executor de quibus potest cognoscere, & quid impediat executionem sententiæ,vide per Inno.in c.de cætero, de re iudi.fol.126. nu.1.adde,quod ipse no.in c.dudum, de præscrip.

Executio alia mera, alia mixta, alia pro parte mera, & pro parte mixta,de quibus per Inn.in c.de cætero,de re iud.fol.eo.& vide infra in verbo,Appellatio,in 39.& 72.quæst.

Executor licet aliquando de obiectis cognoscat, sententiare tamē nunquam potest,ita not.Inn.in d.c.de cætero, de re iudi.fol.eo. nu.2.vide supra in verbo, Appellatio,in 24.q.

Executor non debet probationes recipere super instantia causæ, imo nec super nullitate,nisi sint patentes,secundum Inno.in d. cap.de cætero, de re iud.fol.eo.vide supra in verbo, causa,in 8. quæstio.

Executor quando dicitur excedere modum,vide per Host.in cap. quod ad consultationem,de re iudi.vide supra in verbo,citatio, in 49.q.

Executio quando fit in re iudicata,tertius oppositor, qui non possidet,non auditur,quia in hac specie nulla adhibetur cognitio,si autem executio fiat in alia re loco pignorum, non debet consequi pignus in alia re, & potest deferri tertio alleganti se ius habere,ita not.Inn.in c.cum super, de re iud.fol.127.nu.3.super gl.quidam, & ibi etiam videas an tertia persona possit appellare tam post sententiam,quàm ante ab interlocutoria, & an tertia persona possit venire in auxilium actoris sicut rei, & an tertia persona directo agendo possit impedire execu.sententiæ sicut excipiendo, & quod tertia persona appellans videtur appellare in iudicio,licet citata non fuit, & debet appellare ad superiorē, vide ibi Inn.de omnibus istis, & no.Bal.

Executioni sententiæ potest se opponere vnus tertius ratione possessionis,vt l.à diuo Pio.§.si super rebus.ff.de re iudi.nisi in sententia fecerit sibi præiudicium,vt l.sæpe,eo.tit.ita no.Inn.in c. cum super,de re iud.fol.eo.& sic possidens excipit contra execu.sententiæ latæ inter alios.

Executor nec in citatione,nec in aliis actibus tenetur seruare solitum ordinem iudiciorum,ita no.Inn.in c.ex ratione, de appel. fol.131.nu.1.& si appellatio est deserta iudex à quo, etiam si nō pronuncietur deserta, nec citet, potest exequi secundum eum ibidem, itē executioni nullus ordo iudiciarius iure præfigitur, & ideo si aliquid fecerit non iudicialiter ratione ordinis non seruati,non habet necesse citare, secundum eum ibidem,& non appellat ab execu.propter ordinem iudicij non seruati,vt in c.proposuit,de conces.præb.per eundem.

Executio inciuiliter facta per partem mandato iudicis, puta solutio debiti,non rescinditur ex ordine iudicii prætermisso, vt l.fi. quod met.cau.& not.Inn.in c.2.de in integ.resti.fuit.n. debita quo ad ius, indebita quoad modum, & potius est curandum de iustitia,quàm de modo,secundum Iac.But. Bal.

Executor non potest recusari vt suspectus per aduersariū, ita no. Inn.in c.proposuit,de conces.præb.fol.152.num.5.vide supra in ver.Appel.in 44.q.

Executor quando possit cognoscere de sibi oppositis, vide per Inno.in c.ad dissoluen.de despon.impub.fol.192.nu.5.

Executor cui commissa est executio tradendi alicui possessionē, amoto quolibet illicito detentatore,habet cognoscere quis sit illicitus possessor,& hoc faciat iudiciario ordine, nisi in notoriis, ita no.Inn.in c.cum olim,de priuil.fol.219.num.2.& C.si per vim,vel alio modo.l. fi. Bal.

Executio sententiæ differtur, si ius tertiæ personæ lædatur ex ea, ita no. Abbas in c.cum super,de re iud.ergo donec pendet contradictio,non debet fieri executio. nam quod rescindit factum multo fortius impedit fiendum.facit.ff.de execu.tut.l.diximus, in ratione sui,ista autē contradictio potest fundari ratione possessionis & ratione proprietatis,nam sufficit contradictori possessio vel proprietas,quam debet ipse contradictor probare,vt no.C.de priuil.fis.l.1.& C.ne vxor pro marito.l.ob maritorū, vbi etiam per Cy.& ff.de re iudi.l. à diuo Pio.§.si super rebus. & C.de iudi.l.properandum.§.sin autem reus, & l.1.§. si quis ideo.ff.ne vis fiat ei.Item sufficit, quod cōtradictor probet corporalem possessionem detinere, quia qui corporalem detinet, præsumitur possidere,vt ff.de verb.obl.l.stipulatio ista.§.hæc quoq;.& de acq.pos.l.1.in prin.& no.per Inn.in d.c. cum olim, de priuil.

Expressio causæ non est de forma appellationis, nec arctat appellantem, quando appellatur à diffinitiua,ita no. Inn.in c. pastoralis,de offi.deleg.fol.58.nu.4.& ff.de appel.l.scio. Secus quando appellatur ab interlocutoria,ita not. Abbas in c. ex parte,il primo, de testi.

Expressio causæ non arctat appellantem, vt l.scio.ff. de appel.secus in expressione qualitatis,argu.ff.de institu.l. qui habebat, vel aliud in prima causa,aliud in causa appellationis, vt ff.quod cum eo.l.Titianus,& non allegatum allegabo, & non probatū probabo,si à diffinitiua appello,secus si ab interlocutoria. tamē si non appello,sed reuocari peto contrario imperio omnem causam introducere possum,ita no.Inn.in c.fi.de oper.no.nun.fol. 218.Idem si non appello,sed peto restit.in inte.vt ff. de mino. l.minor omissam,& l.præses. Idē si appello à præcepto diffinitiuo,vt ff.de mino.l.ait prætor.§.permittitur. Idē si appello à cōpulsione,q̄ iudex facit, non admissis probationibus meis, nam hoc grauamen aliter reuocari non pōt,nisi data probandi copia, vt ff.de re mili.l.3.si ad idem. secus si iudex fecisset mihi facultatem probandi & allegandi, nam tunc quod culpa mea omisi in causa appellationis supplere non possum, vt c.appellanti, de appel.in cle.& tangitur per Inn.in d.c.fi.de ope.no.nun.& tangitur etiam per eundem in c.pastoralis, de offic.delega.sed non ita clarè.tene bene menti ista,vide omnino infra in verbo,sententia,in 16.q.vbi habes quæ sunt, quæ debent specificè exprimi in libello.

Exemplaria multa possunt sumi ex vno originali, ita no. Inn.in c. Albericus,de testi.fol.109.nu.5.& si per aliam manum sumantur sunt exemplaria,sed si per eandem manum sunt pariter originalia sicut protocollum. prima tamen scriptura vocatur, quæ in vulgari dicitur secunda, vt in Auct.de tabel.§.fi.col.4.ff.de testa.l.vnum,& de leg.2.l.Sempronius Proculo,per Bar.item no.quod prima manus transit in secundam, secunda autem nō transit in tertiam,i.in exemplum exēpli, ne sit procedere in infinitum,nec testis recipitur de auditu auditus. C.de diuer. rescri. l.si qua,per Cyn.& Ricar.Malumb.

Exempti habentes populum debent habere cathedram, & de ratione populi tenentur ire ad synodum,ita not. Inno.in c.quod super,de maio.& obed.fol.67.vide supra in verbo, census,in 2. quæst.

Exempti an possint in criminibus & in contractibus cōueniri sub ordinario,vide per Inn.in c.recepimus,de priuil.fol.219.nu.4. & in auct.qua in prouincia.G.vbi de crimi.agi opor. Inn.hodie est casus in c. 1. de priuil.lib. 6.

Exemptus ratione rei non exemptæ subest ordinario, ita not.Inn. in c.cum capella.de priuil.fol.220.nu. 3. & sic si forensis conuenitur ratione possessionis, vbi possidet, vt C.vbi in rē actio. l.fi.sed non ratione personæ, nec mixta ratione, vt l.rescripto. §.fi.de mu.& hono. Bal.

Exemptio capitis licet probetur, non propter hoc probatur exēptio membrorum,ita no.Inn.in c.ex ore,de priui.fol. eo.nu.2. arg.ff.de adop.l.liberorum.

Expulit te de possessione, tu postea turbas me in possessione, egi contra te, vt imponatur tibi silentium. probaui me possidere, & tu probasti me vi possidere à tē. Quæritur, an mihi super petitione, an tibi super molestatione sit silentium imponendum. & videtur quod mihi, ne petam, quia non habeo interdictum vti possidetis contra te,quem vi deieci, vt ff.vt possidetis.l.1.in fi.Præterea tibi datur actio contra me, multo fortius defensio, vt l.1.§. quod ait.ff.de superfi. In contrarium, quia

tu mihi

tu mihi vim inferre non potes,nisi incontinenti,vt C.vnde vi. l.1.ergo si vim de facto facis,prohiberi debes,vt ff.de offi. procu.Cæsa.l.fi.& de vsufru.l.æquissimum. Item violentus potest agere de violentia non à se, sed in se commissa,vt not.ff.de fur.l.itaque fullo. Solutio,dicunt quidam, quod violentus potest intentare officium iudicis, non interdictum vti possidetis. Sed Inno.dicit,quod etiam interdictum vti possidetis, nisi de vi excipiatur ante litem contest.si enim excipit reus, quod spoliatus ante omnia debet restitui,audiendus est. Si non excipit, prohibendus est à molestia facti,secundum Inn.non tamē plenum habebit interdictum vti possidetis,nec consequenter personales præstationes propter regulam, dolo facis, &c. Et licèt iudex imponat silentium super turbatione,tamen expulsus poterit agere in iudicio, quia intelligitur expulsus à molestia facti,non iuris,secundum Inn. sententia enim quæ imponit silentium non imponit illud,quod requirit natura iudicij. vnde silentium impositum in possessorio retinendę non excludit possessorium recuperandæ,& facit.ff.de postulando.l. Imperator, & ff.de lib.leg.l.Aurelio.§.centum,in gl.ordi.ita no.Inno.sed non ita clarè in c.veniens,de præscr.fol.125.quod no.Bald.

Expulsus licet protestetur quando expellitur, tamen non retinet possessionem,ita no.Inn.in c.cum venissent,de in integ. restit. fol.74.nu.2.& sic intentans interdictū vnde vi, perdit possessionem si quam habebat secundū eum,etiam si congreget exercitum propter eā recuperandā,vt ipse no.in c.olim,de resti.spo.

Exceptio duplex oritur ex iuramēto,s. declinatoria & peremptoria,ita no.Inn.in c.cum venissent,de instit.fol.152.nu.5.

Exceptio rei iudicatæ opponitur ante litem contest.ita no. Abbas in c.testimonium, de re iudica.

Exceptio banni si non admittatur ante litem contest.iudex debet eam reseruare,& interloqui sine præiudicio sententiæ banni,argu.ff.qui po.in pig.hab.l.Claudius.secus si de ea fuit plenè cognitum,ita sentit Inn.in c.veniens,de accu.fol.202.& vide per Cyn.in l.præscriptione.C.si contra ius vel vtil. pub. Bald.

Exceptione opposita ab altera partium,iudex debet interloqui,an admittat prædictam exceptionem vel ne, quia sententia super excep.debet ferri,ita no.Abbas in c.si duobus,de appel.

Excipere potest quilibet de crimine contra illum, qui debet promoueri ad curam animarum,sed non de forma, sed si non habet curam,nec de crimine,nec contra formam auditur, nisi cuius interest,puta quod est futurus suus prælatus,ita no.Inn.in c.super his,de accu.fol.202.n.7.vide sup.in ver. Accusatio,in 3.q.

Exceptio semel opposita ad elidendum rescriptum,& reiecta,si ex eodem rescripto ad aliud agatur tamen iterato opponi nō potest,ita no.Innoc.in c.cum dilectus,de purga.cano.fol.222.in nume.5.quod not.& vide supra in verbo, Admissus, in 4. & 8.quæstio.

Exceptio dilatoria solutionis potest opponi in causa appellationis,ita not.Abb.in c.cum Ioannes, de fide iustru. & vide supra in ver.Appel.in 38.q.

Exceptio excommunicationis, quandoque est peremptoria, quandoque dilatoria,vide quòd no. Abb. in ca.exceptionem, de excep.

Exceptio nulla obijci potest ante libellum porrectum,ita no.Inn. in c.constitutis,de procu. fol.72.nu.1. quod tene menti. Bald. contrarium not.in l.fi.C,de excep.

Exceptiones contra iurisdictionem & aliæ exceptiones declinatoriæ,quo ordine sint opponendæ,vide per Inn. in c.inter monasteriū de re iud.fol.129.nu.2.& per Bar.in l. quidā cōsulebāt, ff.de re iud.vnde dicit ibid. Inn.ꝙ opposi.alijs excep.exceptio recusationis iudicis non potest opponi,quod tene menti.

Exceptio licet sit reprobata in causa principali, nihilominus opponitur in causa appellationis,ita not.Inn. in c. ꝙ ad consultationem,de re iud.fol.126.nu.4.

Exceptionibus contrarijs quando liceat vti,vide Inn.in c.auditis, de præscri. 123.

Excipiens magis dicitur negare,quàm cōfiteri,ita no.Inn.in c. cū venerabilis,de excep..fo.120.nu.2.lex.tn̄ exceptionem assertionem vocat,vt C.de temp.appel.l.per hanc. tutius tamē est excipiēti expressè negare. Itē no. ꝙ refert, ꝓpter q̄d exceptio. iudex pronūciet,vt ff.de euict.l. sed & si vtriusque quod nota.

Excipiendo potest quis litem contestari,si vult, ita no.Inno. in c. cum venerabilis,de excep.fol.eo.nu.1.

Exceptio declinatoria & dilatoria,quia parum faciunt,debent opponi ante li.contesta.vel tunc,s.in contestatione litis. & qui distulit opponere,præsumitur postea malitiosè opponere,ita no ta.Inn.in ca.pastoralis,de excep.fol.eo.nu.3. & ideo dicit ipse ibi,quod ille qui opponit hodie vnam exceptionem, & cras aliam,iste talis est malitiosus,vel quærit subterfugia,& ideo statuitur terminus ad opponen. secundum Inno.idem si quis sæpius producit testes,vt in Auct.de testib.§.quia vero,col.7.qui possunt produci sine dilatione vsque ad aperturam testium,sed cum dilatione vsque ad peremptorium, & infra peremptoriū vsque ad quartam testium productionem & editionem de nominibus testium,sic.ff.de arbi.l.non ex omnibus. est etiam alia ratio primi dicti, quia exceptiones declinatoriæ sunt quædam præludia iudiciorum,tene menti.Bal.& no. ex prædictis de tēpore opponendarum excep.

Exceptio dilatoria sol. non impedit litis contesta. super negocio prin.ita no.Inn.in c.pastoralis,de except.fol. eo. vide omnino infra in ver. Reus,in 4.q.in fi.

Exceptio peremptoria quæ potest simul esse vera cum negocio prin.potest probari per testes post didicita testificata, vt exceptio pacti.Secus si sit adeo contraria,quod non sit compassibilis cum facto princ.nam tunc non possunt recipi testes,quia esset super eodem, maximè cum debeant deponere testes pro vtraq; parte,extra de excep.falsi.nisi indirectè proban. quia tūc est nouum cap.ita not.Abb.in c.1.de testi. nisi fortè per restit. in integ.nam si post sententiā pōt peti resti.in integ. ergo & ante;nam noua lis est ista causa rest.in integ. Alij dicunt,quod nisi dicantur testes corrupti non potest quæstio refricari, sed ista fuit opi.Placen.reprobata per Accur.tene menti ista.Bal.

Exceptiones peremptoriæ in iudicio possessorio oppositæ nō impediunt processum,ita no.Inno.in c.ex parte,de foro cōpe.fol. 83.nu.2.vide supra in ver.Admissus, in 8.q.

Exceptio quam quis offert se statim probare,non impedit litis cōtesta.nisi excom.notoriè appareat,ita no.Innocen.in c.fi. de libelli oblatione.85.

Exceptio obreptionis impedit processum literarum obreptitiarum,non aliarum,licet impediat ex abrupto,ita no.Innoc.in c. exceptionis,de litis contest.85.

Exceptio pacti de nō peten. non impedit processum nisi in pacto interueniat iuramētum, quia exceptio iurisiurandi etiam si in contractu sit iuratum, impedit processum, sed exceptio pacti de non agendo impedit processum, quia est pactum factum ad lites excludendas, cum demum in iudi. agitur, sed pactum de non petendo est magis exclusiuum obl.quàm litis, quia etiam extra iud.petitur secundum Inn.in c.1.de litis contest. fol. eo. contra quem facit ff.de peculio.l.si postea. ergo pactum de nō mouenda quæstione impedit processum: absit enim quod exceptio peremptoria impediat, sed ex eodem facto duæ oriuntur except.scilicet, declinatoria & peremptoria,& declinatoria est illa,quæ impedit,non peremptoria,quod est no.Bal.

Exceptio eadem subreptionis potest bis opponi iurisdic. & gratiæ,quia opponitur ad diuersa,ita not.Inn.in c.super literis, de rescri.fol.8.nu.11.vide infra in verbo,libellus,in 12.q.ibi, nec reperio,&c. Bald.

Exceptio criminis vel irregularitatis opposita contra electum habet vim accus.& debet lis super ea contestari. ita not.Innoc.in c.super eo,de elect.fol.21.idem no. ibidem Host.

Exceptio procuratoria non potest opponi vero procuratori post litem contest.tamen iudex ne in casum incidat, potest mandare procuratori vt producat mandatum non productum iterato,si nō erat in act.registratum,sed si ꝓcurator non hēt,nec habere posset de facili instrumentum,quia ipsum perdidit, & dominus est in partibus remotis,tunc iudex procedet interim,nec retractabit propterea processum,quia iudex non debet supplere contra veritatem,sed pro veritate,ita no.Inn.& Io.And.in c.statutum,de elec.tene menti.

Exceptio declinatoria iurisdic. quando est talis quæ reddit iudicium nullum, ille cui competit potest eam opponere à principio coram eodem iudice,vel post sententiam coram iudice nullitatis.& licet non valeat diffinitiua contra contumacem,tamē iste qui prima facie habet iurisdi. potest mulctam imponere. Si autem exceptio reddit nullū retro processum, vnde debet opponi à principio,tunc siue competat in priuilegium, siue de iure communi,debet opponi coram eodem iudice, etiam si exceptio contineat crimen vel infamiam, & si iudex grauet opponentem,tunc appellet secundum Inn. ergo semper coram eodē iudice opponenda est declinatoria, etiam si crimen tangit infamiam vel condemnationem iudicis, nam infamia vel crimen non perimit ipso iure iurisdi. sed elidit, ita demum si opponatur,ergo si non est obiectum,non reddit iudicium nullum. Itē iudici ordinario nō potest obijci infamia sed solummodo admonitio. sed contra delegatum potest opponi infamia etiam sine alia admonitione, non tamen potest opponi crimen sine infamia iurisd.vt quod sit adulter vel homicida, ita not. Inn.in in c.cum super,de offi.deleg.fol.55.nu.3.

Exceptio

Universidad de Deusto
Biblioteca

Exceptio adulterij vel homicidij repellit iudicem, ita no. Innoc. in d.c.cum super, de offi.deleg.fol. eod.

Exceptio manifestæ offensæ, an impediat absolutionem fieri, vide Inn.in c.coram, de offi. deleg.

Exceptio quæritur inuito, ergo ignoranti, ita no.Host. in c. cum pridem, de pac.

Excipiens non dicitur actor proprlè, ita no.Inn.in cap.2. de ord. cog.fol.90.nu.6. nisi quo ad onus proba. quando excipit affirmatiuè, vel ius negat.

Exceptio in multis casibus opponitur non agenti, quos vide per Host.in c.2.de ordine cogni.

Exceptio de eo, quod non peruenit ad violétum, est annalis sicut actio, ita no.Inn.in c.cum dilectus, de ord.cog.fol. 99. facit.C. excep.l.licet.

Excipiens si obtineat super iudicio exceptionis, & iterum vult agere, debet iterato probare, ita no.in c.2.de ordi.cogni.

Exceptio spolia.obstat, siue ciuiliter, siue criminaliter agatur, ita no. Inn.& Host.in c.super de ordi.cog.fo.e.& sic exceptio spo. obstat agenti interdicto retinendæ possessionis, secundum eos.

Exceptio compensa.potest obijci etiam ante sententiam, quia durat actio, ergo & exceptio, ita no.Inn.& Host.in d.ca. cum super.de ord.cog secus in exceptionibus quæ non habent fundamentum actionis, facit.ff. de compensa.l.si cum.§.1. & C.de compensa.l.2.Bal.vel potes sic dicere per alia verba, qui in exceptione succumbit, non propterea ab agendo repellitur. Fallit in exceptione compensa.quia qui compensat, exigit, & petitio. & compensatio vt paria iudicantur, vt l. amplius.ff.rem ratam habe.

Exceptionum tres sunt species, quia quædam opponuntur iudicio, quædam condemnationi, quædam executioni, quæ non vesiunt ex eadem causa, ex qua promùciatum est, sed ex alia, ideo possunt post sententiam opponi, ita no.Inn.in d.c.super, de ordi.cog.fol.91.nu.2.

Exceptio minus canonicæ electionis non suspendit effectum confirma.ita not.Innoc.in c.cum olim, de cau.pos. & proprie. fol. 93.nu.3.

Exceptionem peremptoriam non opponens sibi præiudicat, & contumax non auditur appellans, ita no.Inn.in c.audita, de respol.fol.94.nu.3.Et intellige contumax, scilicet non veniẽdo, quia videtur cedere liti habendo eam pro relicta, nam qui contrahit heremodicium, quod contrahitur solum per contumaciã dicitur litem deserere, secus in contumacia in non restituendo, quia non contrahitur heremodicium pro hoc.ff.de appel.l.creditor.§.iussus.Et per hoc dico, Titius fuit citatus, quod veniat ad producendum testes, fuit verus contumax, appellauit, vult in causa appellationis producere testes, an possit. Respondeo, si fuit fictus contumax, sic. Si verus, & tunc aut non venit, & tunc appellatio sibi non patrocinatur, quia non debet sibi opitulari: aut venit, sed non produxit, & tunc potest, vt C. de tẽp. appel.l.per hanc, quod not.

Exceptio peremptoria petitionis non potest examinari ante litem contest.ita no.Inn.in c.prout, de dolo & contu.fol.98.num.1. nec est necesse, quod iudex interroget, vt ibi no.sed exceptio ad personam repellendam debet opponi & examinari ante litem contest. non post, secundum eum ibidem.

Exceptio falsi non retardat execu. sententiæ, ita no. Inno. in c. licet, in fi.de proba.fol.140.nu.8.facit.l.satis.C.de falsis, tamen contrarium tenet Abbas in ca. de cætero, de re iudic.vbi dicit, quod opposita ista exceptione falsi executor debet supersedere Bald.

Exceptio criminum quan do admittatur contra testem, & quando non, vide per Inn.in c.ex parte Adæ, de testi.fol.105.nu.3.

Excommunicatus potest exercere temporalia, non spiritualia, idẽ n suspenso.& ideo non habet ius eligendi, ita no. Inn. & Host. in c.cum dilectus, de consue. tamen circa primum tenet Abbas contrariũ, in c.ex tuæ, de cle.non resi. vbi dicit, quod licet quis sit excommunicatus, non propterea remotus est ab administratione spiritualium. Bald. omnia enim temporalia facta per excommunicatum valent, vt hic, & in c.si verè, de sen.excom. secundum eundem Inno.

Excommunicatus occultus non potest eligere nec eligi, ita not. Inn.in c.cum dilectus, de consue.fol.16.nu.4. vide supra in verbo, Appella. in 16.q. & infra in verbo, Testis, in 44.q.

Excommunicatus non est membrum vniuersitatis, ita no. Innoc. in c.illa, de elect.fol.30.nu.3. vide supra in ver. Actor, in 7.q. & supra in ver. Appell.in 50. q.

Excommunicare & suspendere est iurisd. non autem est de cura animarum, ita no.Host.in c.dudum, de elec., vide omnino infra in ver.sententia, in 25.q.

Excommunicatio non currit, nisi finito termino dato ad soluendum, non ante, ita no.Inn.in c.P.& G.de offi.dele.fol. 61.nu. 2.sed inopia excusat debitorem ab excommunicatione vel interdicto, secundum eum ibidem, quod not. Adde quod not. ipse idem in c. præterea, de appel. vbi dicit, quod quomodocunque creditor reputet sibi satisfactum esse in termino, quo debebat sibi solui, non erit debitor excommunicatus, quod not.

Excommunicatio nec interdictum nõ possunt venire in pactum, quia pertinet ad potestatem ciauium, non ad potestatem priuatorum, quia consensus eorum nihil operatur, ita not. Innoc, in d.ca.P.& G.de offic. deleg.fol.eod. vide in verbo, Sententia, in 25.quæstio.

Excommunicati non possunt exercere spiritualia, nec etiam iudicialia, nec etiã possunt præstare auctoritatẽ, alia possunt, ita no.Inn.in c.consulti, de procu.fo. 72. nu. 1.

Excommunicatio probata in modum exceptionis, quid operatur, vide Inno.& Host.in c.2.de ordi.cogni.

Excommunicatus potest facere procuratorem ad negocia, ita not. Inno.in ca.cum dilectus de consue.fol.16.& in c. cum dilecti, de dolo & contu.fol.99. vide supra in verbo, Appel. in 22.q.

Excommunicatus nondum denunciatus vel publicatus administrat spiritualia, quæ sunt facti, & prælaturam & canonicatum confert.scilicet ratione publici officij, non tamen eligit, quia eligere est iuris canonicalis non publici, secundum Inno.in ca. cum dilectus, de consue.fol.eod.& in c.cum dilecti, de dolo & contu.fol.eod.

Excommunicatus postquam est absolutus non repellitur à testimonio, nec excommunicatus æquiparatur exauctorato, quia non ratione delicti excommunicatur ab homine, sed ratione contumaciæ, sed à iure bene excommunicatur ratione delicti, secundum Innoc.habita distinctione, seu discretione vtrum pẽ na excommunicationis apponatur consti. affirmatiuè, vel non, vt not.per Innoc.in ea extirpandæ, de præb. fol.150. num.2.& ideo per excommunica.hominis non probatur crimen, quia crimen non est causa immediata excommu. sed contumacia, ita not.Inn.in c.testimonium, de testi.fol.120. vide omnino supra in ver.Casus, in 2.q.

Excommunicatus repellitur etiam ab accusatione excommunicati, nec potest replicari, tu non es audiendus, quia es excommunicatus, & sic legitima defensio reseruatur, ita no. Inn.in cap.à nobis, de excep. fol. 120.& est casus.ff. quod vi aut clam.l.si alius.§.bellissimè, secundum eum. Ex hoc ergo no. quod si excõmunicatus offendit excommunicatum melior est conditio delinquentis. A simili etiam videtur, quod si exbannitus bannitũ occidit, nam bannitus dicitur diffidatus, & ei ius ciuile non patrocinatur, vt C.de epis.& clec.auct. item nulla communitas, item nihil ad nos de his quæ foris sunt, sed banniti sunt foris & quasi transfugæ sunt.ff. de ca. dimi.l. amissione.§.1. Itẽ interest reipublicæ, quod vnus exbannitus alium occidat, nec ex hoc respublica offenditur, imo tutior fiet eius status morte malorum hominum, vt ff.de offi.præsi.l.congruit, in 2. responso. l.fi.ibi, pro quiete cõmuni, & c.C.quando lice. vni se sine iudi. vin.l.Item in pari causa melior est conditio rei.ff.de verb. obli. l.si seruum.§.sequitur Item facit optimè.ff.ad l.Iul.de ambi.l. 1. ver. qua. vbi præmium non pœna imponitur vendicanti. in contrarium facit, quia ille qui occidit, videtur tractare de lucro, eo quod voluntatem suam comp leuit, vt ff.de cond.ob causam.l.pen.in glo.magna. Sed pars aduersa de damno plorat, alias certat, ergo magis fauendum est certanti de damno, vt not. in l.apud.§.Marcellus, de except. doli. Item vtroque existente bannito, neuter, quo ad interesse pro bannito est habendus, vt C.de hæreti.l.quoniam, & de inoffi.test.l. in arenam. Item posse occidere impune, est beneficium quod non videtur positum, nec concessum: nam verba generalia restringuntur, nec in eis odiosi comprehenduntur, vt ff.de leg.2.l.Lucius.nam solum videtur de his cogitatum, qui non offenderunt. eo.tit.l.cum quidam, & l. si quis.§.inter. Item occidere bannitum est quædam executio iustitiæ, & ista non videtur commissa priuatis ciuilitate, arg.ff.de fideiussoribus.l. liberta, & l. Lucius. quibus statutum non patrocinatur, vt not. in simili per glo. C. de hæredi. Instl.l.1, & per Iaco.de Are.ff.ad Treb.l.ex facto.& facit.C.de malefi.& Mathe.l.fi. Item non est nouum, quod vindicta alicui concedatur, & alteri cuius non interest, denegatur, vt C.de adulterijs.l.Gracchus, & no.in l.cum fundus, de vi & vi arma. facit optimè, quod not.ff.de iust.& iu.l.vt vim, in gl. ordinaria. Solutio, exbannitus habetur pro mortuo tunc, cum in banno positus est, & ideo mors eius naturalis postea vindicanda non est, quia solus mortuus antequam occidatur non patrocinatur, fingitur non occisus, vt no.in l.1. qui accusa. non pos. de hoc dic, vt l.cũ mulier.ff.fol.mat per Iac.de Are, & Bar. sed quid si alij quis occidit bãnitũ in loco securo, puta in eccla, vel extra territorium

rium, à quo exul est, an occidatur impunè? & videtur quod sic, quia bannum inhæret ossibus sicut lepra, & excommunicatio, vt no.ff.de postulando. l. ex ea. & patet de illo exulante, nam exul dicitur, & est vbicunque moretur, vt ff.de orig.iur. l. 2. & de hæredi. instl.l. ex facto, ad fi. In contrarium videtur, quia ista executio extra territorium concedi nõ potuit, vt l. cum vnus, §. his qui, de bon.auct. iudi.pos. facit C. de his, qui ad ecclesias confu.l. præsenti, & ff.de ædil.edic.l. quid sit fugitiuus. §. idem Celsus. Solutio, quo ad ciuitatem vnde bannitus est, certè factus est transfuga & vbique locorum potest occidi, vt ff.ad l. Corn.de sica.l.2.§. transfugas. & ideo index illius terræ non potest hoc factum punire, quia non refert à quo fiat, nec vbi fiat. Sed quoad illam ciuitatem de qua non exbannitus est, non fiet impune, quia fiet iniuria illi ciuitati, eo quod ad statuentes pertinet habere liberas ædes. & est arg. ad hoc extra de verb. significa.c. ex parte in Christo. Item licet ecclesiæ suspensa sint organa propter loci religionem, non tamen punitur, vt homicida, nec de ista specie criminis etiam ab eo, qui seruare debet bannum, vt no.in d.l.ex ea, & in c.1.de offi. ordina. & per Inn. sed vt violator ecclesiæ. Bal. Sed quid ecõtra, bannitus de Perusio, Perusinum Assisij occidit, an posset condemnari Perusij? & videtur, quod non, quia bannitus pro forense habendus est, non pro ciue, vt d.l.amissione.§.1.ff.de capi.dimi. Et sic non videtur subiectus nec ratione personæ, nec ratione loci, ergo non potest contra eum proceedi, quia durant principia inseparabilia quoad odium suum, vt ff.de min.l. Papin. exuli, & de pollicita. l.de pollicita. & facit, quod no.in l.ad cognitionem.ff.ex quib. can.in pos. eatur. iura vero naturalia immutabilia sunt, statutũ vero de accidentali, & separabili ciuilitatis, vt si quis per statutum sit factus ciuis, nam non est ciuis, tamen quoad ciuitatem separabilem quam perdit per bannum solum, ergo & species ciuilitatis sunt diuersæ, vt C. de incolis. l. ciues. ergo ciuis est iste factus, scilicet per statutum ante exilium. & hoc nomen ciuis simpliciter prolatum non continet ea, quæ impropriè & si cè dicuntur, vt ibi, sed ea quæ verè & propriè. sic enim statutũ potest facere quem verum ciuem, quod ars & natura semper imitatur ad potiora & perfectiora, vt C. de latina liber. tollen. l.1. in prin. verbum enim simpliciter prolatum, simpliciter intelligendum est in suo potiori & meliori significato, ut l. si non fortem. §. libertus. ff. de condi. indeb. & l. eum qui. §. si mulier. ff. de iureiur. & ibi no.& tenementi ista perpetuo.

Excommunicatus quando possit interesse in iudicio, & quando non, vide Inn.in c.inter, de sen.ex com. 227

Excommunicatus etiam sententiam pro se latam non potest petere executioni mandari, ita no.Innocen.in capit. venerabilem, de excep. 122

Excommunicatus potest prosequi causam appel. ita no.Innocen. in capitu.significauit.de senten.excommuni. folio 226. & sic procura.qui effectus est excommunicatus, prosequitur nihilominus causam appel.quia ad hoc tenetur domino, secundum eum ibidem.

Excommunicatus potest compelli agere, licet sponte non admittatur, ita nota Innocen.in capitu.exceptio.de sentent.excommunicatio.

Excommunicatus si non timet ingerens se diuinis, non incurrit irregularitatem, ita no.Innocen.in capitu.ad præsentiam, de appellatio. 132

Excommunicatus si ab ipsa sententia excommunicationis appellat pendente appellatione interim vitandus est à iudicio, nec debet admitti, ita no.Inno.in c.fæpe, de appel. fol. 134.nu.5. sed ipse no.contrarium in c.solet, de senten.excommu.fo.233. nu.9. vbi tenet, quod non debet vitari pendente appellatione, vel causa nullitatis. facit ff. de infamibus.l.furti.§.1.& in l.fin. C.de ordi.cog. Et an facta per eum valeant, vide per Inn.in d.c. fæpe. Ratio primi dicti potest esse, quia propter appellationẽ sententia excommunicationis non suspenditur vt ipse idẽ no. in c.ad hæc.extra de appel.

Excommunico omnes, qui contradicunt, quæritur an ista sit sententia vel consti. vide per Inn in c.pro illorum, de præben. fol. 148.nume.3.

Excommunicati nominatim vel interdicti, qui dicantur, vide per Innocent.in capitulo in Lateranensi, de prabend. folio 150. numero 1.

Excommunico Titium cum suis fautoribus, Titius est nominatim excommunicatus, alij vero non, & ideo non sunt vitandi, nisi sit notorium, quod sint fautores, ita no.Inn.ind. c.in Lateranensi, de preben. eod.

Excommunicatio potestatis vel capitanei, vel alterius officialis vel vicarii. non transit contra eius successores, ita no.Inn.in c. aduersus, de immu.eccle. 189

Excommunicati vel suspensi qui celebrant, an sint irregulares, vide Innocen.in capitu.si celebrat, de cle.excommu.mi.folio 215.nume.2.

Excommunicatio non fertur, nisi pro contumacia, secus in suspensione, ita no.Inn.in c.1.de excei.pia la. 216

Excommunicati qui dicuntur à c.none ipso facto, vide Innocen. in capitulo, super eo, de sententia excommunica.folio 225.numero 2.

Excommunicato quando quis dicatur communicare, vide per Innocen.in capitu.nuper, de sentent. excommuni. folio 227. numero 3.

Excommunicatus an quis possit pluries esse, die quod pluries numero, quia ibi in sordibus est, fordescat adhuc, & infamis infamior esse potest ut l.2.C.vt intra cer. tempus. tamen prima excommunicatio traxit secum suum effectum prius, adeo quod aliarum effectus interim occultatur. Quidam dicunt quod quis potest infamari ex pluribus causis successiuis, sicut dicimus in dominio, vt l.2.§. ex pluribus.ff. de acq. pos. Sed veritas est, quod ex pluribus excommunicationibus quis potest esse tentus, & si absoluitur ab vna non est propterea absolutus ab aliis, sed postea cum ab aliis absoluitur præcedens solutio confirmatur, vt ff.communia prædio. l. fina. ita nota Innocen. in capitu. cum pro causa alias pro causa, de sententia excommuni. folio 227. numero 2.

Excommunicatus quando debet vocari ad elec.fiendam, & quando non, & quando potest interesse, & quando non, vide per Innocen. in capitu.solet, de sententia excommunica. folio 232. numero 9.

Excommunicatus non prohibetur testari, nisi pro anima, ita notat Innocẽ. in capitu.cum desideres, de sententia excommuni. folio 226. & per Archidia. in cap.prout, de sententia excommuni. libro 6.

Excommunicati non possunt sepeliri in ecclesia prope cœmeterium, ita no. Abbas in c.sacris, de sepultu.

Excommunicato confessio de suis peccatis non potest interdici sepultura, licet non satisfecerit, ita no.Abbas, in c.fi. de sepult. & tenementi.

Excommunicatio lata in exemptos non tenet etiam si excommunicatus sit in possessione excommunicandi, ita no. Abbas, in c. dilectus, de reli.domi. quod est no. pro religiosis, qui sunt exẽpti. Abbas.

Excommunicatus non potest se defendere per procuratorem excommunicatum, quia excommunicatus non potest esse procu. etiam rei, ita no. Abbas, in cap. veniens, de testi. Ratio est hæc, quia videtur defensio voluntaria in procu. sed in ipso principali excommunicato est defensio necessaria. & vide per Bart. in l. cum mulier. ff. fol. matri.

Expensæ quæ petuntur per condi. ex lege vel canone possunt peti etiam post sententiam, ita no.Host.in c.ex parte, il 2.de rescri. & vide infra in ver. Victor, in 1.q.

Expensæ quantumcunque non sunt liquidæ iudici, potest tamen ipso condemnare generaliter in expen. reseruata sibi taxa. ita no.Inno.in c.auditis, de procu, fol.71.nu.2.

Expensæ quas quis domi fecisset, excipiuntur de condemnatione, ita no. Innocen. in cap. fin. de dolo & contu. fol. 98. nume. 4. vide infra in ver. Sententia, in 14. quæst. & supra in verbo, citatio, in 13.q.

Expensæ quæ sunt fiendæ, i. non sunt factæ, taxari non possunt, ita no. Inno. in c.cum venissent, de eo, qui mit. in pos. causa rei seruandæ. folio 100. nume. 2. vide supra in verbo, appella. in 28. quæstio.

Expensæ quæ dicantur in re, & quæ extra rem, & quid dicatur lucrum, & quid fructus, vide de istis per Abbatem in cap. pastoralis, de decimis. vnde in fructu natura principaliter operatur, licet quandoque industria cooperetur, sed in lucro industria principaliter versatur, secundum Abbatem ibidem, uide supra in ver. Appellatio, in 28. quæst. & supra in ver. condemnatio, in 6. & 7. quæstio.

Expensis an condemnatur obtinens in causa principali, & succumbens in causa appellationis, vide per Inn.in c.fi. extra de dolo & contu. fol. 98. in glo. in l. generaliter, in glo. super verbo, dispensatum. C. de rebus credit. & per glo. iuris ignorantia, de reg. iur. lib. 6. & 2.q.1.c. ius.

F

FActum Per literas subreptitias debet rescindi, ac si esset factum per falsas probationes, ita no. Innocen. in c. ad aures, ibi, & aliis uidetur, &c. de rescriptis. fol. 5. nume. 2. & sic literæ subreptitiæ falsis probatio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

batio.requiparantur. Bald. & vide in verbo, Solennitas, in penult. quæst.
Factum confessatum in modum exceptionis non habetur pro cõfessato simpliciter, nec nocet reo, ita no. Abbas, in capit. cum venerabilis de excep. & ideo dic, vt no. in l. si quidem. C. de excep.
Factum ex falsis literis non valet, etiam ex communi errore, secundum Innocen. in capitu. super literis, de rescrip. folio 8. numero 4.
Factum procur. si displicet domino, statim cum fit, debet reuocare & contradicere, alias sibi præiudicat, ita no. Inn. in c. ex parte decani, de rescri. fol, 12. nu. 2.
Factum per aliquos, vt uniuersi. nõ possunt singuli reuocare, ita no. Innoc. & Host. in capitu. bonæ, de postul. prælat. quod no. pro ordine facto per consules & consillarios in partibus nostris. Bal.
Factum post appellationem iudicialem etiam præiudiciale reuocatur, quia desiit esse iudex. hæc ratio cessat in appellatione extrajudiciali, ita no. Innoc. in cap. quia propter, de elec. fo. 32. numero 13.
Factum aliquid non vi non metu, quomodo hoc probabitur, vide per Innocen, & Hostien. in capitu. super hoc, de renuncia. folio 39.
Factum temerarium episcopi non habetur pro dispensatione, ita nota Innocen. in capitulo ueniens, de filiis presbyte. folio 46. numero 2.
Factum corrigi potest in factis non competentibus, secus in diffinitiuis pro nunc, ita no. Innoc. in c. In literis, de offic. deleg. fol. 53. numero 2.
Facta à non suo iudice pro non factis habentur, ita no. Inno. in c. prudentiam, de offi. deleg. fol. 54. nu. 7. vnde si quis scit se non habere aliquam iurisd. nullam pœnam imponere potest, & si facit de facto pro infecto habebitur, ut ibidem, & in ca. cũ super, eo. tit. per eundem.
Faciens quis contra legem, non prodest sibi dicere se non fecisse dolo, nisi probet, quod nnn mediante dolo, quandoque tamen præsumitur dolus interuenisse, ex quo fecit contra prohibitionem legis, ita no. Innocen. in capitu. super eo, quod met. cau. folio 73. nume. 2. vide Ioan. And. in cap. qui contra iura, de reg. iuris libro 6.
Factum per arbitratorem etiam in diebus solennibus vel dominicis, vel festiuis valet. Ratio est, quia ipse nõ dicitur iudex, nec dicitur iudicium, nec sententia per eum lata dicitur sententia, vt in Auct. ut diffe. iudi. §. si vero, colum. 8. & in Specu. in titu. de arbi. §. fi. ver. sed nunquid amicabilis, &c. & tangit Innoc. in c. Quintauallis, de iureiu. fo. 118. nume. 3. Bal. Et sic testes quos ip earbitrator recipit, recipit ad instructionem, nõ in forma iudicii ad veram probationem, nec coram eo est necesse, quod testes publicentur; quia propriè nõ sunt testes, nec ipse est iudex, nec ordo iudiciarius est, ut dicit ibidem Inno. idem tenet Azo, in summa. C. quomodo & quando iudex in prin. Bal. vide infra in verbo, Sententia, in 38. q.
Factum per subreptionem etiam de consensu aduersarii confirmari non potest, quia deficit consensus tertii, ideſt superioris ratificantis, Innocent. in capitulo, cum olim. de re iudicata. folio 126.
Factum post decretum & post reuoca. an valeat, vide per Inn. in c. quia cunctis, de concess. præb. fol. 156. nu. 8.
Factum à Barbario valuit propter communem vtilitatem, propter suadentem æquitatem, & propter superiorum auctoritatem, ita no. Inn. in c. cum dilectus, de relig. domib. fol. 179. Et an idem sit in personis ecclesiasticis, & in spirituali iurisdictione, vide ibidem Inn.
Factum si probatur per vnum, & per alium testem probatur confessio, testes sunt singulares, tamen vehemens indicium faciunt. ita notat Innocen. in capit. fina. de succes. ab intesta. folio 169.
Falsarius etiam non semper traditur iudici seculari, ita no. Innocen. in cap. nouimus, de verbo. significa. folio 235. numero 2. quod est no. secundum eum, vide supra in verbo, admissus, in 10. quæstio.
Fraus, vide infra in verbo, reconuentio, in 2. q.
Fraudator gabellæ, an teneatur iure poli. per Bar. in l. vectigalia, in prin. ff. de publi.
Fama, vide infra in verbo, notorium, in 2. q. & infra in verbo, Rumor, in 1. & 2. q.
Fama nunquam potest tantum, quod probatio contraria excludatur, ita no. Inn. in c. solicitè, de resti. spo. 93
Fama non probat, sed præstat adminiculum ita no. Inn. in c. cum causa, de probationibus. fol. 104.
Fama hominis tollit vel saltem elidit præsumptionem, ita no. Inno. in c. quia, de præsump. fol. 116. nu. 2.
Fama bona & mala probatur per communem auditum, ita nota Inn. in c. licet, de accusa. fol. 201. nu. 5.
Fama, vsus & iurisdi. & quædam generalia probantur per testes, & si ipsi sint singulares in tempore, sed vnum crimẽ & speciale factum non probatur per testes singulares, maximè in loco vel tempore, ita nota Innocent. in capitu. qualiter, de accusatio. fol. 202.
Fama villæ non sufficit, vbi in villa non sunt, nisi duo vel tres homines tantum, ita nota Abbas in capitu. inquisitionis, de accusa.
Fama confirmat confessionem, quæ per se alias non esset sufficiens, ita no. Abb. in c. 3. de præsum. quod tene menti.
Fama inducit probationem, ita no. glo. in c. cũ consideres, de sententen. excommuni.
Familiares episcopi admittuntur ad accusandum contra episcopum, & est speciale. Secus in aliis dominis, qui non desiderant in testimonium vice cubiculatoris, ita no. Inn. in c. nulli, de accusa. fol. 200. arg. in Auct. de mona. §. cogitur, col. 1. vide infra in verbo, testis, in 16. q.
Fauor, diciturille præstare fauorem, qui suis robur uel timorem aduersariis incutit, ita no. Innocen. in capitu. petitio, de homi. folio 211. quod tene menti. Bald. vide infra in verbo, vadens, in 1. quæstio.
Feriæ vide omnino supra in verbo, citatio, in 28. quæstio. per totam, & vide supra in verbo, curia, in 3. q. & supra in verbo, causa, in 5. quæstio.
Feriæ vindemiarum non sunt, nec debent concedi in terra, vbi gentes illius communiter non bibunt vinum, ut in Hibernia, sed vbi communiter gentes bibunt vinum, licet non recolligatur ibi vinum, vt in Anglia, & in aliis partibus ibi sunt vel concedi dicuntur feriæ vindemiarum, ita no. Inno. in c. fi. in fi. glo. fi. de feriis. fol. 89. num. 7. Et istud tempus datur, ut prouideant sibi de vino ad vitam eorum necessario, secundum eum ibidẽ. Sed quid si sit differentia inter terram iudicii, & terram à qua quis citatur? quidam dicunt, quod debent seruari feriæ terræ citati, per l. præsides. ff. de feriis. Sed Innoc. in cap. conquestus, de feriis. tenet contrarium, quod imo feriæ fori iudi. sunt seruandæ. Bald.
Feriæ non excipiuntur de dilatione probatoria, sed per confessionem aduersarii quocunque tempore etiam feriato potest probari, ita no. Innoc. in cap. vltra tertiam, de testi. fol. 111. nu. 2. tene menti. Bal.
Feudum negans perdit illud, ita nota Innocen. in capitulo cæterum in fine de iudic. folio 80 numero 7. & vide ff. de inter. actio. l. non alienum, & in Auctẽ. de trien. & semis. §. penultcolum. 3.
Feuda sunt de gratia, & ideo faciliter reuocantur, ita no. Inn. in c. 2, de feudis. & ibi vide. fol. 162.
Fideiussor, vide infra in verbo, testis, in 47. q. in fi.
Fideicommissarius, vide infra in verbo, testator, in 2. q.
Fides implicita sufficit ad excusandum de hæresi, ita tenet Inno. in c. 1. de sum. Tri. & fide catho. fol. 1. nume. 7. hoc verum, nisi factum contradicat verbis secundum Host. ibidem. Et ratio est, quia facto datur voluntas intelligi, ut l. reprehendenda. C. de insti. & substi. sub condi. fac. dupliciter enim declaratur uoluntas, scilicet verbis, item rebus ipsis & factis, ut ff. de legib, l. de quibus, in fi. & ibi plenè no. Bal. & vide infra in verbo, titulus, in 2. q.
Fidei articuli, quot & quale sint, vide ibidem per Hostien. qui plenè no. Bald.
Fidelis, vide supra in verbo, census, in 3. q.
Filiatio qualiter probetur, vide Inn. in c. Michael, de fil. præsby. fol. 47. & vide etiam per eundem in c. quoniam contra falsam, de proba. quod non potest probari, nisi præsumptiuè, & vide quod no. in l. 1. quorum bonorum.
Filius incestuosus non dicitur habere cõiunctam personam, quæ pro eo possit experiri, ita no. Innoc. in c. nonnulli. de rescript. fol. 111. nume. 9.
Filius familias propter debitum non potest incarcerari, quia non habet bona, vnde si non soluit, nõ est quid ei imputetur, ita no. glo. in l. 3. §. sed utrum. ff. de mino, & l. quod si minor. §. si seruus. nam qui nihil habet, exceptione tutus est, ut no. ff. de procur. l. Titius. Sed hoc nõ est verum, imo potest personaliter detineri & realiter, vnde si ipse non vult cogi cedat bonis, ut C. qui bo. ce. pos. l. plura. secundum Bar. hoc tangit Inno. in c. 1. de re iudic. fol. 125. Sed quid si habet peculium profectitium, an poterit de ipso soluere debitum non descendens ex causa peculiari. item an pater filio condemnato teneatur de peculio profecti-

tio? Respondeo, si criminaliter filius fuerit condemnatus, nõ tenetur pater de peculio, ut C. de bo. dam. l. 3. Et scias, quod de iure communi non potest quis capi pro debito, nisi prius facta realis executio bonorum, quia captura nõ fiet, nisi in subsidium, ita no. io. Ja. §. tutores. ff. de susp. tuto. Et Bar. in l. 1. ff. de cess. bo. & l. fina. eod. titu. dicit, quod non videtur verum per eandem legem. Ad idem facit capitu. quoniam. §. fina. ut li. non contesta. & ff. quæ in frau. credi. l. fina. in fi. & de fideius. l. heres. §. reo quoque, & ff. de fun. instru. l. nepoti. Bald.
Filius sub conditione rogatus restituere, successiuè potest detrahere duas quartas præter imo contra tacitam uoluntatem testantis, ita no. Abb. in c. Raynal. de testa. sed an illi filii instituti sub condi. & rogati restituere, possint detrahere integrè legitimam & trebellianicam, glo. distinguit, aut suus heres est grauatus purè, & tunc non detrahit utraque, sed una confunditur in alia, nisi quatenus una alteram excederet. Aut sub cõditione, & tunc fiet detractio integralis legitimæ & trebellianicę, item legitimę & falcidię de singularibus relictis, ita no. ff. de in offi. testi. l. Papi. §. meminisse. & dicunt Doct. quod debet intelligi in cõditione quę dependeat de futuro, nam si de præsenti, idem quod in purè rogato, ut ff. de iniusto rup. irri. testa. l. cum in secundo. Sed videtur quod semper detrahatur integraliter, quod probo sic, quando concurrunt plures causæ diuersę species, debent operari plures effectus, ut ff. de annuis leg. l. Titia. §. qui Marco, & de ser. vrb. prę. d. l. si domus. Sed hic concurrũt plures causæ, vna, quod heres vniuersalis, ergo &c. Secundo sic, vna lex dicit, quod filio debetur legitima, alia dicit quod hę redi uniuersali debetur trebellianica: tunc arguo ex coniunctione duarum legum, s. ff. de libe. & posthu. l. Gallus. §. ille cæsus. Tertio arguo sic cõtrariorum eadem est disciplina, sed vbi pœna imponitur ratione nominis, seu qualitatis importatæ per nomen, tũc augetur pœna ratione nominis, ut ff. de adulteriis. si adulterium cum incestu. pari ratione & augeri debet ad idem, s. de nominis inspectione, ut ff. de adop. l. si pater. §. qui duos. Quarto probatur casus dictorum capitulorum Raynutus & Raynaldus, de testamentis. In contrarium videtur casus legis: nam vna lex dicit, quod quicquid filius habet supra quartam restituere compellitur, vt C. famil. ercis. l. filium quẽ habentem. Alibi expressius dicit, quod restituere debet dodrãtem, vt C. ad trebel. l. iubemus, in prin. Alibi dicit, quod bessem, vt in Auct. de resti. & ea quę parit. §. quamobrem. Et si dicatur vna diminuet alteram & de alterius corpore euelletur, quod videtur esse absurdum, ad idem ff. de inoffi. testa. l. Papi. §. si quis impubes, & de bo. liber. l. nihil. §. sed patronus. Item filius si est grauatus vltra dodrantem, non habet locum trebelianica, sed nõ videtur vltra grauatus ex quo lex rescindit grauamen, vt C. de inoffic. testam. l. quoniam in prioribus. Solutio, si filius vel alia similis persona non sit hæres uniuersalis, sed in certa re. tunc non detrahit, nisi solam legitimam, quia trebellianica non debetur, nisi hæredi vniuersali, vt ff. ad trebellia. l. 1. §. inde Neratius. Sed legitima debetur etiam hæredi instituto in re certa, vt in Auct. vt cum de appel. cogno. §. cæterum. & no. ff. ad trebel. in l. si quis priore. Si autem sit hæres vniuersalis, tũc distingue. An fuerit purè grauatus, an sub conditione de futuro. Primo casu, si detraxit trebellianicã, nõ detrahit legitimam, nisi quatenus plus est in ea. Si vero post detraxit legitimam cessat trebellianica, quia in ea non est, plus quàm in legitima, sed minus. Secundo casu quando sub condi tione, tunc detrahit duas quartas, i. trientem totius hæreditatis. & sextantem residui bessis vel semissem, si totus est numerus liberorũ, & quarta residui, vt hic. Sed an filius detrahat trebel. de relictis ad pias causas? & videtur, quod sic, vt in c. si pater, de test. lib. 6. à contrario sensu, secus in extraneo hærede, ut l. si quis ad declinandam, in fi. C. de epis. & cleri. sed ibi erat potius executor, quàm hæres, arg. ff. de lega. 2. l. si quis Titio. no. ista. Bald.
Filius præsumitur esse ille, qui diu fuit tentus & uocatus ut filius, ita no. Abbas in c. per tuas, de proba. & C. ne de sta. defun. l. si mater, & ff. de proba. l. 1. per Iac. de Are. de manumiss. testa. l. vxorem, arg. C. de seruis expor. l. moueor. Adde quod habes supra in 1. quæst.
Finis causæ est pro termino, dicit Inn. in c. ex tuæ, de cle. non residen. fol. 145. nu. 1.
Fiscus. Qui non soluit fisco canonem statim potest expelli, secus in eccl sia vel priuato, ita no. Innocen. in cap. literæ, de dilationibus. 89
Forensis delinquens vel contrahens hic in Perusio obligatur ex illo contractu vel delicto, non solum coram iudice ordinario rei Perusii, cuius forum actor sequitur, sed etiam coram eius delegato, ita no. Innocen. in cap. dilecti, de foro compet en. fol. 83. nume. 3. quod no.
Forma non requiritur in postulatione, sed tantum concordia, vt de non confirmatur postulatus, sed admittitur, ita no. Inno. in c. consideraumus, de elec. fol. 20. in nume. 2. & idem Hostien. in cap. monasterium, eod. titu. & vide supra in verbo, Capitulum, in 1. quæst.
Forma iudiciorum non seruatur in generali inquisitione, ita no. Hostien. in capitu. bonæ, de elec. & no. Institu. de publi. iudi. in princip.
Forma rescripti est pro libello, & in libello inserenda, quia ea forma data est iurisdic. ita nota Innocen. & Hostien. in capitulo dudum, il 2. de elect. folio 34. & sic rescriptum habetur pro libello.
Forma verborum & natura rei, de qua fit missio, est considerandа ad videndum quæ transeant in successorem, vtrum enim iurisdi. committatur, an aliud negocium industriale. nam si iurisd. tunc potest fieri commissio commissionis, quia nõ refert à quo fiet, quia idem est exitus controuersiæ. Secus est in aliis negociis deleg. & commissis à superiore, secundum Inno. ut si committatur officium prædicationis, vel examinatio testium, & simil, quibus non est iurisdi. contentiosa. hinc est, quod executor non facit subexecutorem, secus si Papa non dicit, ideo exequi compellas, vel facias prouideri, quia per alium explica ri potest, ita no. Inno. in c. P. & G. de offic. deleg. folio 61. nu. 2. quod delegatus à Papa non est usus præcepto, sed commissione. nam si præcipit, ille cui præcipit. per seipsum explicare debet in signum perfectæ obedientiæ, vt no. ff. de offic. præfi. l. fæpe. & vide quod no. in capitu. 1. de offic. delega. in clem. & facit ad prædicta ff. de curà furio. l. cuius bonis, in ratione sui. arbiter autem alteri committere non potest, quia non habet iurisdic. ut l. non distinguemus. §. de offic. ff. de arbi. cum simil. Bald.
Formam libelli in causa appellationis quando tertius appellat, vide per Innocen. in capitu. cum super, de re iudica. folio 127. numero 6.
Forma non est necessaria in electione canonicorum, sed sufficit solus consensus, ita no. Inno. in c. ex parte, extra de concess. præben. fol. 155. nu. 4.
Forma in absolutione est seruanda, & ideo non sufficit commination prælati, ita no. Innoc. in c. proposuit, de cle. excom. fo. 215. vide in verbo, arbiter, in 7. q. in fi. & supra in verbo, appellatio, in 33. quæstio.
Forticilium, vide supra in ver. castrum, per totum.
Fornicator publicus non intererit electionibus, ita no. Innocẽ. in capit. sicut, de coha. cle. & mulie. folio 143. numero 2. & vide infra in verbo, sponsalia, in 2. quæst. & supra in verbo, Affinitas, in 1. quæst.
Forum pœnitentiale est cura animarum, item & datio sacramentorum, & simili. sed forum iudiciale non, ita no. Inn. in c. cum satis, de offic. ordi.
Fugiens propter metum publici hostis, non propter hoc perdit possessionem, secus si capiatur, ita no. Innoc. in c. cum ex iniunc̃to. de no. ope. nunc. fol. 218. nume. 2. Si autem est priuatus inimicus, aut fugiens timuit expulsionem, & perdit possessionẽ. Aut verberari tantum, & tunc nõ, facit, quod no. ff. quod met. Aut verberari tantum, & tunc nõ, facit, quod no. ff. quod met. cau. l. metum, in princip. & ff. loca. l. si merces. § culpæ. & l. itẽ quer. §. exercitum, eod titu. Ex prædictis apparet, quod licet ciuitas habet tyrannum, valent ea quæ fiunt per regimina ciuitatis, & per tyrannum, & retinet ciuitas possessionem suorũ iurium, ut ff. quemadmodum serui. amit. l. qui fundum. §. pen. Ita potest etiam ex prædictis valere processus cõtra bannitos in casibus, in quibus potest mitti procu. si timetur de vi personæ, secus si de vi causæ, & vide quod no. in l. ad cognitionem. ff. qui. ex cau. in pos. ea. & per gl. sing. & per Iac. & per Io. in c. statuimus, de rescrip. lib. 6. Ea autem quę non fiunt sponte per regimina ciuitatis vel per rectores ipsius, sed per ipsum tyrannum, non valent, quia tyrannus est iuris publici violator, & nõ habet titulum, neque possessionem iuris, vt C. de sacro san. eccle. l. decernimus. & tempore tyranni, quod fiet per antianos, vel priores in eius fauorem, præsumitur metu factum, & quod pro bono publico sponte, quia inspiciturid, quod prodest, s. bonum publicum. nõ id quod nocet, s. tyranni imperium, quia vtile per inutile, & bonum propter malum nõ vitiatur, ut l. nec vtilem. ff. ex qui. cau. ma. cum simil. nescio si Bar. in suo tract. alleg. hic Inn. & tene menti verba Inn. Bal. vide supra in uer. clericus, in q. extraordinaria.
Fructus si non petantur in libello, non poterit iudex in eis cõdemnare, nisi quando petitur restitutio, vel nisi quando post litem contest. sunt percepti, ita no. Inn. in c. grauis, de resti. spo. f. 95. vel

Universidad de Deusto Biblioteca

vel nisi in vniuersali iudicio, vt l. item veniunt. §. fructus, de pe ti. hære. facit ff. de excep. l. fundus. idem in damnis & interesse, vt no. ff. de dam. infec. l. quis missum. §. iudex. Tamen in istis accusatoriis procedit libellus sine taxatione quantitatis, vt nota. C. si quis alteri vel sibi. in l. cum propria. & tene menti ista. Bald.

Fructus futuros & incertos, an sit licitum emere soluendo pretium tempore contractus, & an sit vsura, vide Innoc. in cap. in ciuitate, de vsur. fol. 213. nume. 2. nec emere, nec conducere vili pretio & paruo non prohibetur. ff. loca. l. item si pretio. §. fi. maximè fructus industriales, qui non habent certam quantitatem vel naturam, arg. ff. de dona. l. Modestinus. & C. de dona. l. sancimus. C. de vsur. l. si ea lege. in hoc tamen dicunt Doct. quod est multum attendenda conscientia & animus emẽtis, quia conscientia est cum consilio animæ, & conscientia multos angelos habet, secundum Doct. Bal. tene menti ista, quia sæpe occurrunt.

Fructus pignorum liberant debitorem sorte vsque ad concurrentem quantitatem, ita no. Abbas in c. cum contra, de pigno. & fiet compensatio ipso iure, quia descendit ex eadem causa, dũmodo fructus sint consumpti vel venditi vel commixti, secus si in eadem figura extant non consumpti, ut no. ff. solu. matri. l. diuortio. §. ob donationes. nam isti fructus non consumpti sunt pignoris, vt ff. de pign. act. l. si necessarias. §. fi. non autem sunt ipsius creditoris effecti, & ideo non liberant debitorem, antequàm consumantur, quod multipliciter fiet, ut ff. si cert. pet. l. nam & si fur. sed post consumptionem sic, nec est necessaria compensatio hominis; quia lex compensat, ut l. si quis nec causam. §. pen. ff. si cer. peta. Nec obstat Insti. de act. §. in bonæ fidei. quia ibi loquitur quando compensatio habet originem ex diuersa causa, hic quando ex eadem, quod tene menti perpetuo. Bal.

Furiosus, vide infra in verbo, testis, in 8.q. in fi. & infra in verbo, Testator, in 4.q. Bal.

Furtum, vide omnino supra in ver. castrum, in 4.q.

G

GRatia semper in tẽpore antecedit literas & bullas, & ideo bullæ non sunt de substantiali esse gratiæ, ita no. Inn. in c. constitutus, de rescrip. fol. 8. numero 3.

Gens coadunata si facit vastum vel damnum, vnusquisque tenetur de facto suo, & non alterius in foro conscientiæ & animæ, & etiam in foro iudiciali si factum à quolibet potest per se discerni, & de auxilio non tenetur quis nisi quatenus tollit, sed contrarium facilius obligat, & latius euagat, ita no. Inno. in c. sicut, de homi. fol. 210. nume. 2. Et sufficit, quod vnus satisfaciat læso damnum ad plenum, ut omnes liberentur secundum eundem ibidem, & vide quod no. ff. de vi bono. rapto. l. 2. §. si quis non homines, in glo. ordinaria. Bald. vide quod ibi dicit glo. de comite Alberto, vt non teneatur de damno dato à bannitis Bononiæ, &c. & vide supra in verbo, delinquentibus, in 1. quæst.

Generalis uisitator non potest quem ab officio remouere, ita no. Inn. in c. dilectus, de rescri. fol. 11. in prin. nisi ad hoc fuisset delegatus, secundum Host. ibidem.

Generalis possessio iurisdic. qualiter acquiratur, vide per Innocen. in capitu. dilectus, de capel. mona. fol. 180. nu. 3.

Gerundium de natura gerundii uide per Barto. in l. si tu ex parte. ff. de acquiren. hæredita. & per domi. Bald. in l. edita. C. de edend.

Gesta, vide supra in verbo. Episcopus, in 4.q.

Gesta quæ dicantur, uide per Innocent. in capitulo primo, de procura. 70

Gesta non solum faciunt fidem in archiuis publicis, sed etiam in archiuis notariorum, ita nota Innocent. in d. capitulo primo, de procura. eod.

Gesta quæ sint illa, quæ post appellationem cassantur, vide per Inn. in c. dilecto, de appel. fol. 139. nu. 6.

Grauatus, grauare, vide supra in verbo condemnatio, in 8. & 9. quæstio.

Guerra fuit hincinde inter nobiles & populares, & damna hincinde data, & pace facta, statutum de emendatione damnorum: certè quia ista venditio nititur soli statuto, per contrarium statutum tolli poterit, ita no. Inno. in c. in nostra, de iniuriis. folio 222. Item commune obligatur de his, quæ una pars facit contra alteram, secus vero in ecclesia, ut ibidem Inno. item remissis damnis expensæ factæ non per hoc remissæ intelliguntur, ut ibidem Innoc. & vide etiam ibi per Bar. item pro pace facta commune potest remittere damna singulorum, ut ibidem Inno. hoc tamen si singuli consenserunt statuto & iurauerunt, s. in casu d. c. in nostra. Innoc. Et istud singuli non potest intelligi de pupillis, & similibus, sed de administratoribus, & ideo primum notabile verum est. Sic fuit Romæ inter plebem & patres. vide per Dyn. in l. sed & si. §. si ante, de iureiuran. Adde etiam quod compositio ecclesiæ cum bannitis tollit ecclesiæ condemna. quo ad debitum cameræ ecclesiæ, non quo ad debitum ex ea priua. personis, ut l. 2. C. de in ius vocan. per Barto. Bald.

H

HAbens iustam causam litigandi non condemnatur in expen. ita no. Inn. in c. sacro, de sen. excom. fol. 229. nu. 13.

Habentes cerebrum debile debent post potum ire ieiuni ad testificandum, ita no. Abbas in capitu. 1. de testi. Et sic si quis videtur esse ebrius ad testificandum non debet admitti. item no. ex prædictis, quod intellectus hominis non dicitur esse ita clarus post comestionem & potum, sicut quando est ieiunus.

Habentes potiora iura debent in possessorio, sicut in petitorio obtinere, ita no. Abbas in c. licet causam, de proba. facit l. fi. C. de edicto diui Adri. tol. Bal.

Heremita, vide infra in verbo, Monachus, in 2.q.

Heremodicium contrahitur aliter in causa criminali, quia inducit plenam desertionem, & aliter in causa ciuili, ubi sola instantia triennio perit, ita no. Innocen. in capit. licet, de accusa. folio 201. nume. 3.

Hæredes sacerdotis qualiter teneantur de malè gestis à sacerdote, vide per Inn. in c. ex præsentium, de pig. fol. 162. & vide supra in ver. condemnatio, in 4.q.

Hæres vsurarii non conuenitur ex maleficio vsurarum commisso à testatore, sed conuenitur ex quasi contractu condictione indebiti, ita nota Innocent. in capitulo Michael, de vsur. folio 214.

Hæres de iure canonico tenetur ex delicto defuncti pro virib. hæreditariis, etiam si non fecit inuentarium, non tenetur in plus, quia canon non distinguit, an fecerit inuentarium, vel non, ita no. Innoc. in c. in literis, de rap. fol. 212. & per Io. And. in cap. quanquam, de vsur. lib. 6. Nec enim defunctus in plus in foro conscientiæ tenebatur, licet in foro causarum defunctus, qui non posset soluere, esset in carcere detinendus. Sed pœna carceris non transit ad hæredem, quia est corporalis, si quis haberet licentiam capiendi defunctum, non posset eius hæredem capere, quia ex facto alterius propriè non dicitur quis ex maleficio teneri, vt ff. de dolo. l. hæres, & de offi. procon. l. obseruare. §. 1. est enim captura personæ personalis, sed captura rei, i. pignus prætorium transit ad hæredem, quia realis est, ut ff. qui pot. in pign. habe. l. si iure. sed quod personaliter cohæret transire non potest, vt ff. de his, qui no. infa. l. furti. §. qui alieno, cum similibus. Bal.

tio,quando appellatio est prohibita à lege, vt quando quis est confessus & conuictus de maleficio.hoc etiam casu,secū dum canones prohibetur appellare. Quarto,quando appellatio est remota propter clausam appellatione remota, insertam à iure,vt in præfecti,prætorio,vel insertam in rescripto, & appellatur incolorate & informiter. Quinto,quando appellatio est remota propter verā contumaciā,vt no.in c.1. de dolo,in cle. Sexto,quando certum est appellationē esse iniustam. Et hæc sunt vera,nisi appelletur ad Principem, quia tunc postquā Princeps admisit appellationem, nihil est attentandum.secus in alio inferiore,qui non pōt iuri derogare,ita no.Inn.in ca.pastoralis,de offi.dele. fol.57.Tu clarius dic,aut appellatio peccat per impossibilitatē,& ista nō trahit negociū ad superiorē:aut peccat alias,& tunc aut in forma, & idē: aut non in forma,& tunc dēt iudex à quo silere, vt ff.de mino.l.intra vtile. Quid in cā nullitatis? dic si euidenter peccat in materia non impedit executio,vt no.Inn.in c. cū in iure,de offi.dele.fol.59.nu.2.& C.de ord.cog.l.fi.quia non derogat iurisd.primi iud.nec rescindit cā nullitatis pronūciatā,vt l.3.§.si seruus,de acq.pos.p Dy. Inn.tn̄ si snīa dicat nulla ex defectu iuris. interim nō dēt fieri executio,vt l.si quis filio.§.si quis.ff.de iniusto test. vel ludibrio fiat processus piudicialis vel ipsa executio reuocet,ar.l.diximus.ff.de exc. tut. Si aūt per apertā calūniā dicat nulla snīa,interim fiat executio,vt l.satis.C.de fal. idē si p psumptā calūniā psumptiōe iuris,arg.in Auct. quæ sup. secus si psumptione hoīs, quia ex ea nihil est inouādū,quia est probabilis nō est necessaria. ff.de pœnis.l. absentem. Et no.quod licet lege caueat,quod non possit opponi de nullitate snīæ, tamen si dicat nulla ex defectu iurisd.talis exceptio procedit & dēt admitti, vt not. gl.vnica,& singularis in c.1.de sequest.pos.& fruct. in cle.idē puto si contineat errorē expressum. Sed in errore velato vel alia nullitate velata nō pōt opponi,vt l.3. C.de edic. diui Adria.tol. Et quod dixi in re dubia executionē fieri non debere,intelligo de executione iudiciali,secus in execu.legali, q nititur soli veritati,arg.ff.de condi. ob cau.l. si pecuniā.§. si seruum. nec fingi lites possunt in piudicium dispositionis legalis,vt ff.de tran.l.cū hi.§.si cum his,non dico in priuata tamen executione: quamuis.n.publica executio retardetur, priuata tamen pœnam non meretur, vt si quis occidat bannitum pendente causa nullitatis banni. ꝑ tamen re vera valebit,secundum Dy. vbi supra. Et sic aufertur potestas bannito vlterius disputandi de bāno,arg.contra.ff.man.l.Quintus,& facit.ff.de mu.& ho.l.reus delatus,& de lib.cau.l.qui de libertate.tene menti.Bald.

Iudex qui cognoscit de causa resti.in integ. contra sententiam si videbit ipsam non valere pronunciabit,quod non valet & non procedet ad alia,sic iudex appellationis, vt in §. ex alia. Hoc non placet Inno.quod iudex aditus super restitutione vel nullitate intromittat se de eo,quod nō est actum, ita no. Inn.in c.coram,de offi.deleg.fol.59.nu.2. vide Cy.in l. eos. C.de appel.& Bar.in l.si expressim.ff.eo.tit. in l. tale pactū. §.qui prouocauit.ff.de pactis,in 14. q.

Iudex appellationis non potest iudicare,de eo, q non est petitum, ita no. Innoc.in c.cum contingat,de offi.deleg.fol.60. numero.6.

Iudex pōt suum processum defendere,ita no.Host.in c.de cætero,de transac.item & sententiam suam defendere potest, ita no.Inno.& Host.in c.dilectus,in fi. de rescrip.

Iudex sicut absoluit propter contumaciam partis, ita & arbiter potest absoluere ab obseruatione arbitrij,ita not.Inn.in c.ex parte,de arbi.fol.78.nu.1.

Iudex ecclesiasticus in quibus casibus pōt se immiscere causis secularib.vide Inn.in c.licet,de foro,compe.fol.82.nu.3.

Iudices extraordinarij vbi debeant sedere & iudicare, & quis puniat eorum officiales,vide Inn.in c.cum contingat, de foro compe.fol.83.nu.1.

Iudex potest ferre sententiam ēt de re quæ non est de sua iurisdi.ita no. Inn. in c.postulasti,de foro compet.fol.eod.sed contra vī,vt no. C.de anna.excep.l.fi.in fi. Solutio,dic,quod illa qō intelligitur quando quis sortitur forum ratione possessionis non rōne contractus vel domicilij,& sic cōcordat cum Inno.& dicit Inn.quod si habeo bona Mediolani,non ideo dominus Mediolanen.potest ea confiscare,si alias non sum sibi subditus,quia fortè occidam Mediolan.extra districtum Mediolani,vel aliud delictum committam,quia statuto non ligor,ex quo in territorio suo non delinquo.Fallit si offensus non inuenit de me iustitiam,quia tunc potest bona mea occupare,vt 23.q.2.c.Dominus noster. Sed propter onera realia bene potest confiscare,& sibi incorporare,& si non soluantur,quia hic res non persona conuenitur,& sententia prædio datur,vt ff.de neg.gest.l.qui in alienam,in fi.secundum Inno.in d.c.postulasti,in c. à nobis, de senten.excom. idem tenet Bar.in l.cunctos populos,in 8.q.C.de sum. Trini.& fide catho. Bald.

Iudex non potest quem citare extra territorium, vt sit verus contumax,licet missionem patiatur,ita no.Innoc.in c. licet, de foro compet.fol.82.& citare non potest realiter, idest per capturam personæ,quia executio realis non potest fieri extra territorium, & si edictum extra territorium proponatur, solenniter vel ad domum citetur, citatio porrigit effectum suum contra citatum,vbicunque sit,& erit verus contumax si scisse probetur, vt l.fi.de decre.ab ordi.faci. & poterit excommunicari & banniri & confiscari, vt l.1.de requi.reis.ff. Si autem nuncius ad eum citandum mittatur extra territorium, non valet citatio, quia extra fines temporis vel loci mandantis non potest nuncius citare,arg.ff.de arbi.l.si cum dies.§.si intra,& non valet citatio, quæ peccat in fundamento & initio suo,vt in c.pastoralis,de re iud.in clem. Si autem citatio per nuncium,vel literam fiet intra territorium,sed in loco exempto,vt puta ecclesia, bene valet,vt l. præsenti. C. de his,qui ad eccl.confu.& no.per glo.in l.plerique.ff.de in ius voc.facit quod no.Cy. in l. omnes.§.nihilominus. C.de epis.& cle. Citatio ergo, quæ intra territorium sumit initiū, effectum suum porrigit vbicunque,secus si peccat in fundamento sui principij, quia vbi fundamentum non est firmū, non bene de fine perpenditur,vt no.in simili.ff. de arbi.l.si vnus.§.principaliter,& quod no.in simili.ff.de postu.in l.ex ea,quod tene menti. Bal.

Iudex quando pronunciat se iudicem contra verum contumacem non potest appellari,licet non esset iudex, ita not. Inn. in c.præterea,de dila.fol.88.nu.2.

Iudex potest quædam ex suo arbitrio facere in fauorem litigatoris,quæ tamen si non facit,non potest appellari,ita no.Inno.in c.fi.de ferijs.fol.89.sic & supplere potest, tamen si non supplet. non potest appellari, quia hoc non consistit in iure partium,& vide Spe.in tit.de offi.iudi.& potest delegare, & non delegare,& si delegat, non potest appellari, quia non tangit ius partis, secundum Ioan. And.ibi, et potest facere gratiam spectationis contumacibus,nec inde potest appellare,quia ista potius pertinent ad iudicis auctoritatem,& animi sui motum,quàm ad necessitatem,& no.bene ista. Bald. vide omnino supra in verbo, Conclusio, in 2.q.

Iudex quilibet debet obseruare ferias sui fori, non ferias litigantium,& ita obseruat etiam curia Romana: feriæ enim sapiunt ordinem processus: tempus enim est de ordine,ita no. Inn.in c.fi.de ferijs. 89

Iudex potest mutare interlocutoriam latam super exceptione, vnde quando ponitur exceptio per aliquam partem alteri, sententia interlocutoria iudicis requiritur,vt videatur an bene,vel malè fuerit exceptum,vt not. Abb.in ca.duobus, de appel.de primo no.Inn.in c.1.de ordi.cogni.fol.90. & vide, quod no.ff.de re iudi.l.quod iussit.

Iudex laicus non potest cognoscere de aliquo spirituali actu, nec principaliter,nec incidenter,sed remittitur causa ad episcopum,ita no.Inn.in c.tuam,de ord.cog.fol.90. Non obst.l. quotiens. C.de iud.quia illud intelligitur de incidenti,quod non est alterius fori principalis,sed forum spirituale est diuersi fori principale à foro temporali,vt ipse Inn.no.in c.licet,de foro compe.fol.82.nu.1. Non obst. quod iudex vxorē prægnantem mittit in possessionem nomine ventris,& puerum ex Carboniano, vt l.1.§.si ea.ff.de vent. in pos.mit.vbi etiam no.quod licet in summarijs sufficiant præsumptiones ad probandum filiationem,tamen ad probandum matrimonium exigit plena probatio,quia & ibi dico,quod iure canonum dēt fieri remissio ad epm. Nec obst.quod iudex secularis interponit decretum in emancipa. quia est iste actus voluntariæ iurisdōnis. Nec ob. quod decernit alimenta, quia verum est,si aduersarius fatet eum esse filium,nā confessionem bene pōt audire,sed si aduersarius negat, remittuntur ad epm. Ratio est,vt dicit Spe.in tit.de reconuentione, hoc capitulū habet locum,vbi de matrimonio incidit qō contentiosa & cōtradict.secus si non in modū disceptationis quæritur,sed de plano,quod est no. Sed quid erit si coram arbitro incidit qō filiationis,an remittet illā ad epm. dico quod non,quia non potest eam arbiter remittere,vt ff.de arbitris. l.non distinguemus.§. de officio. item non procedit arbiter vt index,& sic nō fiet cōtra hāc decretalē,tamen istæ probationes non valebunt isto casu in vero iudicio. Quid si fiāt sta tn.cōtra hanc decretalē? Resp.istæ probationes nō valebunt

isto casu in vero iudicio.quid si fiant sta.contra hanc decretalem? Respondeo, valent testimonia tanquam extraiudicialia. Et si statutum vult facta extra iudicium valere inter sibi subditos,bene valebit statutum,non tamen erit vera probatio, sed ficta,quia statuta non possunt iurisdictionem spiritualem conferre, Quid in arbitratore? dic quod non sunt iudicialia testimonia, quæ fiunt coram eo, & sic est duplex genus testimonii,vt C.de hære.l.quoniam.Et quod dicit hæc decretalis habet locum etiam in excep.clericatus excommuni. & periurii, quæ sunt causæ spirituales,secundum Hostien.& tene menti. Bald.

Iudex si non vult audire aduocatos & eorum allegationes, non propterea dicitur grauare partem,quia præsumitur iudex sapiens in iure,nec apparet, quod propter hoc grauet partem, quia multi sunt,qui non egent allegationibus iuris, seu legū, ita no.Inn.in c.pastoralis de causa pos.& proprie. 92

Iudex si condemnauit de principali & non de fructibus & interesse,quod pertinet ad consequentiam petitionis, non poterit de fructibus & interesse agi nouo iudicio, quia sopitum videtur una cum principali,ita no.Innoc.in cap.grauis, de restitu. spolia.Bal. 95

Iudex duobus æquè probantibus non potest inter eos diuidere possessionem,quia non est ad hoc actum,ita no.Innoc.in c.licet,de proba.fol.203.nu 5.

Iudex debet laborare,ut intercipiat testē, si videtur ei suspectus, ita no.Inn.in c.cum causam,ad fi.de testi.fol.108.nu.7.idem tenet Azo,C.eo.tit.in summa.

Iudex ex officio suo debet inquirere de conditione testis,licet nō excipiatur ab alio contra quem producitur,ita no.Innoc.in d. c.cum causam,de testi.fol.eod.& no.ff.de magi.conue.l.1.§.si præses.Bal.

Iudex licet deleget causam,non propterea in illa poterit testificari,quia delegatus iure delegantis fungitur,ita no.Inn. in c.dilecto,de testi.fol.109.nu.3.

Iudex debet quærere à testibus de causa scientiæ sine interrogatorio,& si interrogauit, & testis nihil vel bene respondit, tūc nō debet repeti interrogatio,secundum Inn.in c.cum clamor,de testi.fol.110.nu.3.Si vero iudex non quæsiuit, malitia & dolositas præsumitur,quia omittit ea, quæ officio suo incumbūt, debet enim suo officio interrogare de causis scientiæ.si aūt iudex omisit interrogare de circunstantiis,non de substantialib. ut de loco,tempore,& contestib.& similibus,non sunt contestes iterum interrogandi,si autem iudex omisit interrogare de principali re vel facto,ut de libello in præscriptione, tunc debent repeti testes,quia fuit culpa iudicis non partis,ita no. Inno.in c.per tuas,de testib.fol.110.nu.4.

Iudex in testibus interrogandis potest ex suo officio supplere, ita no.Inn.in d.c.per tuas,extra de testi. eod.

Iudex qui non pronunciat super princ.non potest parti reseruare petitionem expensarum,quia nunquam habuit petitionem seorsum à principali,ita no.Inno.in c.fi.de dolo & contu.fo.98. numero 2.

Iudici soli licet non credatur,nisi quatenus constat ex actis,tamē creditur iudici & notario simul ita.no.Inn.in c. quoniam contra falsam,de prob.fol.104.nu.8.

Iudex potest committere notario examinationem testium fiendam & in absentia,ita no.Inn.in d. c. quoniam contra falsam, de proba.fol.eo.& in c.cum Bertoldus,de re iud.f.128.& no. etiam in c.2.de iureiu.lib.6 & in c.2.de offi.dele. in cle. & in c. cum causam,de testi.& ipsemet notarius instrm de commissione facta sibi potest facere,ita tenet Bal.in l.ex snia.ff. de testa.tute.tamen magis cautum est,ut alius notarius rogetur de confectione istius instrumenti commissionis.Host.& Io. And. in d.c.quoniam contra,de proba.quod est no.sine commissione notarius non potest examinare,quia hoc spectat ad officium iudicis non notarii,ut no.C.de testa.l.hac consultissima. §. pen. facit ff.de excu.tut.l.scire oportet.§.oportet, & ibi per Dyn. Bal.sed pone,testes,qui sunt de eodem domicilio iudicis non possunt venire ad iudicem propter infirmitatem, nunquid iudex debet ire ad testes percipiendo testimonium? dic quod in criminali sic.sed in ciuili non tenetur ire,sed poterit committere exami.notario,& uide Bar.in d.l.ex sentētia, de test. tut. Bal.vide in c.constitutus, de fideiuss.

Iudex si viderit vacillare testem debet iubere notario,quod scribat in actis qualiter ipsi iudici videtur testem vacillare,titubare,& pallere,&c.& debet scribi modus vacillationis,ita notat Inn.in d.c.quoniam contra falsam,de proba.f.104.num.5. Et ibi et uide qualiter notarius debet scribere vacillationem testium,quando iudex sibi dicit.Inn.ibidem,& no.bene ista.Bal. & no.quod eo tunc,i.tempore vacillationis, debet iudex hoc notario committere non ex interuallo, & maximè non debet committere finito iudicio,uide Inn.in d.c.quoniam cōtra fal. fol.eo.& Ang.in l.Lucius.ff.de his,qui no.infa.

Iudex si citat aliquem per suam cedulam suo sigillo sigillatam, licet non sit scripta manu notarii,valet tamen,ita no.Inno. in c. 2.de fide instru.fol.113.nume.3.facit in arg.l. si publicanus.§. de rebus,de publi.

Iudex quando habet duas vias ad procedendum, seu duas auctoritates iurisdictionales,potest ex vtraque procedere.Item potest vnum actum facere ex una,alterum ex altera, & tūc ex ea via quam elegit processus est iustificandus,ut ff. de offic. eius cui man.est iurisd.l.& si prætor.sed habens unam auctoritatē, & putans se diuersam habere,si procedit,an valeat processus? & videtur quod sic,nisi astringat se solum ad procedendum ex incompetenti auctoritate.fm Inn.sed alii dicūt valere,quia credit se iudicem,& est,& sic non errat circa fundamentum, sed errat in qualitate vel causa iurisdi.suæ. sicut ille, qui procedit vt ordinarius ex principali iurisdictione,cum non possit, nisi ex prorogata,tamen dicit lex ualere suum processum. ff.de iudi.l.2.§.1.uide ista per Inn.in c.cum ex officii,de præscri.folio 124.& per Bal.in l.multum.ff.de condi.& demō. Bal.vide per do.Bal.de hoc in l.falsus.C.de fur.

Iudex appellationis quando tertius appellat,an pronūciabit pro appellante sibi non fieri præiudicium,an rescindet snīam in totum,ēt quo ad principalēm,qui acquieuit snīæ.Item an persona quæ uenit ex transuerso quę nūquam appellauit, possit tertio appellare.Item an mandetur snīa executioni in præiudiciū vnius & non alterius,uide de omnibus istis Innoc.in c. cum super,de re iudi.f.127.nu.2,& 3.iudex in snīa potest dicere, ego pronuncio, vel nos pronunciamus, licet sit unus solus iudex, ita no.Inn.in c. Apostolicę,de re iudi.

Iudex non potest reseruare ius, de quo non est actum, nisi de consensu partium,ita no.Innocen.in capitu cum dilecti,de emptio.& venditio.folio 160.facit ff.de pac.dota.l.Bebius Marcellus.Bal.

Iudex imponit perpetuum silentium accusatori, si non fuerit in termino,ita notat Innocent. in capitu. licet, de accusa. folio 201.nu.4.

Scias tamen,quod istud silentium est interlocutoria, & potest ab impositione talis silentii appellari,quia nimis præiudicat.ff. de accus.l. Titia.Bal.

Iudex potest corrigere errorem suum, siue errauit in processu, siue in interlocutoria,& in criminali,ita no.Inn.in c.qualiter, il 1.de accus.fol.202.nu.2.

Iudex si procedit contra aliquem non subditum,processus nō valet,nec tacitus consensus sufficit ad actum illum validandum, ita no.Inn.in c.ad petitionem,de accus.f.203.nu. 1. Sed bene sufficit consensus expressus,ita no. C.commu.utriusque iud.l. 2.& uide supra in ver. Arbiter,in 8.q. vide in l. 1. C. de iurisdi. om.iudi.& in l.si per errorem.ff.eo.tit.& uide infra in hoc eodem ver.in proxi.6.q.

Iudex recipit cautionem pro officii sui securitate,ita no.Inn.in c. quia frustra de vsur.fol.213 nu,2.& uide per Olar.& Bar.in l.si quis uxori.§.si fugitiui,de fur.Bal.

Iudex laicus si tenet aliquem in carcere,qui dicit se clericum, an teneatur eum dimittere,& quando,vide per Inn. in c. contingit,de sen.excom.fol.228.nu.2.Et dic,quod detinet eum donec iudex pronunciabit clericum,nam iudex laicus de clericatu non habet cognitionem secundum eum,& potest episcopus inhibere iudici laico,ne procedat contra clericum etiam litigare uolentem,secundum eundem Inn.ergo si hoc facit episcopus,non tamen dicitur clericus declinare, sed inuitus abstrahi,nec incidit in pęnam inclinātium, quia eo inuito episcopus pro interesse totius ordinis clericalis declinat eum,non autem seipsum declinat.Et uide l.1.C.de lega.admi.parti. tene menti,Bal.de isto puncto est hodie casus ad literam in cap. si iudex laicum,de sen.excom.in 6.q.

Iudice vel quocunque alio officiali mortuo, an potestatem eius exerceat aliquis ante euentum successoris,uide Innoc.in ca.ad abolendam,de hære.fol.209.nu.1.Et dic quod subalternū officium reddit ad dominum principalem. Principale officium ad nullum,nisi officium episcopi quod ad capellanum reddit in eo propriè quod pertinet ad episcopi iurisdictionem, sicut est iurisdictio & confirmatio, quia sunt unum corpus, & in vno collegiali corpore etiam unum ius omniū recidit,ut l.sicut, in fi.ff.quod cuiusq; uniuer.noīe,nisi sint singulares personæ.Inn.

Iudex an possit reuocare post litem contest. interlocutoriam per eum latam ante,uide Inn.in c. sæpe,de appel.fol.134.nu. 3.

Iudex non potest iudicare,neque cogere aliquē ad aliquid faciendum sine causæ cognitione,alias non valet snīa,ita no. Innoc.

Universidad de Deusto
Biblioteca

in c. solicitudinem, de appella. fol. 136. nu. 4. sed pone, sententia aliquo casu est nulla, quæritur an consensus partium faciat eam valere? Et dic quod non, quando omni respectu erat nulla, & hoc quantum ad agendum, sed quantum ad excipiendum sic, vt C. communia vtriusque iudicij. l. ij. argu. ff. de pigno. l. 1. in prin. si autem est nulla, non simpliciter, sed habito respectu ad dominum, tunc ratificatione sumit effectum, vt l. 3. §. 1. ff. rē ratam habe. & l. 1. C. qui pro sua iurisdi. Iac. But. Bald. vide supra hoc eodem ver. in 6. proxi. q.

Iudex appellationis an possit de principali causa cognoscere, vide Inn. in c. vt debitus de appella. fol. 137. nu. 5.

Iudices qui erunt, quando est contentio inter dominum & vasallum de feudo, vel circa feudum, dicit Inn. quod pares, idest, habentes feuda similia. Et quando contentio inter vasallos est, do minus ipsorum est iudex. sed ad quem appellabitur istis casib. vide Inn. in c. cæterum, de iudi. fol. 80. nu. 5.

Iudex ecclesiasticus erit iudex, si ecclesia petat se restitui in integrum, ita not. Innocen. in capit. cum sit, de foro compet. fol. 82. nume. 2.

Iudex ecclesiasticus cognoscit de qualibet oppressione pauperū, & de crimine sacrilegii etiam in dubio, ita not. Inn. in c. cum sit generale, de foro compe. fol. eo.

Iudex ecclesiasticus cognoscere debet de causis viduarum, quia ad eum iurisdictio pertinet, licet de gratia speciali deferatur iudicibus secularibus, vt ipsi cognoscant, ita not. Inno. in c. licet, de foro compet. fol. 82. nu. 3. Adde quod not. in c. significantibus, de offic. deleg. in nouella, & in l. 1. C. quando Imperator inter viduas. Bald.

Iudex ecclesiasticus habet cognoscere de causa dotis & adulterij, ita not. Innocent. in capit. 1. vt lite non contesta. fol. 86. nume. 3.

Iudices habentes mixtum Imperium isti non solum habent potestatem dandi plenam possessionem, nudam vero possessionē in casibus causa custodiæ possunt dare simplices magistratus, ita no. Inno. in c. tua, vt lit. non contesta. fol. 86. Primum fallit in litis diuisorio, vbi requiritur litis decisio corporalis, vt l. inter castellianum. ff. de arbi. Bal.

Iudex non repellitur propter omnem inimicitiam, sed solum propter grauem. testis vero repellitur propter grandiorem, quæ non ex ipso sed ex alio causam habet. ff. de arbi. Inon distinguemus. §. cum quidam. & in ca. cum P. extra de accusa. Et nimis fauor iustar inimicitiæ continet, ita not. Host. in c. accedens, vt li. non contest. quæ inimicitia probatur ex verbis, puta ex capitalibus minis, dun tamen ex personis dicta pensemus, vt in l. 1. C. si quis Impera. maledixerit. & l. licet. C. de arbit. item ex ipsis rebus & factis, vt C. de appel. l. si quis prouocatione. Bald. vide supra in ver Colonus, in 1. q. ibi, quia iudex non intendit præiudicare, vide omnino supra in ver. Citatio, in 28. q. ibi. Sed respōde. quod omnia præcepta iudicum, & c. vide supra in ver. Curia in 3. q. ibi, & quilibet, &c.

Iudex licet mittat in prima citatione peremptorium, pars quæ citatur, non propter hoc potest appellare, quia iudex in quacunque citatione si vult, potest quem citare cum peremptorio, ita not. Inn. in c. 1. de dila. fol. 88. tene menti. vide Bar. in l. 2. ff. de appel. recip. & Bal. in l. 2. C. de epis. audien.

Iudex appellationis quandiu cognoscit, an appellatio sit recipienda, non debet inhibere, ita not. Inno. in ca. dilectus, de rescript. fol. 11. nu. 3.

Iudex non potest super petitione principali iudicare nunc pro vna parte, nunc pro alia, quia super toto debet formare sententiam: actus enim pronunciandi est indiuiduus, sed si sunt plura capitula potest de per se super quolibet pronunciare, nisi essent connexa & inse parabilia, ita no. Inno. & Host. in ca. cum inter, de elec. fol. 21. Nec cb. l. intra vtile. ff. de mino. vbi per se iudicatum fuit super ætate, quia id fuit interloquendo, non diffiniendo, nec super re, idest super resti. petita, sed super quoddā præambulo, i. causa petitionis, scilicet super ætate, & tene menti prædicta Bald.

Iudex potest iudicare super his, quæ veniunt ex quadam consequentia, licet specificè nō fuerit petitum in libello, ita not. Inn. in c. querelam, de elec. fol. 24. ff. de min. l. si iudex, & C. de sen. & inter. om. iud. l. cum eorum. Bal.

Iudici potest de facto resistere ille qui non est citatus, dummodo possideat, ita not, Inn. in c. si quando, de offi. dele. fol. 52. vide supra in ver. Factum, in 8. q.

Iudex quilibet dumtamen sit ordinarius absolut à sententia excommunicationis lata à iure. Sed si est lata ab homine, is, qui eam tulit absoluit, vel superior in ea iurisd. ita not. Inn. in c. prudentiam, de offi. dele. fol. 54. nu. 13. vel potes dicere, Iudex maior potest absoluere à sententijs suorum subditorum, vt vult Inn. in c. prudentiam, de offi. dele. Et hoc si offi. minorū ei subalternatur, vt ff. de iudi. l. iudicium soluitur, alias non debet se intromittere, vt 11. q. 1. c. persona, per Arch. Bal.

Iudices sedebunt à mane vsque ad vesperas, quomodo hoc intelligatur, vide Inn. in c. consuluit, de offi. dele. fol. 56. nu. 4.

Iudex quando pronuncio tappellationem fuisse desertam, illa pronunciatio est interlocutoria, & ideo debet appellari in tempris, & cum causæ cognitione, facit quod no. in c. fi. de appel. in cle. & C. quomodo & quando iudex. l. si præses quasi desertam. & ideo quia est interlocutoria reddit executio ad primum iudicē, arg. l. intra vtile. ff. de mino. & not. in l. tale pactum. §. qui prouocauit. ff. de pac. & tangitur per Inno. in c. pastoralis, de offi. dele. fol. 58. nu. 5. Bald.

Iudex inferior non cognoscit de nullitate sententiæ superioris, ita no. Inn. in c. cum in iure, ver. secus, de offi. dele. fol. 59. nu. 3. facit in argu. ff. de mino. l. minor autem. nec merus executor, per capitulum, de cætero, de re iud. secundum Inn. per Bar. in l. 2. di uo Pio, in prin. ff. de re iudi.

Iudex potest suam iurisdictionem defendere etiam cum ense, & etiam in bello. hoc verum si iurisdictio erat euidens & notoria, sed subditus vel alter subtrahit sibi exercitium iurisdictionis, ita no. Inn. in c. dilectus, de pœnis. fol. 224. & plenius per eundem, in c. olim, de resti. spolia. Bald.

Iudex superior in aliquo territorio potest cognoscere de omnibus causis, de quibus iudex inferior posset cognoscere in ipso territorio, ita no. Inn. in c. cum ab ecclesiarum, de offi. ord. fol. 63. nu. 3. facit. C. de offi. præfe. vrb. l. 1. in fi. hoc verum, nisi cō suetudo illius terræ præfigeret certum ordinem in cognoscendo secundum eum ibidē. Et dic, quod ipso iure non valet, quod actum est contra consuetudinem informantem iurisdictionem, & contra ordinem consuetum, tene menti. Bal. No. cōtra consuetudinem informantem iurisdictionem, &c. Nam consuetudo potest rendere ad decisionem, seu iustitiam causæ. Et tunc dic, vt per Cyn. in l. 2. C. quando pro. non est ne.

Iudex si taxauit malè expen. poterit illam taxationem reuocare, ita not. Innoc. in cap. super eo. quod met. cau. fol. 73. nume. 4. & per eundem in c. sæpe, de appel. fol. 134. nume. 3. vbi habes an possit appellari.

Iudex superior postquam incepit cognoscere de appellatione inferioris, posse sionem dare non potest, ita not. Inn. in c. constitutus, de appel. fo. 132. nu. 3. vide supra in verbo, citatio, in 27. q. vbi habes, quod omnia præcepta iudicum sunt stricti iuris. No. quod omnia præcepta iudicum, & c. quia cōtra facit, quod habetur in ca. cum ecclesia Sutrina, de cau. pos. & proprie. Sed hoc intellige in articulo præcepti. Et vide Cyn. in l. quotiens. C. de fideicom.

Iudex qui se obtulit facere rationem, & iustitiæ complementum, non dicitur grauare, ita not. Innoc. in cap. dilectis, de appel. fol. 136. nu. 2.

Iudex à quo appellatur, debet citari ad audiendum sententiam iudicis ad quem, ita no. Inn. in ca. cum speciali, de appel. fol. 138. nume. 8.

Iudex potest iudicare ex pluribus præsumptionibus, ita not. Innoc. in c. illo vos, de pig. fol. 162. Et per Dyn. ff. de excusa. tut. l. 1. Bald.

Iudex potest punire delinquentem ex suo offi. etiam sine accusatore, ita not. Inno. in c. qualiter, de accus. il 2. fol. 205. nu. 5. facit c. fi. de celebr. miss. Punitur ergo quis sine accusatore. Ratio est, ne maleficia remaneant impunita.

Iudex, an eo ipso, quod fuit opposita exceptio, quod nō erat iudex, desinat esse iudex, ita quod processus postea factus per eum non valeat. Inn. in c. cum speciali, de appel. fol. 138. nu. 2. dicit, quod non recordatur se legisse, sed Bar. in l. 1. C. si qua præsi. po. dicit, quod recordatur, quia allegat ibi esse casum, sed do. Bald. ibi dicit, quod est speciale ibi. tene menti. Aduerte, alibi Bar. quærit in hoc, vtrum ex eo, quod opponitur iudici, quod est suspectus, ex hoc impediatur processus, & dicit, quod sic cō tra Inn. per Bar. in l. quia poterat. ff. ad Treb.

Iudex vnus pōt alteri mandare, qđ recipiat probationes vice sua, seu nomine suo, ita no. Abb. in c. constitutus, de fideiuss.

Iudex si dicit solue solue, solue: nō propter hoc dicitur tertia monitio, ita not. Abb. in c. tua, de dona. vide gloss. in l. 4. de pign actio. Bald.

Iudex potest terminum assignatum reuocare: non. n. habet maiorē auctoritatē termini assignatio, quàm interlocutio, sed interlocutoriā pōt reuocare, ergo & assignationē termini, ita no. Inn. Abb. in c. significāte, de appel. fol. 139. quod tene menti Bald.

Iudex in causis beneficialibus cognoscit de meritis causæ etiam appellatione deserta, ita not. Abb. in cap. secundo requiris, de appellat. Bald.

Iudex

Iudex qui commisit causam alicui, vt cognosceret & pronunciaret habito consilio à quodam sapiēte, si ille pronunciauit omisso consilio non oportet appellare, quia sententia est nulla ipso iure, ita no. Io. And. in cap. non est, de consecr. lib. 6. in nouella. quod tene menti. adde quod ille, qui petit consilium hominis certi non potest appellare à sententia illius consilii vigore lata, vel etiam à consilio non appellat, tex. est ad hoc melior, qui sit in iure ciuili, in l. generaliter. §. sinautem is, ver. cum minus eru dele est parti, & c. C. de reb. cred. & iureiur. quod not. Bal.

Iudex si in prima dilatione probatoria dixit, & peremptoriè, & tunc secunda dilatio non dabitur, nisi cum maiori solennitate, quàm alias daretur, ideſt, quod impedimentum in prima oportet probari testibus, non autem sufficit solum iuramentum, ita not. Innoc. in ca. in causis, de testi. fol. 106. nu. 2. quod tene menti Bald.

Iudex vbicunque daret dilationem probatoriam, demum concessa resti. in integ. ibi arbiter. qui non potest concedere restitutionem, eo quod est missti imperii, dabit dilationem non prohibita restitutione, ita no. Inn. in c. pen. de arbi. fol. 79. nu. 3. quod est no. dignum, de hoc per Cy. in l. fi. C. vbi & apud quos Bal.

Iudex quotiescunque iudicat vt bonus vir, ab eius sententia appellari non potest vnquam, ita not. Inn. in c. præsenti, de rescript. fol. 14. nu. 3. quod est no. secundum Odofr. Bal. vide Io. And. in addi. Spec. in tit. de appel. §. in quibus.

Iuramentum turpe non est seruandum, sed turpiter præstitum sic, donec absoluatur iurans, nisi ex necessitate, ita not. Inno. in c. venerabilem, de ele. fol. 29. nu. 5. & in c. cum inter, de renun. vide in ver. Testis, in 27. q.

Iuramentum quod est præstitum alicui tanquam officiali, eo deposito non debet ei seruari, secundum Host. ibidem. Et vide infra in ver. Testamentis, in 45. q. Bal. vide in ca. ad Apostolicę, de re iud. lib. 6. & in c. pastoralis, eo. tit. in cle.

Iuramentum de non reuelando secretum, intelligitur, nisi ex iusta causa reueletur, ita not. Inno. in cap. qualiter, il 2. fol. 205. de accusa.

Iuramentum veritatis succedit loco iuramenti calumniæ in causis spiritualibus, ita no. Inn. in c. literas, de iuramen. calum. lib. 6. fol. 86. nu. 2. Idem in criminalibus, vt in ca. dilectus, de accus. Et ideo non est iuramentum purgationis: interdum enim iuramentum calumniæ facit sufficiētem probationem, vbi id quod petitur agenti prodest, & alii non nocet vel parum, vt not. ff. ad exhi. in l. thesaurus, tene menti. Bal. vide supra in ver. Actor, in 15. quæstio.

Iuramentum minoris repræsentat ipsum esse maiorem non essen tialiter, cū esset quid impossibile, sed iuris præsumptione sic, vide Inn. in c. causam, alias in ca. fi. de iura. calum. fol. 119. Et quid est hoc dicere, vide per Cyn. in l. si quis maior. C. de trāsa. Et hoc quod facit eum maiorē est verum, nisi fraus interuenit, vt no. in l. quid ergo. §. contrarium. ff. de cōtrario iudi. tu. Bal.

Iurans aliquid dare vel facere sine stipulatione, nulla oritur actio ciuilis, vel canonica ex hoc iramento, sed denunciatio potest impetrari, ita no. Inn. in c. nouit, de iudiciis. fo. 80. quod no. Bal. Et sic no. quod iura. non includit pactum, coniuncto c. 1. extra de pact. vide Iac. But. & Bar. in l. 1. C. de ope. libe. & Bald. ibi dem, & Inn. c. cum veniſſet, de insti. 151.

Iurans in animam alicuius debet respondere id, quod domino videtur, non quod sibi ita no. Inn. in c. fi. de iura. calum. fol. 88. & in c. ad hoc, de testi. Et de iuramento præstando in animam alterius, vide 63. dist. c. tibi domino. Bal. vide supra in verbo, cōditio, in 1. & 2. q.

Iurare possunt de calumnia omnes, qui habent administra. à lege, vel à iudice sine speciali mandato, vt no. Inn. in c. Imperatorum, de iura. calum. 88.

Iurare potest de veritate etiam ille, qui non videt, si tamen indubitanter nouit. Fallit in teste, qui dicit vidisse & præsens fuisse in actu, ita no. Inn. in c. fi. de de iur. calu. fol. 88. Ergo pars quæ iurat vera esse, non debet interrogari de causa scientiæ, & si interrogetur, potest dicere scio, quia indubitanter noui. secus in teste, qui debet reddere causam per sensum corporis, & de re ita gesta eo præsente & vidente, vnde dicit text. quod in teste semper requiritur præsentia & memoria, vt ff. de fur. l. quidam tabularum, in fi. & ff. de testa. l. quidam testamento, in fi. & C. de testi. l. testium, in fi. Et hoc dictum dominus meus do. Card. Vabrēsis allegat, quod ad hoc, vt Ecclesia Romana possit mouere arma spiritualia, & temporalia, sufficit, quod habeat iustitiam veritatis indubitanter, licet non habeat iustitiam probationis, quia procedit ecclesia vt pars, cui sufficit veritatis fundamentum. Bal. Item scias, quod si testis diceret se credere, vel videri, non valeret suum testimonium, vt no. ff. de arb. l. diē proferre. §. si plures. quia ista verba magis pertinent ad iudicū, vt cod. tit. l. quid tamen. §. 1. quàm ad affertionem facti. Bal. Item æquè creditur parti in negatiua, sicut in affirmatiua, secus in teste, quia videri factum negatiuum non potest. Et ideo magis creditur affirmantibus, qui dicunt se vidisse, quàm iis, qui dicunt se non vidisse, vt not. per glo. in d. §. si plures & per glo. in c. 1. de præscrip. lib. 6. nisi testis adiciat, nec esse potuisset, quin vidisset, ut not. in l. 1. §. 1. ff. de itin. act. pri. Tunc enim astruit negatiuam per sensum corporis, ut C. de contrahen. & commit. stip. l. optimam. Si autem dicit testis simpliciter non vidi, nihil probat, quia sensum negat, & tanquam ignorans deponit, unde nil probat in negatiua etiam vaga, vel generali test. est suspectus, ut in capit. cum ecclesia, de cau. pos. & proprie. Debet enim esse coarctata, ut possit in ueram notitiam cadere, sed nec omnis sensus sentit negatiuam, sed sensus usus tantū, quia locum uacuum uideo. Sed non ens, non gusto, non tango, nec odoro, nec audio. Per contrarium probatur negatiua, quia non entia non objiciuntur sensibus, nec apparēt sensibus, quia sentire est pati, & absente debet fieri, secundum Aristo. Et si iste libellus non concludit, ista tacita confessio ex contumacia non concludit, quia pro qualitate libelli debet intelligi confessionis effectus, vt no. C. de iuramen. calum. l. fi. §. finantem reus. in gl. per H. Secus in confessione expressa, quæ potest excedere naturam petitionis, secundum Inn. alibi. tene menti ista. Bal. vide infra in verbo, Probatio, in 5. q. & infra in verbo, Procurator, in 13. quæst.

Iuratur iterato de calumnia propter præsumptam malitiam, ita not. Innoc. in c. cum dilecti, de elec. fol. 28. nume. 6. ergo iuramentum calumniæ non excusat ab expen. secundum Host. ibidem. Bald.

Iurans hominiab homine potest absolui, ita no. Inn. in c. cum inter, de renuncia. fol. 39. nu, 1.

Iuramento firmato à iure nil debet addi vel detrahi, quia certos habet fines, ita not. Innoc. in cap. dilect. de maio. & obed. fol. 67. nu. 2.

Iurare quando quis possit in animam aliorum, & quando non, vide Innoc. in c. ad hæc, de testa. 165.

Iurans aliquid dare vel facere alteri, & ille idem iurauit aliquid dare vel facere alteri. Si vnus non seruat iuramentum alteri, nec alter illi, non obseruanti seruare non tenetur ita no. Inno. in c. peruenit, de iureiur. fol. 117. nu. 2. facit quod not. in l. 1. in fi. ff. de lo. pub. fru. & ff. locati. l. quæro. §. inter locatorem, & ff. de iureiur. l. si non fuerit, & de non nume. pecu. l. fi. & de act. emptio. l. Iul. §. offerri. C. de transactio. l. siue apud acta. ff. de rescin. vendi. l. fi. & de pactis. i. 1. & quod ibi no. cum similibus. Ergo si iurasti dare mihi centum, & ego tibi equum, si tu non facis promissa, ego non deiero, si non facio similiter quæ promisi nam defectus causæ excusat, vt in d. ll. Ex prædictis collige casum, quod quis licitè venit contra iuramentum suum, & not. ista. Bald. idem quod dicit Inno. in primo dicto tenet Abb. in c. sicut, de iureiur. qui dicit, quod nō est periurus ille, qui periuro non seruat fidem, ad hoc vide. ff. de contrahen. empt. l. domum, in fi. Bald.

Iuramentum præstitum potest in melius commutari, sicut votū factum, ita no. Inn. in c. debitores, de iureiu. fo. 117. nu. 2.

Iurans parere mandatis alicuius simpliciter potuit cogitari. Si autem iurauit aliquid in specie, tunc in foro animæ statur intentioni iurantis, in foro autem causarum statur interpretationi iuris, ita not. Innoc. in cap. veniens, de iureiur. fol. 117. nu. 1. adde quod no. ff. de reg. iu. in l. non videtur. §. qui iussu, & C. de vsur. quod no. ff. de reg. iu. in l. non videtur. §. qui iussu, & C. de vsur. in l. eos: iuramentum enim licet sit ita præstitum: debet enim intelligi arbitrio boni viri, facit. ff. de ope. lib. l. si libertus ita. Bald.

Iuramentum de obseruandis statutis restringitur ad licita, ita no. Inno. in c. clericus, de iureiur. fol. 119. & C. de vsur. l. eos, in gl. no. Bal. de hoc. in c. 1. de iureiur. lib. 6. & vide in l. non videntur. data. §. qui iussu. ff. de reg. iur.

Iuramentum quod præcipitur à iure præstari super contractu fiendo, vel alijs, intelligitur, quod solenniter præstari debeat tactis manibus sacrosanctis euangelijs, vt in Auth. vt omnes obed. iudici. §. fi. col. 5. ita no. Inno. in c. & si Christus, de iureiu. fol. 118 nu. 3. & no. per Io. And. in ca. vt circa, de ele. lib. 6. Bald. Patet igitur, quod vbicunq; fit mentio in lege vel statutis de iuramēto præstando, intelligitur, quod præstetur solenniter tactis corporaliter sacrosanctis euangeliis.

Iuramentum debet esse veritatis indagatio, ita not. Innocen. in capit. & si Christus, de iureiur. fol. 118. vnde & si pars iurat attendere illud quod ignorat, dicitur subire anceps periurium, vt ff. de in litem iurando. l. videamus. quæ assertio temeraria veritatis in parte est culpa. ff. de actio. emptio. l. Iul. §. 3. in teste

Universidad de Deusto
Biblioteca

autem esset dolus & falsitas, si præcisè affirmatur, secundum Innoc. alibi. item iuramentum debet esse materia liciti & honesti, non rei turpis vel prohibitę. ff. de pac. l. iurisgentium. §. & generaliter. item stylus descriptionis exigitur, & consilium animi. ibidem Inn. & Host. no. Bal.

Iuramentum debet seruari, licet sit in præiudicium rei familiaris, secus quando est in præiudicium animæ, ita no. Inn. in c. quemadmodum, & in cap. cum contingat, de iureiur. folio 118. & 119. nume. 3.

Iuramentum cadens super debito seruandum est, licet sit per vim extortum, ita no. Inn. in c. ad nostram, de iureiur. fol. 118. & est tertium in ordine.

Iuramentum est personale ex parte iurantis, sed est reale ex parte eius, cui præstatur, ita no. Innocen. in capitu. veritatis, de iureiuran. 117

Iuramentum transit ad hæredem recipientis, non ad hæredem iurantis, nec sortitur hęres forum vniuersale ex iuramẽto defuncti, nec censura eccl. siast. potest compelli, vt no. in c. fi. de foro compe. lib. 6. in nouella, per Io. And. licet Abb. dixerit contrarium in c. parochiano, de sepulturis, tamen veritas est, quod iuramentum quantum ad spiritualitatem quæ sibi inest, non transit ad successorem iurantis, sed quantum ad robur contractus bene transit, quia vires & robur à princip. sui assumpsit de præterito, & ex persona hæredis robur non mutatur. Item transit quantum ad probationem, vt in Auctentico de iur. à morié te præstito, col. 5. Bal.

Iurans non appellare, non obstante iuramento adhuc poterit appellare per causam superuenientem, ita dicit Inn. in c. ad hoc, de appel. fol. 131. idem in reductione ibidem.

Iurans non alienare ea, quæ sunt de mensa, intelligitur iurare etiá de postea quæsitis mensæ, ita no. Inno. in c. vt super, de reb. eccle. non alie. fol. 159. idem Host. ibidem. Tamen res consuetæ infeudari non sunt de mensa, secundum Innoc. ibidem, & per eundem in c. ex parte, de feud. & consuetudo in hoc seruanda est, vt ff. de aqua quoti. & æsti. l. 1. §. permittitur. Sed quomodo iuramentum trahitur ad futura? Respondeo, quia est vniuersale, vt ff. de fundo instruc. l. Lucius, & in l. fi. C. quæ res pig. obl. pos. Et no. quod res quæ non deuoluuntur ad episcopatum, sed ad episcopum nomine alieno, i. pauperum, nõ dñr episcoporũ deputari mensæ, sed nomine pauperum vendi dicuntur, & libere pretium pauperib. erogari. Mensa specialis non continetur appellatione pauperum, & in hac alienatione, nulla est necessaria solennitas siue forma, vt in Auct. de ecclesiasticis titulis. §. qui hoc facere, & §. interdictum col. 9. secundum Bart. quod est bene no. & est ratio, quia episcopus facit istam alienationem vt executor, cui non est data aliqua forma, tene menti. Bald. Sed quid si episcopus rem emphyteuticam nõ reuocauit & stetit per annum an iste lapsus anni facit rem esse de mensa. Archi. tenet, quod sic, quia ex quo episcopus percipit fructus nomine mensæ, ipsi mensæ deputasse videtur. Ego nõ credo quod consuetudo rei sic de facili perimatur, sicut nec inducitur. ad hoc ff. communia præd. l. venditor. Bal.

Iurauit quis non vendere vel alienare rem, si de facto alienat, vel vendit, ipsa alienatio tenebit, nõ obst. iuramento, ita tenet Inn. & Io. And. in nouella, in c. dilecto, de præben. quod no. pro principibus, qui aliquando promittunt vasallis alicuius castri eorũ iuramento, quod nunquàm alienando illud castrum exibit de corona regali, & sæpe cõtraueniunt, & alienatio tenet per prædicta, tene menti, vide in c. licet, de iureiur. lib. 6. in gl. & in nouella per Bal. in l. duobus, in fi. ff. de iureiur. adde tamen, quod tenet alienatio si fuit moderatè facta, secus si immoderatè, ut quia per eam læditur dignitas regalis, vt no. ipse idem in c. intellecto, de iureiur. adde similiter primum dictum supra ea. qõ. quod no. in simili de domino, qui iurauit non reuocare procuratorem, qui reuocare potest, licet sit periurus, vt in capit. fina. in gloss. super verbo, Reuocatus, de procura. libro 6. quæ est singularis.

Iurans non accusare aliquem potest denunciare ad correctionem, ita nota Innocent. in capitu. veniens, de accusa. folio 201. numero tertio

Iuramentum defuncti in extremis præstitum afficit hæredem, & facit eum hæredem de foro ecclesiæ, ita tenet Abb. in c. fin. de sepul. Secus si esset iuratum in contractu, nam per hoc non efficitur hæres de foro ecclesiæ, nisi iam cæptum esset iudicium cum defuncto, vt no. Io. And. in c. fi. de foro compe. lib. 6. in nouella, & est ratio, quia iuramentum est personale ex parte iurantis, & per mortem virtus spiritualitatis ei annexæ dissoluitur, vt in c. veritatis, de iureiu. per Inn. fol. 117. Aliæ vero vires iuramenti circa robur contractus non pereunt morte iurantis. Bal. Et facit quod hæres teneatur iuramentum præstitum à testatore in articulo mortis seruare, vt ff. de leg. 2. l. cum pater. §. filius matrem. Bal. uide ff. de leg. 3. in l. cum quis decedens. §. codicillus, & Titia. per Bal.

Iuramentum asthingit testem ad veritatem dicendam, tam super facto, quàm super circumstantiis, vide per Abbatem in c. cum causam, de testi.

Iurauit stare mandatis tuis, non poteris propter hoc iniungere mihi graue & insolitum. ita no. Abb. in c. veniens. de iure u. arg. l. si tulas. §. pen. ff. de contrahen. empt. Bal. vide in l. pe. de arbi. per Guil. & in l. fi. de præto. stipu. per Bar. & in l. si quis in cõscribendo. C. de pac. per Cy. & Bal.

Iurauit non esse contra ecclesiam, licet sic iurauerim, tamen si ipsa est contra me possum me defendere ab ipsa, nec intelligor iuri meo præiudicasse, ita notat Abbas in capitulo petitio, de iureiuran.

Iuramentum fidelitatis extenditur ad futura, ita dicit Abbas in c. clericus, de iureiur. & vide per eum, & vide l. si fi uctus. ff. de vsufru. in glos. ordina. Bald. vide supra in verbo, Appellatio, in 26. quæstio.

Inuestitura, inuestiri potest quis quatuor modiis de terra, & debẽtur mediocres, ita no. Inno. in c. per vestras, de dona. inter vir. & vxo. fol. 199. Possideri autem non potest incerta mensura & locus agri. Aliud ergo est inuestitura. Inn. vide infra in verbo, res, in 2. q. omnino.

Ius commune si deducatur in pactum, nõ est simonia, ita no. Inn. & Host. in c. ad audientiam, de rescrip. f. 5. vide infra in verbo, reus, in 5. q.

Ius alicui non quæritur per sententiam excommunicationis, ita no. Inn. in c. sacro, de sen. excom. fo. 229. nu. 8. vide infra in verbo, renuncians, in 5. q.

Iura spiritualia non sunt diuisa inter episcopum & capitulum, ita no. Inn. in c. cum clerici de verb. sig. fol. 223. vide supra in verbo, electio, in 14. q.

Iura loquentia de stipula. & acquisitionibus seruorum habent locum in contractibus monachorum, ita no. Inno. in capitu. cum olim, il 2. de priuilegiis. folio 219. nume. 4. facit ad materiam l. seruus. C. de pact. quia quæ ibi dicuntur in seruo, idem in monacho.

Iura spiritualia non transeunt in vniuersitate temporalium rerũ, & si sit appositum signum vniuersale, ita no. Inno. in capitulo ex literis, de iurepatro. fol. 181. nume. 1. Bal. Caue per l. quædam. ff. de acqui. rerum domi. & per no. in l. modicis. ff. de contrahen. emptio.

Ius patronatus ecclesiæ transit non solum ad filios, sed etiam ad exttaneos hæredes, quia transit cum vniuersitate, ita notat Innocent. in capitulo 1. de iurepatro. fol. 181. nu. 1. tene menti perpetuo.

Ius patronatus ex sola præsentatione non quæritur, ita no. Innoc. in c. quoniam, de iurepa. fol. 181.

Ius patronatus post fundationem ecclesię non quæritur, ita nota. Inn. in c. 1. de iurepat. fol. eo. num. 1. & vide supra in verbo, castrum, in 1. q. ibi, ius patronatus, &c. vide supra in ver. consuetudo, in 1. q. ibi, oritur ius petendi, &c.

Ius quæritur in beneficiis ecclesiasticis sine possessione, vide per Compo. in c. cum M. de consti. Bal. vide in c. literis, de consuetudine, & dixi in l. traditionibus. C. de pac.

Iura quando sunt contraria statur posteriori, tamen generale nõ derogat speciali a licuius loci, ita no. Inn. in c. 1. de rescrip. folio 4. nume. 4.

Ius impetrandi acquiritur in gratiosis ex sola interpretatione, & tantum operatur in eis interpretatio quantum in contentiosis citatio, secundum Innocen. in capit. constitutus, de rescript. fol. 7. nume. 3.

Ius quando petitur in aliqua re, debent vocari omnes quos tangit res, ita no. Inn. in c. inter quatuor, de maio. & obe. f. 66. nu. 3. & interdum vocantur illi, quos res non tangit per preiudicium, sed per affectum, vt sunt cõsanguinei & amici, quod est in vno casu tantum, s. quando volo procedere contra aliquem absentem vel pupillum, tanquam contra indefensum, nã ista negatiua, quod sit indefensus, aliter non pót apparere, nisi per istam discussionem, & imaginationẽ, ut l. ergo. ff. qui. ex cau. ma. Porro hi, qui præiudicio contingunt, sunt citandi, nisi in illis casibus in quibus res iudicata, seu inter alios acta non præiudicat secundum Inno. & no. ff. de mino. l. de ætate, & ff. ex qui. cau. ma. l. si miles. §. 1. & C. si propter publicam pensi. l. si de certa, in fi. Regulariter non sunt citandi illi, qui non habent ius in processu. Bal.

Iure, idest secundum ius, quod secundum consuetudinem fit, dicit Inno. in c. cum venissent, de co, qui mit. in pos. cau. rei seruan. fol. 100. nume. 1.

Ius

Ius statim est quæsitum in beneficialibus ex permutatione, secus in rebus corporalibus, ita no. Inn. in ca. inter cætera, de præben. fol. 147. nu. 3.

Ius an quæratur alicui ex inuestitura, vide per Inn. in ca. ex ore, de his quæ fiunt à maio. par. capituli. fol. 158. per Dy. in c. 1. de reg. iur. lib. 6. Bal.

Ius non potest acquiri in beneficijs ex præscriptione, ita no. Abb. in c. ex parte, de testibus.

L

LAicus debet postulari ad canonicatum, non eligi, ita no. Inn. in cap. fi. de obl. ad ratiocina. fol. 48. nu. 2. &c.

Laicus tempore inchoati processus & delicti, si postea efficiatur clericus vel monachus non mutat forum, vt l. si quis postea. ff. de iud. & l. cum quędam puella. ff. de iurisdi. om. iudi. Nã pœna alteratur, vbi in pœnis inspicitur tempus delicti. Sed vbi inspicitur tempus sententiæ, tunc secus, quia secundum illud tempus moderatur condemnatio, licet secundum aliud tempus accusatio sit formata, vt ff. si ex noxa. causa agatur, l. penul. & de pœnis. l. 1. & ff. de neg. gest. l. Pompo. il 2. Si vero sit clericus ante inchoatum processum, idẽ quo ad pœnam, si in fraudem recipit clericatum, secundum Dyn. Sed quare sicut bona alienare potest sic, vt ita dixerim, nõ & personam, vt ff. de dona. & l. post contractum. de in integ. restitu. l. absentem. Non enim est persona, aut res litigiosa? Respondeo, quod noxa sicut lepra sequitur caput, vt not. in Auct. de mona. in prin. col. 1. & ff. de capi. di. l. 2. nemo, & ff. de postul. l. ex ea. Vel dic, quod licet clericus in ante gesto teneatur inspecto initio tantum, iudex secularis non potest in eo sequi sententiam corporalem, quia non potest mittere falcem in alienam messem, argu. ff. de bo. aucto. iudi. pos. l. cum vnus. §. is qui, & ff. si serui. vendi. l. sicuti. §. Aristo. & in Auct. de sanct. epis. §. si vero, column. 8. vbi dicitur, quod primo degradari debet, & postea tradi ad pœnam iudicis secularis, Sed an post capturam clericatum accipiens dicatur esse præuentus. dic, quod sic, quia captura non est citatio, sed custodia, vt in capit. vt famæ, de sentent. excommunic. Vt quando iudex secularis capit clericum in scelere, seu in delicto comprehensus, tangitur ista materia in capit. 1. de obli. ad ratiocina. & melius per Ioan. Andr. ibidem, quem omnino vide, & per Barto. in dict. l. 1. ff. de pœnis. Bald. item scias, quod mutatio duplex, scilicet fori, & pœnæ, & neutra fit si erat præuentus, sed si non erat præuentus, fit mutatio iud. non pœnæ, nisi quando non cadit in iudice talis qualitas pœnæ: tunc enim primo degradari debet, postea remitti puniendus veteri pœna, & facit ff. ad municip. l. incola & quod ibi no. Bal.

Laicus tenens clericum in carcere, seu asserentem se clericum, an laicus teneatur eum dimittere, & quando, vide Inn. in c. contingit, de sen. excom. fol. 228. nu. 2. & vide supra in verbo, Iudex, in 88. q. vbi latè.

Laici interdicti promoueri non possunt, ita no. Inn. in c. non est, de sponsalibus. fol. 190.

Laici pro rebus ecclesiasticis possunt conueniri coram iudice ecclesiast. ita not. Innocent. in capitul. si clericus, de foro competen. 82.

Laicus non accusat clericum, seu presbyt. etiam de fornicatione, ita no. Inn. in c. ex parte, de testi. fol. 105. nu. 1.

Laicus etiam de spiritualibus tenetur respondere Papæ, ita not. Innocen. in capitu. dilectus, il 2. de præben. folio 151. vide supra in verbo, Clericus, in 22. quæstio. & etiam in 30. quæstione.

Latitare dicitur omnis, qui non obedit vocationi iudicis, cum scire præsumatur, ita no. Inn. in c. dilecto, de verbo. signific. fol. 235.

Laudum arbitratorum non emologatur tacitè lapsu temporis, ita not. Innocent. in cap. Quintaual. de iureiuran. folio. 118. numero 4. Ratio est, quia magis accedit contractui, quàm sententiæ, vt in Auct. vt diffe. iudic. §. 1. col. 8. Item si arbitrator non procedit vt iudex, ergo non habet citare partem ad essentiam laudi, secundum not. per Innocen. in capit. dudum, de præstiump. folio. 116. Sed ad fui instructionem si ei non liquet de causa, requirit absentem, & si absens non comparet, videtur impedire ne arbitretur, vt ff. de verbor. obligatio. l. si quis arbitratu. Item quare citat, vbi requiritur exploratio voluntatis, vt ff. de ædii. edic. l. quod si nolit, & de in diem adiect. l. si necessario, & de leg. 2. l. quod tamen, quod tene menti. Adde quod not. per gloss. ff. de arbit. l. si de meis. §. decepisse, per Dyn. & ff. de furtis. l. si dominium, per glo. & de iudi. l. 1. & vide quod dixi ff. de condi. indebi. il. si procurator. Bald. vide supra in verbo, Arbiter, in 7. q.

Legatarius admittitur in testem, in causa testamenti, quia necessario non sequitur, valet testamentum, ergo & legatum, ita not. Inn. in c. quoniam, de testibus. fol. 105. nu. 2.

Legatum, vide infra in verbo, Testator, in 1. & 3 q. & infra in verbo, Prælatus, in 2. q.

Legatus quid possit reseruare suæ collationi, vide Inn. in c. cum dilectus, de iurepa. fol. 182. nu. 2. & vide quod no. ff. de testa. mili. l. si certarum, in fi. Bald. vide supra in verbo, emanans, in 1. q. & supra in ver. Ciuitas, in 5. q.

Legatus an possit facere statuta contra ius cõmune. dic quod sic, nisi in reseruatis vel prohibitis statui, ita not. Inn. in c. vt singulæ, de offi. Archipresbyteri. 51.

Legati in prouincia sibi commissa possunt facere constitutiones generales in his, quæ pertinent ad suam iurisdictionem, ita not. Innocen. in capit. nemini, de officio lega. folio. 62. idem tenet Abbas in capit. 1. de loca. & sic facere statuta, procedit per eundem, per quem procedit iurisdict. & eandem metam habet statuere & iudicare, secundum Innocent. siue quis habeat iurisdictionem altam siue superiorem, siue bassam, idest inferiorem, & potest facere statu. in spectantibus ad suam iurisdictionem. Non tamen potest facere statu. ne à sua iurisdictione possit appellari, quia soli Principi licet apponere clausulam omni appellatione remota, vt in capitul. venientes, de iureiurand. quia scilicet an appella. sit recipienda necne, non pertinet ad suam iurisdictionem, sed ad iurisd. superiorum. Nunquid ergo valeat statutum, quod faciunt isti in prouincijs quibusdam, scilicet quod ab interlocutoria non possit appellari. videtur, quod sic, si appellatur ab inferiore ad episcopum legatum. secus si ad Papam, qui non potest diuertere à molendino domini Papæ, potest tamen retinere hunc modum, quod faciat iudices tres. primum, primæ causæ. secũdum, primæ appellationis. tertium, secundæ appellationis: & sic non poterit appellari extra prouinciam, quia non est licitum tertio prouocare, & hoc est iuris communis, non vi statuti, secundum Barto. in l. omnes populi. ff. de iusti. & iu. Qui non dicit verum, quia quo ad Papam potest appellari omissis gradibus. Si autem facit constitutionem non negatiuam, sed affirmatiuam, puta quod ab interlocutoria liceat appellari una uice, valet constitutio, quia auget ius superioris, non autem minuit secundum quosdam. Sed uidetur, quod non possit sine speciali commissione statuere id, cuius contrarium statuit dominus, vt ff. man. l. si hominem. Sed quid si statuit, ut procedatur summariè & de plano? uidetur valere quia non tangit ius superioris, sed ordinem iudiciorum. in contrarium allegatur ff. de offi. procon. & leg. l. nec quicquam, & no. Spec. in titul. de leg. §. superest, uersic. sed nunquid, & in cap. fin. de hæreti. libr. 6. & de uerbo. signific. cap. sæpe, in clem. in gloss. 3. Sed quid si statuit, quod minor restituatur, uidetur quod non ualet, ut ff. de mino. l. 3. in princip. At contra, ff. quod quisque iuris. l. 1. §. 1. & plenè uide in c. fi. de appel. lib. 6. in nouella. Bal.

Legatus facta unius prouinciæ existens in alia explicat sibi decreta, ita no. Inn. in c. nouit, de offi. leg. 62.

Legatus nullam habet potestatem auferendi iura unius ecclesiæ, & dare alteri, ita not. Innocen. in capitu. fin. de confir. util. uel inutil. 142.

Legitima potest diminui prætextu consuetudinis, ita not. Abbas in cap. Raynutius, de testamentis. imo est ibi casus de hoc melior qui sit in iure, ibi dum dicit secundum Tuscanensem consuetudinem ciuitatis, &c. uide Cyn. in l. sancimus. C. de nup. Bald. uide Io. And. in ca. multum, de reg. iu. lib. 6. qui allegat ad idem d. c. Raynutius.

Legitimatus & restitutus famæ ab Imperatore est habilis ad honores ciuiles, non ecclesiasticos, ita not. Inn. in c. per uenerabilem, qui filii sint legitimi. fol. 198. nu. 3. legitimatus à Papa non uidetur legitimatus ad succedendum, nisi in terris ecclesiæ, ita dicit Inn. in d. c. per uenerabilem.

Legitimatio summi Ponti. quid operatur, uide Inn. ibidem.

Legitimatio sobolis non firmat electionem illegitimè electi, alias nati, quia non purgatur ultium eligentium, quia non trahitur retro, ita no. Host. in c. innotuit, de electio.

Legitimatio personæ procuratoris non facit eum irreuocabilem ante lit. contesta. ita not. Innoc. in capitulis, de elec. fol. 28. num. 4.

Legitimè uidetur factum in dubio, quod factum est, ita not. Inn. in cap. fi. de libelli obla. fol. 85. & ibi uide de natura istius uerbi, legitimè.

Legitimè nihil potest fieri, si forma non seruatur, ita no. Host. in c. cum dilecta, de rescriptis.

Lex

Universidad de Deusto Biblioteca

Lex licet sit abrogata, tamē ratio semper remanet legis, quā semper licitum est allegare, ita no. Inn. in c. nouit, de iudi. fol. 81. nume. 6. & uide l. pen. in prin. C. de lat. lib. tollen. Inn. uide supra in uerbo citatio, in 28. q. circa medium ibi quod si lex assignet tempus, &c. Bal. vide in c. auctoritate Martini, de præb. lib. 6. & Bar. in l. fi. ff. de falsis.

Lex petendæ. C. de temp. in integ. restitu. habet locum, vbi terminus præfigitur non iudici, ita notat Innocen. in capitulo, de causis, de offic. deleg. folio 52 nume. 5. ff. de mino. l. intra utile, no. C. de adul. l. fina. & ff. de excu. tut. l. si cum ipse, & in l. scire oportet. §. consequens, & per Dyn. in §. rursus, inst. de act. & l. arbitrio. §. penult. ff. de dolo. Bald. vide infra in verbo, statuimus, in 6. quæst.

Lex prima §. solent. ff. quando appel. sit, intelligitur quando præsens sedebat in ordine non iudicans, sed consulens, vel quando sedit iudicans sed contradixit, & ideo potest cognoscere de appellatione, quia cognoscit diuerso iure, ita no. Inn. in c. irrefragabili, de offi. ordi. fol. 64. nu. 2.

Lex de vsu aquæ. ff. de variis & extraordin. crimin. qualiter intelligatur, vide Innocen. in capitu. 2. de offic. iudicis. folio 66. numero 2.

Lex penult. ff. de aqua quotidia. & æsti. vide Innocen. in capitulo cum venissent, in fine de in integrum restitutio. folio 74. numero sexto.

Lex si de meis. ff. de arbi. vide Inn. in c. per tuas, de arbi. fo. 78. nu. 3. ibi ponit, &c.

Legis intellectum sufficit habere, licet nō habemus intellectum facti, ita no. Inn. in c. ecclesia, ut li. penden. 101

Lex si quis in tantam. C. vnde vi. an habeat locum in causis ecclesiasticis, vide Innocen. in capitu. ad nostram, de iureiuran. folio 117.

Lex vtique. ff. de re. vendi. qualiter practicetur in sententia formanda & cæteris capitulis illius l. vide Innocen. in capitu. 1. de re iudica. 125

Lex petendæ. C. de temp. in integ. resti. & l. diffamari. C. de inge. manumis. quomodo debent intelligi, vide Inno. in c. super eo, de appella. folio 132. & ibidem vide per Innocent. de coarctatione dilationum, & vide supra hoc eodem ver. in secunda questio.

Lex viua quando aliquid prohibet, debet idem operari, ac si lex mortua prohiberet, ita notat Innocent. in capitulo finali de accusa. 205

Leges ciuiles an sint seruandæ in foro ecclesiastico, seu canonico, vide per Innocen. in c. 1. de no. ope. nunc. fol. 218. & etiam per Ioan. And. ibidem in nouella, & in c. quod clericis, de foro compe. Dic quod si loquimur in sententia, tunc inter laicos est seruanda in foro episcopi, si patitur iurisdictio iudicantis, in c. fina. de excep. lib. 6. Si loquimur in statuto. Aut statu. est contrarium canoni: & tunc episcopus debet seruare canones, non statu. vt in c. ecclesia, de consti. & in ca. cum causam, de re iudi. Aut non est contrarium, sed supplet, vel distinguit ius canonicum, & tunc seruandum est statu. arg. notatorum in l. 1. de consti. Principum. Aut statu. est præter ius canonicum, & disponit de casu alias non deciso, & tunc seruandum est, ut ff. de legi. l. de quibus, & ideo consuetudines feudorum seruantur in foro episcoporum sicut pacta, vt ff de legi. l. sed & ea. Et non solū consuetudo est seruanda, sed simile consuetudinis & statuti, no. ibi, & l. non possunt, & in l. sed & posteriores, eodem titulo nam quando lex fit super casu non deciso, semper tacitè agi videtur, ut de similibus ad similia porrigatur, vel procedatur, quod est nota. Bald. Adde ad istam materiam, quod nota glos. in capitu. malæ fidei, de regu. iuri libro 6. Bald. vide Bartol. in l. si vero. §. de uiro. ff. solu. matrimo. & nota bene hoc in eo, quod dicit semper, & an hoc procedat in pœnalibus, dic ut in cap. 1. §. sed quia natura, in tit. quæ sit prima causa ben. amit. & ibi dixi.

Lex si dicit, quod hæreticus in articulo mortis non posset reconciliari, esset inhumana & contra voluntatem Dei, ita notat Innocent. in capitulo à nobis, de sententia excommuni. fol. 226. numero 2.

Lex, de intellectu l. Barbarius. ff. de offi. præsi. vide omnino Inn. in c. cum dilecta, de rescri. fo. 9. nu. 1. vbi ponit no. intellectum illius legis.

Libertates deducendæ sunt ad temperantiā, ita no. Inn. in c. quanto, de censi. fol. 184.

Libertas, vide infra in verbo, Rex, in 3. q.

Libellus est triplex, quidam est supplicationis, & est ille, qui offertur iudici à quo tantum, deinde præsentatur iudici recognituro de causa, deinde parti, contra quam. Quidam dicitur conuētionalis. & iste primo offertur iudici, deinde parti. Alius dicitur citatorius, qui offertur parti tantum. in primo non requiritur expressio rei vel causa, ut l. prætor. ff. de iurisdi. omn. iudi. in secundo requiritur expressio rei & causæ proximæ & remotæ. in tertio non requiritur expressio causæ, ut C. si manc. ita fue. alie. l. ea quidem. in glo. Hoc quantum ad libellum, quia debet, & potest procedi. Sed est libellus ex quo potest, sed non debet procedi, quando exprimitur causa proxima tantum, scilicet oblatio informis, tamen valet ad interruptionem. Est tertius libellus, ex quo non debet, nec pōt procedi, quia non concludit iudici, neque parti: iste est difformis, & sic est triplex libellus, s. ex quo procedi potest, & debet. Ex quo potest, & non debet. ex quo non potest, nec debet. Alius est enim libellus informis alius difformis, sicut in iuramento dicimus. Et sic erit triplex libellus, Formis, Informis, & Difformis, ita no. Inn. in rubri. de libel. obla. 84

Libellus, in quo iniusta causa petitur, non debet recipi, ita no. Inno. in c. inter dilectos, de dona. fol. 163. nu. 2. & no. ff. de excep. do. l. 2. §. circa. Bal.

Libellum ineptum si iudex admisit, & super eo est probatum, non valet probatio, ita no. Specu. in tit. de offi. iudi. §. de seruis. ver. quid si libellus, & no. in c. examinata, de iudi. per Io. And. Inn. Si vero libellus est aptus sed processus ineptus, adhuc non valet probatio, nisi per confessionem, in c. Pisanis, de resti. spol. secundum Io. Cald. & ff. de iureiuran. l. si patronus libertam, per Guil. de accusa. Si delegatus pronunciat super ineptitudine libelli, non desinit esse iudex, quia est interlocutoria, uer. quid si proprio, G.

Libellus propriè non dicitur querela, cui petitio non inseritur, ita nota Innocent. in capitulo, in nostra, de sepul. folio 169. in princip.

Libellus qualiter debeat concipi in petitione quartæ episcopalis, vide Inn. in c. certificari, de sepultu. fol. 168. nu. 1. Adde quod quarta episcopalis non debetur, nisi ab ecclesiis subditis, sed parochialis debetur etiam ab exemp. quia ista non debetur ratione superioritatis, sed ratione iniuriæ, ideo quia sepeliuntur apud parochiam, secundum Ioan. And. in c. cum ex officiis, de testamentis. Bal.

Libellus qualiter formetur quando socius agit contra socium ratione societatis, vide Inn. in c. inter dilectos, de excessib. prælatorum. fol. 217. nu. 7.

Libellus quando formatur simpliciter, & tunc nomine proprio intelligitur formatus, nisi esset persona ecclesiastica, quia tunc nomine ecclesiæ intelligitur formatus, ita no. Inn. in c. olim, de resti. spol. fol. 97. nu. 2.

Libellus requiritur in causa inquisitionis & denuncia. ita nota Innocen. in capitu. 1. de libel. obli. fol. 84. nume. 3. uide infra in versi. Sententia, in 16. quæstio. & infra in ver. Renuncians, in 14. quæstio.

Libello non procedente potest fieri missio ex primo decreto, & executio sententiæ, ibidem Inn. & uide supra in verbo, Actor, in 1. & 3. quæstio.

Libellus quando possit mutari uel emendari, & quando non, vide Inn. in d. c. 1. de libel. obl. fol. 84. nume. 6. post li. cōte. Item in causa appellationis non potest quis emendare uitium petitionis in libello positum, sed uitium exceptionis bene potest emendare, vel vitium positionis, ut C. de tempo. appel. l. per hanc, & no. C. de appel. Nec obst. quod appel. pendente nihil debeat innouari, quia verum est in innouatione executionis, secus est in innouatione probationis vel delegationis, ut l. fi. C. de errore aduoca. tene menti. Bal. Item scias, quod in l. in delic. §. si detracta. ff. de noxa. fuit generaliter actum ibidem. nā qui declarat libellum non dicitur mutare vel emēdare, & ideo hoc potest fieri in quacunque parte litis, exponendo quod dixi, nō perimendo. ff. de rei vendi. l. Pompo. scribit, si frumentum. §. 1. & in c. cum dilectus, de accusa. Sed secundum est falsū, quia ille §. si detracta, loquitur in libello speciali, nam eo ipso, quod nō exprimitur qualitas, videt simpliciter agi, nec potest postea addi qualitas post litem contestatam, quia non intentat per libellum, secundum commune dictum aduocatorum. Doct. nostri dicunt, quod quando in libello adiicitur qualitas, aut super ea fundatur intentio actoris, & est de substantia, & tunc post li. conte. non potest detrahi, quia alia vi est electa, exemplum in l. 1. § diuus. ff. de sica. & ff. de instito. l. habebat, & arg. l. si mulier, in fi. ff. quod met. cau, in ratione sui. Aut ex ea pendet beneficium conuenti, & non obligatio agentis, & tunc potest addi & detrahi, ut d. §. si detracta, quia obli. principalis, secundum Legistas, non mutatur, tene menti ista. Bal.

Libellus generalis admittitur, & tunc valet etiam sententia generalis, tamen debet esse clarior, quàm libellus, ita no. Inn. in c. 2. de libelli oblatione. 85

In Li-

In Libello sufficit accessoriè petere fructus perceptos & percipiendos sine alia expressione quantitatis, ita not. Inn. in ca. 2. de libelli oblatione. fol. eod. & ff. de arbit. l. quid tamen. §. penult. Bald.

In Libello sufficit dicere, peto decem, quæ mutuaui, licet nō adijciam te mihi soluisse, vel solenniter in contractū esse, vel pecuniam in vtilitatem esse conuersam, ita not. Inn. in ca. fi. de libel. obla. fol. eod. &c.

Libellus licet non sit recipiendus sine causa, tamen si recipiatur & respondeatur ab aduersario bene tenet processus, ita nota. Inno. in d. ca. fi. de libel. obla. fol. eod. vide supra in hoc eodem ver. in 3. q.

Libellus non requiritur, vbi non agitur contra specialem personam, nisi quando contradictor petit, ita not. Inn. in ca. 1. de lib. obla. fol. eo. nu. 4.

Libellus etiam sine conclusione procedit coram Papa, & fortè etiam coram alio, si conclusio sit vniformis, & ex verbis colligi possit, arg. ff. de auct. tuto. l. penulti. & no. quæstio. 4. quia præsulatus. facit. ff. de libe. & posthu. l. Gallus. §. quidam rectè. Si vero possint diuersæ conclusiones elici, non procedit libellus per conclusionem non declaratus. Si autem libellus habet cōclusionem, licet non sit per circunstantias declaratus, procedit, vt ff. de pœnis. l. si præses, & not. Innoc. in cap. 1. de li. contest. fol. 85. nu. 3.

Libellus debet continere talem causam quæ probata sufficit, idest, quæ necessario inferat, ita not. Innocen. in capit. 1. de lit. contestat. fol. eod. & not. in l. 2. §. circa. ff. de exceptio. doli. vel saltim inferat præsumptiuè, vt l. omnes. §. Lucius. ff. quæ in frau. credi. & argu. not. in l. penult. ver. sed quæ ratio. C. de peri. tut. Bald.

Libellus ineptus non solum reijcitur, sed etiam veritati contrarius notoriè, ita not. Innoc. & Host. in cap. 2. de offic. vica. fol. 51. nec debet poni in actis, quia iudex verbo, & facto potest eum lacerare, vt l. 1. & ibi glo. ff. de offic. assesso. & in l. fi. C. de ordi. cog. & not. in l. qui cum maior. §. si patris. ff. de bo. lib. Sed quæro, libellus ineptus fuit oblatus in iudicio contra aliquem, vel fuit generalis, vel obscurus, ille contra quem fuit oblatus, fuit litem contestatus super illo libello inepto generali vel obscuro nihil opponens. Postea iste videt, quod libellus est ineptus, seu obscurus, opponit contra libellum, dicitur ab actore, quod illa exceptio non erat admittenda, quia erat exceptio dilatoria, & sic debuit ante litem cōtest. opponi, vt l. 2. & l. exceptionem. C. de proba. Certum est enim, quod est licitum arguere de ciuilibus ad criminalia, vt l. absentem. ff. de pœni. Sed nos videmus, quod si libellus ineptus generalis vel obscurus offertur, debet excipi ante litem contestatam, & tunc debet nomen rei in libello aboleri. vt l. libellorum, ver. item quid si accusator. ff. de accusa. item ista videtur except. facti, non iuris, quia obijcere, quod libellus, seu eius intentio non valet, vt dicit. l. 1. ff. si mensor, fal. mo. dixerit, ibi, nec intentionem, &c. vnde cum infra tempus non fuerit opposita, silentio perdidit causam, vt extra de except. ca. pastoralis. C. qui accusa. non pos. l. si ca. nec reperio iure cautum, quod exceptio non oppositi libelli sit peremptoria, quia peremptoria habet se circa negocium principale & hoc sonant verba, quia perimit. Dilatoria differt iudicium cum à capite libellus possit restaurari, facit quod nota. in c. Raynaldus, de testa. Dic plenè per Io. And. in c. examinata, de iudi. in nouella. De incertitudine libelli, dico, quod nō vitiat ipsum, si non opponitur, vt C. de annali except. l. fi. nam acta ordinaria li. non vitiantur propter incertitudinem, secus in probatorijs & decisoriis, vt ff. depositi. l. 1 §. si quis argentum, in glo. not. de rei vendi. l. idem Pompo. scribit si frumentum. §. fin. vera autem ineptitudo potest semper opponi ante sententiam, vt in d. capit. examinata. Hoc verum si peccat in iure, secus si peccat in facto, vt d. l. fi. de annali except. Item vbi libellus non continet causam potest quandocunque emendari per modum probationis. Si autem continet causam insufficientē, non potest emendari, nisi ante litem contestat. vt l. edita. C. de edendo, & l. 2. §. circa. de except. doli. Sed argu. contra, ff. de appel. l. scio. Sed illud in causa appellationis, vbi vera causa apparet ex actis primis. Sed quid si reus est litem contestatus super libel. ambiguo, & fecit hoc ideo, vt sententia esset generalis, sed actor cum sibi deficiant probationes, vult restringere libellum, declarando suam intentionem ad hoc, vt sententia sibi non officiat in aliis, sed reus contradicit, per authen. qui semel. C. quomodo, & quando iudex, & quia in fauorem rei est inductum, quod possit procedi super ambiguo libello, si reus vult, quid iuris hoc casu? gloss. in allegat. l. fina. de annali exceptio. arguit pro, & contra. Sed contra actorem multum facit. ff. de arbitr. l. de rebus. Sed pro eo actore facit. ff. de rei vendicat. l. idem Pompo. scribit. §. si. & argum. ff. de verbo. obligatio. l. inter stipul. §. 1. quod videtur verius. Ad hoc. ff. de verbo. oblig. l. quicquid astringendæ. Sed quid erit si iudex vult incertum libellum repellere, reus contradicit? videtur quod reus nō admittatur, quia libellus incertus præsertim vbi causa non est, non concludit, quia conclusio non sequitur ex præmissis. Contrarium dicas, quia iniuriam facit iudex tam actori, quam reo, vt not. in d. l. fina. de annali exceptio. Ex his colligitur illa propositio famosa, quam dicit Iaco. Butr. in d. l. edita. C. de edendo, scilicet, quod libellus generalis concludit iudici, nō parti opponenti. Aliud autem in libello inepto præcisè, vt quando ius non conuenit facto, vt C. vt nem. priu. l. 1. & de formulis. l. 2. Puta si laicus petat ecclesiam in proprietatem, licet sit patronus, quia in laicis ius proprietatis non cadit, vt in c. examinata, de iudi. Sicut nec Iudæus mancipium Christianum, &c. vt l. vir bonus. iudic. sol. nam iste libellus est contra ius constitutionis. Sed libellus incertus est potius contra ius partis, & hoc verum, vbi actio proponitur, secus si officium iudicis, quia tunc etiam partibus inuitis iudex ex officio potest repellere petitionem indiscretam, vt C. de præd. curiali. l. 1. lib. 10. & ff. de transact. l. cum hi. §. in causa. Tene ista menti perpetuo. Bal.

Libellus non est necessarius in causa appellationis, quia sine libello potest iudicari ex præmissis actis, ita not. Innoc. in c. coram, de offi. deleg. 59.

Libellus generalis includit ea, quæ sunt iuris communis, non ea quæ sunt consuetudinis: vel dic, quod libellus non indiget specificatione in his, quæ includuntur de iure communi, sed in his quæ non includuntur de iure communi eget specifica expressione, ita not. Innoc. in capit. conquerente, de offic. ordi. fol. 65. nume. 3.

Libellus quomodo formatur quando petitur cassari electum vel electio, vide Innoc. in c. cum venissent, de in integr. restit. fol. 74. nume. 2.

Libellus supplicatorius debet offerri referendariis sacri Palatii, ita not. Innocen. in capit. ex literis, de in integr. restitutio. fol. 75. nume. 1.

L bellus iste dico quod tali tempore & loco me spoliasti tali re, vnde iustitiam mihi fieri peto. bene valet de generali iustitia, ita not. 1. quæst. 4. quia præsula, ita no. Innoc. & Host. in cap. 2. de ordi. cog. fol. 90. nec coarctat iudex vigorem, quin etiam iniusta sententia valeat, nisi appellatur, sed iustificat libellū contra ineptitudinem petitionis, idest conclusionis, & concludit iste libellus generalis iudici, item parti nisi petat declarari, vt ff. de rei vendica. l. si in rem, in fi. scilicet quando narrata possunt recipere diuersas conclusiones, sed quando habent vnicā tantum & vniformem conclusionem, tunc conclusio est specialis & certa. Reo quoque sic petere sufficit, vt not. ff. de in ius vocan. l. libertus à patrono. quod videtur reus facere eo ipso, quod excipit vel negat, vt l. amplius. ff. rem ratam habe. & ff. de procura. l. non solum. §. si status. & ideo quando contradictio rei sapit vim turbationis actoris, nō est necesse aliter probare de turbatione, argum. ff. de acquir. rer. domi. l. Pompo. in fi. Item potest quis eandem petitionem ex pluribus causis iustificare, vt ff. de administra. tuto. l. Aemilius, & de excus. tuto. l. qui testamento. & de contrahen. emptio. l. si mater tua. & l. sicut exceptionem. §. si plures, de excusatio. tuto. tene menti. Bald. Idem dicit Innocen. quod si libellus generalis recipitur, processus valebit. Sed si in eo plures includantur condemnationes, secundum illam, quæ maiorem condemnationem requirit, fiet condemnatio, nisi ex qualitate probationum, vel ex prosecutione actorum aliud inducatur, ita not. ipse in cap. cum dilect. de ordi. cogn. folio eodem, quod nota. Ex hoc not. quod procedit iste libellus, peto talem condemnari, secundum formam iuris, & statutorum, scilicet si non petatur declarari alia lege, vt ff. de accusa. l. senatus. in quo libello dic quod aut per statutum derogatur iuri ciuili, vt quia dicit statutum, quod non possit, nisi pœna statuti imponi. & tunc solum statut. videtur esse acceptatum, quia ex via videtur electa, quæ possibilis est, vt l. 3. ff. de testament. milita. Aut non derogatur, & tunc aut statu. cumulat pœnam, & tunc vtraque via videtur esse electa, vt l. qui sepul. de sepul. viola. Aut non, & tunc via simplicior & leuior per iudicem est tenenda, si acta patiuntur, vt ff. de pœnis. l. si præses. Actor non potest addere, cui vult, dummodo probet, & tunc iudex sequi debet viam probationum, secundum Inn. & hoc in pœna imponēda, sed in ordine iudicij debet procedere tantum secundum statutum suum, quod bene not. Bald.

Libellus non continens originem petitionis dicitur generalis & in formis, tamen tenet super eo informis sententia, & pariet exceptio-

Universidad de Deusto Biblioteca

exceptionem rei iudica. in omnibus, ita not. Innoc. & Hoſt. in cap.ſuper, de ordi.cog.folio eodem. Sed iſte libellus non debuit recipi, vt C.de eden,l.fina.& l. fina.C. de annali exceptio. & argum.ff. de verbo. obligatio.l. triticum. libellus informis nulla probatione valet, vt nota.ff. depoſiti.l. 1.§.ſi quis argentum. fallit in probatione confeſsionis, vt ff. de iureiuran. l.ſi duo.§.ſi quis. Et nota. quod libellus indefinitus æquipollet generali, ſecundum Innocen. Poteſt tamen indiſcreta petitio poſita in libello declarari in proceſſu & tunc medium arctat extrema, niſi malignè factum ſit, vt ff.de arbit.l.de rebus, quod not.Bald.

Libellus incertus procedit ſuper pertinentijs, quia petuntur acceſſoriè, & nomine pertinentiarum caſtri, intelligitur territorium eius, ita not.Innocen.in cap.cum ad ſedem, de reſti ſpol. fol.97. nume. 2. & 4. & petito caſtro tacitè intelligitur petitum eius territorium, vt ff.de offic. præfec. vrb.l.1.§. cum vrbem. Bald.

Libellus an ſit dirigendus contra eum quem dico vaſallum meum eſſe vel diſtrictualem, an contra eum qui poſsidet obedientiã in eo, an contra vtrunque? Dic quod contra vtrunque, vt vtrique præiudicet, quia vterque eſt æquè principalis, nam poſſidentis intereſt non perdere, & poſſeſsi intereſt dominium nõ mutare, ita no.Inn.in c.ad audientiam, de reſcrip.fol.5.nu. 2.& no.in l.inuictus.ff. de fideicom. liber.ff. de rei vendi.l.1.§. per per hanc.quod not. Bal.

De Libello disiunctiuo, vide per Innoc.in ca. Abb. de re iud. fol. 130. nu.1.

Libellus ſi recipiatur, & in eo non apparet de intereſſe actorum, quod ſententia debet reſtringi ad intereſſe actorum, ſi poteſt fieri, alias debet ferri ſecundum probata, ita no. Inn. in ca.inter Monaſterium, de re iudi.fol.129.nu.

Libellus ſubiectionis formatur contra clericos rebellantes ita not. Innocen. in capit. cum inter, de re iudica. folio 126. numero 2.

Libellus eſt neceſſarius ſuper his, quæ ante lit. conteſta. contingunt, ita not.Innoc.in capit. ſignificante, de appellatio. folio. 139.nu.1.

Libellus qualiter debet formari in cauſa appellationis, vide per Innocen. in capitul. dilectis, de appellatio.fol.136.& videtur caſus notabilis in l. Atheius, in fi.cum l.ſequen.ff. de aqua plu. arcend.

Libellus re perempta procedit etiam ſi res petatur in actione ex teſtamento, vt per Bald.in l.filiofamil.res.ff. de donatio.cauſa mortis.

Libello eodem poteſt peti res, & pœna, licet tempore petitionis nondum ſit commiſſa, vt extra de teſt.ca.Raynaldus, in princ. per Doc.& do.Pet.

Liberatio tanquam quid fauorabile poteſt fieri etiam abſente parte aduerſa, ita not.Innoc.in capit.veniens. de renunc. fol. 41. & per eundem in cap.fidem, de pact. per glo. in l.1.C. de pact. & in l.non ſolum.§.ſi libertatis.ff.de liber.lega. Confeſsio vero ad obligandum & pactum requirit præſentiam aduerſarij, vt ff. de pact.l. idem in duobus.ff. de confeſsis.l. certum.§. ſi quis vero, & ff.de actio.& obligatio.l. conſenſu, & C. de do.l. non ambigitur, & C. de ſacroſanc. eccle.l. illud, & de contrahen.emptio.l.1.in fi. Nam vbicunque requiritur, ibi oportet, quod conſenſu amborum actus producatur, facit quod not.ff. de negot.geſt.l.fina.in fin.& qui renunciat liti, videtur renunciare iuri, ſecus ſi dicat renuncio inſtantiæ, vt C. de præſcrip. long.temporis, l.1. & not.C. de pact.l.poſtquam liti. Et vide Innocen.in capit.ex tenore, de renuncia.Bald. vide Bartol.in athletæ.§. dat remiſsionem.ff. de excuſat. tuto. & in d.§. ſi liberationis.

Liberato principali per remiſsionem ſibi factam, videtur etiam liberatus conſiliarius, & quilibet accuſatorius ſibi in iudicio animæ, ita not. Innocen.in capitul.ſicut, de homici.fol.210.nuro. 2. quod not. ad paces, quæ fiunt quotidie, quia facta pace cum principali, & cum ſuis auxiliatoribus facta videtur. quod not. Bald.

Licitum & illicitum aliter iudicatur in foro conſcientiæ, quam cauſarum, de quo vide plenè per Inn.in c.quia plerique, de immu.eccle.189.

Licitum eſt facere reprobationem reprobationis, non vlterius, ita no. Abb.in c.licet cauſam, de proba.

Ligare nemo poteſt non ſubditos, & ſi conſuetudo erat in contrarium, non valet, ita no. Inn.in c.quæſiuit, de his quæ fiunt à maio.par.capituli.fol.158.nu.2.

Limes quid ſit, & in cuius iuriſdictione ſit, & ſic quis iudicat de eo, quod fiet in confinio territorium, vide per Inn.in ca. pen. de paroch.fol.169 nu.2.

Limites & ea quæ ſunt circa limites, quando poſſunt præſcribi, & quando non, vide Innocent. in capitul. ſuper eo, de parochijs.fol. eodem.

Limes & limitis adhærentia non præſcribuntur, & quæ dicantur adhærentia limitis, dic quod relinquitur arbitrio iudicis, ita nota. Innocent. & Abbas in capitul. 1. de parochijs. folio eodem.

Limites probantur per libros antiquos, teſtes & famam & adminicula, ita not. Abb.in ca.cum cauſam, de proba. quod no. quia ſæpe eſt de facto.

Liber rationum an faciat fidem & quando, & quid de libris mercatorum, vide per Bart.in l.nuda.ff.de dona.

Litera, vacante ſede miſſa, videtur potius miſſa eccleſiæ, quàm perſonæ, ita not.Hoſt.in c.eam te, de reſcript. & vide ſupra in ver. Credulitas, in 5.q.

Litera impetrata contra vicarium non arctat dominum, ita not. Inn. & Hoſt.ibidem.

Literæ ad inſtantiam impetratæ, quot modis tollãtur, ſeu euaneſcunt, vide per Hoſt.in c.cæterum, de reſcrip.

Literæ impetratæ ſuper confirmatione ſententiæ, licet non adijciant ſi veniat confirmanda, tamen tacitè intelligitur, quod ſunt literæ iuſtitiæ, ita nota.Innocen.in capit.ex parte, de reſcript. fol. 4. nume. 3. item ſubintelligitur hæc clauſula partibus cõuocatis, quod iuſtum fuerit decernas, ſecundum Hoſt. & vide ſupra in ver.Factum, in 1.q. & infra in ver. Reuocatio, in 3.q.&c.

In Literis de iuſtitia non eſt neceſſe facere mentionem de principali iure aduerſarij, quia non læditur illud ius partis. ſecus in gratia, quæ venit ad elidendum ius alterius, ita not.Inn.in c.cũ ordinem, de reſcrip.fol.4.nu.3.

Literas Principis vitiat mala grammatica, ſed mala grammatica in narratione non vitiat, quia eſt mala grammatica partis non Principis, ita not.Innoc.in cap.ad audientiam, & in capit. ex parte, il 2.de reſcript. fol.5. vel dic, quod quælibet vitiat, ſed falſa orthographia non vitiat, quia non eſt ſcientia, vt in cap. ex parte, de fide inſtrum.vide infra in ver. Reſcriptum, in 4.q. & ſupra in verbo, gratia, in 1.q.& ſupra in verbo, Factum, in 2.quæſtio.

Literæ iuſtæ poſſunt etiam eſſe obreptitiæ, ided, præter conſcientiam impetratæ, ita no.Inn.in c.cum dilecta, de reſcript.fol. 9. nu.4.arg.l.ſi.in ſi.ff.quod met. cau.Bal.

Literæ quæ ſint clam impetratæ ab aduerſario, ideſt, eo inſcio, non propterea dicentur obreptitiæ, ſecundum Innoc. Contrarium ipſe not.in capit.cum olim, de re iudic.fo.126.vbi dicit, quod quando quis impetrat literas aduerſario ſuo ignorante, quod iſtæ literæ ſunt ſubreptitiæ, exponit ipſe ibi ignorante, ideſt non citato citando, & dicit ipſe ibidem, in d.ca.cum olim, ſed argumentum contra, ff. de acq.poſſ.l. clam poſsidere, quæ nihil facit. Bald.

Literæ impetratæ à falſo procuratore cenſẽtur falſæ, & ideo non poſſunt ratificari confirmatione, ita not. Innoc. in ca.ex parte decani, de reſcriptis.fol.12.num.2. Nec debet eſſe in prudenti propter ſummam auctoritatem earum, arg.ff.de hæredi.inſtit. l.illa inſtitutio.

Litera non valet, ex quo ſtylus curiæ non ſeruatur, ita not. Hoſt. in c.man.de reſcr.

Literæ à non clerico ſuper beneficio impetratæ non valent, ita not.Innocen.in capitul. ex literis, de tranſactio.fol.69. nume. 2. ergo ſi quis non habet tonſuram, non poteſt impetrare beneficium.

Literæ impetratæ ſunt impetrantis tãtum ante præſentationem, ſed poſt præſentationem ſunt communes, ita not. Innocen. & Hoſt.in cap.ex conqueſtione, de reſtitutio.ſpoliat.fol. 95. ergo non conferunt iuriſdictionem antequam præſententur, quia iuriſdictio communis eſt: hoc verum actu, ſed habitu ſtatim iudex eſt, quod ſuperior delegat, vt ff. de iudi.l. cum furioſus, ergo illod quod facit iudex delegatus ante præſentationem eſt ipſo iure nullum, quia actum, ideſt, exercitium nõ habet. Non obſt.ff.de iudic.l.2 §.2.vbi ſufficit ſcientia litigatorum: quia illud in prorogatione, nam & ſine expreſſa prorogatione tacitè ſit prorogatio litigando. Vnde ſi iudex videt eos coram ſe litigare non procedit temere, & ſic non obſt. Quid in mandato procuratoris, qui aliquid facit ante receptas literas mandati? Dic vt not. Arch.in ca.is qui, de procur.lib.6.vbi tenet, quod non valet. quod non credo verum, quia ex quo dominus mandat, ratum habere tenetur, vt ff. de procurato.l. ſi procurator abſentis, alias nulla ratihabitio valeret, quia mandatum præſentatum non fuit, quod nec erat in rerum natura, quod eſt contra iuris ciuilis regulas, facit.ff. qui ſatiſd. cog.l. Iul. Sed an eo ipſo, quod dominus tranſmittit alicui inſtrumenta cauſæ, videtur

detur eum facere procuratorem? Dic vt not. Guil. de Cun. in l.Labeo.ff.de pac.& tangitur in l.ſi. C.de pactis conuentis. Sed ibi non eſt mera traditio inſtrumentorum, ſed conuentio perſonarum, & ex multis concurrentibus augetur effectus. Bald.

Litera commiſſionis citandi non eſt neceſſario ponenda in actis, ita no. Inn.in c.quoniam contra falſam, de proba.f.104 nu.3.quia iſta commiſſio citandi non eſt de actis, ſecundum eum. Sed Cyn.in l neminem. C.de requi. reis, tenet quod debet poni in act. Bal.

Literæ ſigillatæ prælatorum vel aliorum officialium quam fidem faciant. Vide Inn. in c.1. & plenius in 2. de fide inſtru. fol.112.& 113.nu.2.

Litera noua ſcripta in charta raſa, ſeu vetuſta inducit præſumptionem contra inſtrumentum, nõ repulſionem, ita no. Inn. in c.cum Ioannes eremita, de fide inſtru.fol.114.nu.8.

Literæ quando impetrantur non eſt neceſſe ibi fieri mentionem, de appel.ita no.Inn.in c.oblatæ, de appel.fol. 137. nu.1. quod eſt no.

Literæ monitoriæ quid operentur, & quid datio executorum, uide per Innocen.in cap.dilectus, de præben.folio. 147. numero 5.

Literæ impetratæ non dicuntur obreptitiæ, licet impetrans ſit peccator, ita no. Inno.in cap.propoſuit, de conceſ. præben. fol.152.nu.4.

Literæ iudicis ſine teſtibus faciunt fidem, ita no. Abb.in c.cum à nobis, de teſti.& ibi dicit, quod duo teſtes derogant literis ſigillatis ratio eſt, quia vna uox eſt probatio plena & uera, ſigillum uero plena & præſumpta, ſed derogat præſumptæ, ſecundum Pau.de liaz. quod no.bene.

Litis conteſtatio, vel quaſi debet fieri ſuper exceptione, ita no. in c.exhibita, de iud.fol.82.& vide infra in verſicu. Teſtis, in 84.quæſt.

Litem conteſtari non uidetur, qui reſpõdet poſitioni, quia nec poſitio dicitur libellus vel petitio, nec continetur concluſio in poſitionibus, vnde poſitiones non fiunt ad litis inchoationem, ſed ad veritatis indaginem, in præparatorijs autem cauſarum fiunt poſitiones, ita no. Inn.in c.1.de li.conteſt.fol.85. nu.1. Et ſuccedunt loco probationis, non loco lit.conteſt. ſecundum Spe.in tit.de li.conteſt.§.1.Bal.& vide ſupra in uer. citatio, in 24.q.

Litis conteſtatio poteſt fieri per negationem facti, & per negationem iuris, vnde ſufficit dicere reo, nego me contraxiſſe, vel nego me teneri, ita no. Inn.in d.c.1. de li.conteſta.fol.eo. nu.3. De hoc in Spe.in tit. de li.conteſt.in ſecunda parte, §.1. ver.ſed nunquid per reſponſionem.cum ſequenti, vbi omnino vide, & l.age. C.de tranſactio.& l.edita. C. de edendo, in opin. Hu. Bal.uide ſupra in uerbo, excep.in 7.quæſt.

Litem conteſtandi præſumitur animus fuiſſe, vbi verba ſunt apta ad litem conteſtandum, ſecundum Inno.in d.c.1. de li. conteſt.fol.eo.nu.3.vide ſupra in uer. citatio, in 24. q.ibi, licet non requiratur li.conteſt.&c.

Litis conteſtatio nõ ſit per exceptionem oppoſitam, dicit Inn. in c.prout, de dolo & contu.fol.98.nu.1. Nec eſt neceſſe, qđ iudex interroget, vt ibi, vide omnino infra in uerſi. Teſtis, in 42.quæſt.

Litis conteſtatio, an requiratur in inquiſitione ſi partes non ſunt contumaces, vide Inn.in c.cum olim, de teſtibus. f.107. numero 3.

Lis conteſtari poteſt in cauſa appellationis, licet non ſit neceſſarium, ita no. Inn.in c. Raynaldus, de teſta.fol.166. nu.4. & ibi uide per Abbatem, & intellige altera parte præſente, ſed vtraque parte præſente, exordio li.lis eſt conteſtanda, vt C. ne liceat in vna eademque cau.l.1.per Iac.& Cy. facit, quod no.per gl.no.in c.per venerabilem, qui filij ſint legiti. quod eſt no. Bald.

Lite conteſtata poteſt opponi contra accuſantẽ, quod ſua non interſit, ita no. Inn.in c.ſuper his, de accuſa.fol.201.nu.7. &c.

Lis mota non impedit executionem ſententiæ à qua non eſt appellatum, ita no. Inn.in c.cum in iure, de offi.dele.f.59. In contrarium facit capitulum vt calumnijs, eo.titu.in cle. Pro prima opinione facit l.ſi. C. de ordi.cogni.niſi ſit præiudicialis & habens paratam probationem, vt C. quando prouo. non eſt neceſ.l.1.in uer.ſi promptas, & hæc vera vbi conſtat de iuriſdictione pronunciantis. Sed vbi non conſtat nunquam ſit executio, ſecundum Inn. & ideo exceptio iudicis incompetentis ſemper impedit execut.ſententiæ, vt eſt glo. ſing.in c.1.de ſequeſtra.poſ. & fruct. in clem. item hæc vera ſunt ſi conſtat de proceſſu cauſæ verè, vel præſumptiuè, ſecus ſi non conſtat de proceſſu. Quando autem præſumatur factus proceſſus, & quando non, vide per Inn.in d.cap.cum in iure, ſuperius allegato, ex prædictis patet, quod laudum non meretur executionem, niſi producatur compromiſſum, & videatur iuriſdictio. Bal.

Lite pendente, non debet quis priuari poſſeſſione, ita not. Inn. in c.cum ueniſſent, de in integ.reſti.f.74.nu.2.

Lis non eſt conteſtata ſuper plus petitione, quãdo petitur plus tempore, & hoc liqueat iudici per exceptionem oppoſitam, & probatam de partium conſenſu, vel confeſſione, vel inſtrumento, abſoluitur reus ab obſeruatione iudicii duplicatis inducijs: & actore condemnato in expenſis clauditur actori iudiciorum copia, niſi reficiat expen ita not. Innoc.& Hoſt.in c.1.de plus peti.fol.91. Sic ergo dilatoria ſolutionis non eſt cauſa abſolutionis, ſed dilationis vel duplicationis induciarum, ſ.quæ reſtabant tempore li.motæ, arg.ff.de pœnis.l.aut facta.§.quiſquis, & uide quod dixi in l. ſi pecuniã. ff.ſi cer.pet.&c. Bal.

Lite pendente ſiue quæſtione iuris patronatus, an poſſeſſor poſſit præſentare, vide per Abbatem in c.ex literis, de iurepat.

Locatio, vide omnino infra in ver.Sacerdos, in 3.q.

Loca quæ dicantur vicina, vide plenè per do. Petrum in c. ſuper ſpecula, ad finem, de * priuilegijs.

M

MALEFICIVM, ſiue crimen punitur etiam inuito accuſatore, quando de maleficio ſiue crimine conſtat, ita no.Inn.in c.quia de iudi.fol. 80. Sed quid de interfecto qui dicit ſciant omnes, quod Titius qui infamatur, quod me interfecit, non eſt in hoc culpabilis, an nihilominus poſſit accuſari, an vero ipſum teſtimonium interfecti eum excuſabit? quod videtur, vt no.ff.ad Sylla.l.diuus. Sed illa lex intelligitur in delicto in committendo, quia tunc ſola veritas probationum inſpici debet, & punitur maleficium etiam inuito offenſo, vt l.ſi quis in hoc genus. C.de epiſ.& not. bene. Bald.

Maleficium non dicitur eſſe notorium per confeſſionem, quãdo quis confitetur factum, ſed negat illud malefactum, imo dicit iure feciſſe, ideo conſeruator qui habet magis punire, quàm cognoſcere intromittet ſe de hoc. Alii dicunt, quod imo in c.ſtat.de off.deleg. vide ſi reus producit teſtes, actor poteſt ſimiliter id, & ſi alias non eſſet, quod eſt no. Bal.

Maleficium non debet, neque poteſt alicui obiici in genere, ſed debet ſpecificatè opponi, per Innoc. in capitu. ad hæc, de teſtamen.

Malitia procuratoris non nocet domino, niſi dominus dolum, vel culpam participet, ita no. Inn.in c.ſignificante, de pigno. fol.162.vide ſupra in ver. Arbiter, in 7.q.& ſupra in ver. Conducens, in 1.q.ibi, ſecus in mãdatore, &c. Vide ſupra in uer. citatio, in 48.q. vbi habes, quod quotieſcunque mandatur aliquid fieri, quod fiat tempore apto & congruo, &c.

Mandans percuti clericum, & interim mandantem pœnituerit & deceſserit, non incidit in canonem, ita no. Inn.in c. mulieres, de ſen.excom.fol. 226

Mandatum vicini habetur pro mandato etiam in cauſis criminalibus, ita no. Inn.in c.cum in, de purg.cano.ſol.222. & l.3. §.in hac.ff.indi.ſol.Bald.

Mandatum Papæ eſt intelligendum ſecundum ius, ita no. Inn. in c.quia cunctis, de conceſ.præb.fol.156.nu. 8. idem dicit in c.dudum, de elec.fol. 23

Mandatum Papæ adimplens qualiter, & de quo conueniatur, vide in no.in c.dilectus, il 3.de præb.fol. 151

Mandatum quod capitulum aliquid faciat, intelligitur directũ ad membra, quæ faciunt capitulum, ita no. Inn.in c. Romana, de ſen.excom.fol.233.nu.3.

Mandans indirectè vel conſulens in morte alterius, niſi pro ſide morte ſecuta efficitur irregularis. Si autem mandat indirectè, aut manda.eſt honeſtum, & caſus improuiſus non facit quem irregularem. Si inhoneſtum, tunc ſic, niſi mand. vel conſilium reuocatum fuerit expreſsè prius, & ſagaciter aduerſario intimatum, quod ſibi caueat vel tacitè, uel per parentelam.ff.de adimen.leg.l.3. in ſi.ergo conſilium & mandatum datum in criminibus, reuocari poteſt ante factum, ita no. Innocen.in cap.ad audientiam, de homici.fol. 211.per totum, quod tene menti. Bald.uide infra in verſi. Procur.in 4.quæſt.

Mandata plura ubi inuicem ſe compatiuntur vtrique mandato, tenetur quis obedire, ita no. Inn.in c.expoſuit, de dilatio. fol.89.num.3.

Manda-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Mandatum speciale derogat generali,ita no.Inn.in c.Abbate de rescrip.fol. 35
Mandatum Apostolicum referendum est ad ius,ita no.Inno. in cap.dudum,de elect.fol.23.num.3.vide supra hoc eodem verſi.in 3.q.
Mandatum iurisdictionis potest fieri ad futura cõditionaliter, ita no.Inn.in c.cum olim,de off.deleg.fol.59.nu.2.
Mandata quæ fiunt in iudicijs ex abrupto nõ valent, nec oportet,quod appelletur, quia mandata iudicum semper debent fieri cum causæ cognitione , alias nunquam transeunt in rẽ iudicatam,ita no.Inn.in c.cum veniſſent, de in integr.reſti. fol.74.num.9.Et hoc in mandatis quæ ſunt de ſpecie contentioſæ iurisdictionis, ſed mandata quæ non pertinent ad lites vel cauſas,ſed ad aliud officium præcipientis bene valent,ut ibidem Inn.quod no.Bal.
Mandatum iudicis de rebus occupandis bene excuſat occupãtem à pœna conſtitutionis, ſiue l.ſi quis in tantam. C. vnde vi,ita no.Inn.in c.ad noſtram,tl 1.de iureiur.fol.117. Hoc verum,ſi tale man.emanauit ritè,ſed ſi non emanauit ritè,tunc habet locum l.meminerint. C.eo.tit.in vi expulſiua,in vi tũr batiua habet locum l.ſi. C.ſi per vim vel alio modo , ſecundum Bar. & quantum ad hoc dicitur rectè emanaſſe eo ipſo,quod pars fuit citata,vt d.l.ſi. C.ſi per uim vel alio modo. Vel dic , quod præceptum excuſat non indiſcreta permiſſio. Bald.
Mãdatum factum nuncio,qnod citet omnes qui ſe opponunt, intelligitur,qui ſe opponunt tunc, vel poſtea , quia præſens conſuſum præſentis non tenet vſum,ita no.Inn.in c.dilecti, de excep.fol.121.nu.1.
Mandatum Papæ non debet deludi , ſed debet realiter adimpleri,ita no.Inno.in d.cap. inter cætera, de præben. fol.147. numero 3.
Mandatum ſuperioris tranſit in rem iudicatam, ſi non appellatur,ita no.Inno.in d.c.inter cætera,de præben.fol.e o.nec reuocatur ſi cauſa cognita factum ſuit , vt not.in l.ſi ff.de offi. procũr. Cæſaris.Bal.
Mandatum Papæ illi,qui implerunt, & poſtea moleſtant , ſeu cõtrauenerunt,an illi poſſint excommunicari auctoritate earundem literarum. Dicit Inn.quod nõ,nec extranei, qui de iure impediunt,ſecus ſi contra ius, ita no. Inn.in c.pro illorum,de præb.fol.148.num.3.vide ſupra in verbo, Citatio,in 26.quæſt.
Mandatum an finiatur morte,vide per Bar.in l.cum filium.§.ſi quis.ff.de dona.
Maritus tenetur alimentare vxorem etiam ſi nullam dotem habuit,imputetur ſibi,ſi duxit eam ſine dote,ita no.Inn.in ca. per veſtras,de donatio.inter vir.& vxo.fol.199.nu.3.
Maritus de ſuis propriis , non de bonis mulieris tenetur alere vxorem,ita no.Inn.in ca.peruenit, de emp.& vend.fol.160. Hoc verum,ſi uxor ſibi dotem ſoluerit,vt ff.mandati,l.creditor.§.inter,de excep.doli.l.pater.Et uiro operetur, vt l.ſicut,de operis libertorum,& idem in vidua, quia niſi operẽt hæredibus mariti,non debet alimentari ab eis,niſi eſſet prægnans,tunc enim donec pariat,aliter propter partum,& fortè etiam poſt partum per 40.dies poſt, vt ff.de pœnis. l. prægnantis, in glo. Sed an uidua debeat habere ab hæredibus mariti veſtes viduales ? Credo quod ſic , ſunt enim appenditia luctus,& quaſi expenſe funeris,& quia in ſeruitio viri eſſe videtur,arg.ff.ſolu.matr.l.in his.§.1.item ſi adhuc debet alimentari,cum adhuc de eadem familia ſit, ſic ego & veſtiri,maximè ſi eſt grauida. Alij dicunt quod non, niſi amote deſcendentium relinquerit, vt C. de inſir.pœni. celibatus.l. ſi.in fi.rene menti iſta perpetuo. Bal.
Ordines,qui sunt illi,qui conferunt cum executione, qui sine, qui nec vno modo,nec altero. Dic quod ordinem cum executione dant illi,qui habent ordinem & auctoritatem. Ordinem sine executione dant illi, qui habent ordinem & auctoritatem in habitu,sed non in actu, & exercitio propter irregularitatem eorum. Si autem non sunt irregulares vel alias criminosi, nec excommunicati publici, vtraque conferunt: depositi autem ab ordine & administratione nil conferunt quasi priuati,ita no. Inn.in c. 1.de schismaticis. fol.209.

P

PAPA quando donat aliquid alicui, illi, quibus donat ex plenitudine potestatis Papæ,statim efficiuntur possessores, ita not.Innocen. in capitulo bonæ,de postu.præla. fol. decimoseptimo nume. tertio. idem videtur in Imperatore si dat

Universidad de Deusto
Biblioteca

iurisdictionem vel priuilegium vel sententiam, vt valeat et non subditis citatis, quia super iure dominii sui non subditorum iudicat, vt l.fin.in fi. ff. de serui.vrba.præd. quod est not.Bal.

Papa cognoscendo uidetur ad se causam reuocare inter eosdem, non inter alios, ita no. Inn.in c.cum oportet, de consti. & vide supra in ver. Casus, in 1.q.

Papa mandando quod aliquis recipiatur in canonicum videtur mandare, quod conferatur illi canonicatus, nam id mandatum includit ea, quæ sunt facti, ita no. Inn. & Host. in c.cāte, de rescrip. fol.5. vide supra in ver. citatio, in 44. q.

Papa si rescribit pro indigno præsumitur circumuentus, ita no. Host.in c.cum adeo, de rescriptis.

Papa vtrum dicat in bullis, mando, vel præcipio, est differentia & vis in istis verbis, secundum Host.in c.capitulum, de rescrip. vbi vide, quia quando vtitur verbo, mandamus, tunc tale man. non rumpit ius commune, sed quando vtitur verbo, præcipimus, sic, vt no. ff. de offi.præsi.l.sæpe.Bal.

Papa fert sententiam in notorio, etiam parte non citata, ita not. Inn.in c.quanto, de transla.præla. 38

Papa est publica persona, ita no. Innocen.in c.cum pridem, de pactis. 68

Papa etiam potest errare in fide, ita no. Inn.in c.1.de sum. Trini. fol.1. licet non præsumatur, vt in l.fi.ff.de supel. lega. Et ideo non debet quis dicere, credo id, quod credit Papa, sed illud quod credit ecclesia, & sic dicendo non errabit. Bald.

Papali reseruationi renunciari non potest, ita no. Inn.in c.cum accessissent, de constitu. fol.2.

Papa potest committere cui vult executionem relictorum ad pias causas, ita not. Innocen.in cap. cum tibi, de verbo. significa. 233

Papa an possit præcipere iniusta maximè laicis, vide Innocen. in capitul. inquisitioni, de sentent. excommunicatio. fol.229. nume.3.

Papa quando recipit aliquos in proprios filios, an videatur quasi adoptādo eos in suam meram potestatem redigere & eximere ab aliis, vide Inn.in c.cum capella, de priuileg. fo. 200. nume.1. & vide eo.tit.capit.si Papa, libr.6. Et dic quod non, quia sunt verba affectionis & non exemptionis, facit ff. de hæredi.insti.l.nemo qui frater.§.1.Inn.ibidem.

Papa si recipit scienter aliquem ad osculum, videtur eum absoluere, ita not. Innocen.in cap.cum olim, il 1.de priuile. fo. 219.num.3.

Papa si dicit, ad audientiam nostram peruenit, & hoc modo inquisitionem committit, valet, licet Imperator sit infamis, ita not. Innocen.in cap.cum oporteat, de accus. fol. 202. nume. 5. vel excommunicatus, vt l.1. C.de preci. Impera. offer.

Papa non debet se intromittere de iurisd. Imperatoris, nec econtra, nisi opem ferendo, ita no. Inn. in c.per venerabilem, qui filii sint legiti. fol.198.nu.3.

Papa non debet sustinere, quod sibi illudatur, & ideo receptus auctoritate Papæ in canonicum præferendus est, & in præben. ita not. Innocen. in capitul. inter cætera, de præben. fol. 147.num.3.

Papa mandauit alicui vt eligeret, & ille malè elegit, quæritur, quis denuo eligere debet, vide Inn.in c. inter dilectos, de exces. præla. fol.216.nu.4.

Papa solus iudicat de suis priuilegiis, quomodo hoc dictum intelligatur, vide Inn.in c.cum venissent, de iudi. 80

Papa nunquam aufert parti suam exceptionem, ita not. Inn.in c.ex transmissa, extra de foro compe. 82

Papa ex certa scientia quæ colligitur ex tenore rescripti derogat iuri communi, secus in legato, ita no. Inn.in c.præsenti, de rescrip. fol.38. in prin.

Papa commisit alicui ordinem ecclesiæ, quid potest facere iste, dic quod si inter partes commisit, debet facere ius, si autem per modum gratię latiores debet habere habenas, ita no. Inno.in c.super eo, de offi.deleg. fol.53. nu.1.

Papa supplet defectus Imperatoris, & corrigit vitia eius, ita not. Innocen.in cap.1.de offi.ordi. fol.62. num.2. Et sic videtur quod Imperator habeat superiorem in temporalibus, quod est falsum. Sed intelligitur dictum Inn. in criminibus ecclesiasticis, & crimen ecclesiasticum est, quod si in ecclesia nō esset apud gentiles crimen esset, vt in c.nos inter alios de purga.cano.

Papa omnia potest, debet tamen præmittere clauem discretionis ante clauē ptātis, ita no. Inn.in c.quāto, de iureiu. 118

Papa solum dispensat cum irregularibus, ita no. Inn.in c.cum æterni, de re iudica. fol.130.

Papa non restituit laicum ad famam, ita no. Inn.in c.cum te, de re iudi. fo.129. nu.2. Tamen collegium Cardinalium potest restituere famam clericis, vt ibidem Inn.no.

Papa habet in se plenitudinem potestatis, vnde si reuocat ad se negocium, omnib. silentium est indictum, ita no. Inn.in c. vt nostrum, de appel. fol. 137. Hoc autem facit Papa dupliciter vel verbis vel rebus ipsis & factis, & incipiendo cognoscere, arg. ff. de legib. l. de quibus, ibidem Inn.

Papa quando mandat simpliciter testes recipi, intelligitur seruato ordine iudiciorum, ita no. Inn.in c.cum dilecta.de confirma.vtili.vel inutili. 142

Papa licet det formam procedendi in principali, non remouet quin debeat fieri li.contest. ita no. Inno.in d.c.cum dilectus de confirma.vtili vel inutili. fol.eodem.

Papæ omnis creatura subdita est, capitul. primo, nume. 1. de consti. 1

Patiētia aduersarii qualiter probetur, & an ex pluribus aduersariis sufficiat vnum pati. Et an canonici dicantur possidere ius eligendi, vide de omnibus istis per Inn.in c.bonæ, de postu.præla. fol.17.nu.1.

Patientia habetur pro titulo, ita not. Innocen.in cap.cura, de iu reparro.

Pactum de non mouendo quæstionem impedit processum, quia ex ipso pacto oriūtur duæ excep. s. declinatoria & peremptoria, & ita est vbicunque peremptoria impedit processum. Absit tamen, quod peremptoria impediat. Sed cuius facto oriuntur duæ excep. s. declinatoria & peremptoria, declinatoria impedit processum, non peremptoria, quod est no. ita no. Innocen.in c.1.de li. contest. fol.85. nume. 1. & vide supra in versi. Exceptio, in 4. quæstio. ibi, sed pactum de non petendo, &c. & vide infra in versicu. Renuncias, in 10. quæstio.

Pacisci non licet super diminuenda quantitate decimarum, & pactum si factum fuerit, non valebit, ita no. Inn.in c.venerabilis, de confirma.vtili vel inuti. 142

Pacta simplicia confirmantur cum debita modificatione, ita no. Inn.in c.significauit, de præben. 146

Pactum factum contra naturam contractus non valet, ita not. Abbas in c.si.de precario, uide Bar.in l.u bi ita donantis. ff. de dona.cau.mortis.

Pactum quod pignus non soluto debito fiat creditorū, si plus ualet res, & pignus debetur, nam à communiter accidentibus ita contingit, quod plus ualet pignus quàm debitum, ita no. Abb.in c.significasti, de pign. Si autem deterius est pignus, ualet pactum, arg. ff. de leg.3. l. quæ habebat. ff. de hæredi.insti. l. si quis solidum. Nam quod non ualeat pactum istud est statutum in odium creditorum, non in eius fauorem, simile not. ff. de transl. l. cum hi. §. causa. Sed dicitur tale pactum ualere ff. de solu. l. Cassius, & de pign. l. si fundus. §. si. Solutio, ut pro iusto pretio habeat, ualet pactum, quod intelligitur si simpliciter non facta mentione pretii dicatur, ut d.l.Cassius. Sed ut pro debito habeat, non ualet pactū, quia non est fauendum fœneratoribus, arg. ff. de priuilegiis credito. l. si uentri. §. in bonis, in ratione literæ.

Pactum an ualeat, quod quis possit capere debitorem suum, Doct. quod non in l.alia. §. eleganter. ff. solu.mat. per Bart. in repeti. l. creditores. C.de pig. Et ibi etiā no. an possit quis renunciare beneficio cessionis.

Pactum quod non possit probari solutio debiti aliter quam per instrumentum an ualeat, uide Saly. in Auct. iubemus. C. de iudi. dicentem, aut pactum est generale contra omnem speciem probationis, puta debitor paciscitur cum creditore, quod solutionem non allegabit, nec ulla spe probationis illam probabit, & tunc non ualet, quia inuitat creditorem ad delictum, argumen. l. si unus. §. illud. ff. de pac. et sic uidetur contra publicam utilitatem et contra bonos mores. Aut pactum est speciale, puta ne probet per testes, sed per instrumentum, tunc credo quod ualeat, quia non inuitat ad delictum, sed fraudem debitorum repellit: potest.n. tempore solutionis sibi prouidere, et per instrumentum probare, pro hoc facit quia tale quid potest fieri per legem, ut patet in casibus, no.in l.pactum, de pactis, ergo et per pactū, arg. l. si. de fidei. Saly.

Palatium episcopi non gaudet ecclesiastica libertate, ita no. Innoc.in c.inter alia, de immu.eccle. fol. 189. Contrarium not. 17.q.4.c.id constituimus, in gl.ordi. quam no. et uide supra in uer. Castrum, in 1.q.

Pallium Archiepiscopi quare debet habere quatuor cruces nigras, uide Hostien. in capitul. 1. de usu pallii, ubi plenè.

Pars, uide omnino infra in uerbo, Tempus, in 11. q. et uide supra in uerbo, Conclusio, in causa, in 1. quæst.

Partes

Partes quando intendunt prorogare iurisdictionem delegatā, illa solum prorogatur si quæ est ordinaria. ita not. Inn. in c. significantibus, de offi.dele. fo.60.nu.5. Et vide supra in uer. actor. in 1.& 2.q.

Partium voluntate receditur à iure communi. ita not. Inn.in c. ude rest.spol. fol.9;

Pars potest asserere veritatem licet non viderit, secus in teste, quia testis testificari debet de veritate sensata organo sensus palpata. ita not. Innoc.in c.ex literis. de iureiur. fol.174. quod est no. Et in parte istud dictum de teste est contra Oldra. alibi Bald. Et uide etiam Inno.in c. fin. de iur. calum. fol.83. & infra in ver. Testis, in 86. q. & infra in ver. Sententia, in 34. q. circa medium.

Pars non tenetur ius alterius partis dicere. i. sui aduersarii. ita not. Inn.in c.si duobus, de appel. fol.131. nu.2. adde l. non ex omnibus. §.1. & quod ibi no. ff. de arbi. vbi quis non tenetur dicere nomina testium, qui contra eum faciunt, & dic vt ff. de vent.inspi. l.1. per Iac.de Are. Bal.

Pars quomodocūque reputet sibi satisfactum esse in termino, non contrahitur excommunicatio. ita no. Inn.in c. præterea, de ap. fol.132. & in c.P.& G.de offi. del. fol.89. quod not. pro debitoribus si contra eos est lata sententia excommunicationis, in qua incurrat si certo tempore non soluat debitum creditori: quia si creditor tempore solutionis reputet sibi quomodocunque satisfactum, quòd debitor non erit excommunicatus. & no. bene hæc. Bal.

Pater non habens filios legitimos videtur legitimare filios bastardos per testamentum eo ipso quòd vocat eos filios ita no. Inn. in c.per tuas. qui fil. sint leg. 2. fol. 198. Hoc verò quò ad successionem tantum, non quò ad veram & plenam legitimationem, cum ad hoc non habeat potestatem, secundum Host. ibidem. quod tene menti. & uide in auth. ut liceat matri & auiæ, post princ. col.8. nam ius ciuile præsumit matrimonium, sed ecclesia non. Sed ut præsumptio iuris ciuilis locum habeat, requiritur quòd matrimonium sit possibile de natura, idest quod mater istius filii uiuat. item requiritur de iure, quòd uterque sit solutus. item de facto, quòd de facili habeatur utriusque præsentia & consensus. item secundum bonos mores, quòd non sit nimis incidēs uiro. ff. quib. & a quibus. l. si rogati. §. si matrimonii. Et ita dicit Bart. cuius uerba sunt truffæ: quia ista species legitimationis nō est per matrimonium uerum, uel præsumptum, tunc fieri. Sed retro factum esse. uel est species differens ab aliis modis, præsertim si pater dum testatur est in puncto mortis, ubi etiam de matrimonio uero sufficiat. Bald.

Pater & mater an possint offerre filium monasterio. uide Inn. in cap.si quis, de regula. et transeuntibus ad religionem. fol. 172.nu.2. uide infra in uer. Testis, in 37.q.

Pater non dicitur filium possidere, licet sit in quasi possessione patriæ potesta. secundum Bar.in l.1. §. acquirimus. ff. de acqui.poss. in fi. Sed an ex delicto filii teneatur assignare sibi legitimam, uide Bar. in l. si cum dotē. §. si post. ff. sol. matr.

Pater quando dilapidat bona filii quid sit agendum, uide per Bar.in l. si constante. ff. sol. mat.

Patronus laicus si non eligit, episcopus succedit, secus si eligit indignum, et non est tempus lapsum, ita no. Inno.in c.cum uos, de offi.ordi. 63

Patronus seu is ad quem spectat collatio beneficii, potest uti ea collatione et iure suo possessore non citato, nec aliter priuato, ita no. Inn.in c.de multa, de præbendis. fo.149.nu.3.

Patroni non conferunt beneficia, sed præsentant. ita no. Inn. in c.ex frequentibus, de instit. fol.151. et uide supra in uer. clericus, in 14.q.

Pax, uide infra in uerbo, Res, in 3.q. ibi, iustitiam et pacem, etc. uide supra in uerbo, crimen, in 5.q.

Præsens, uide omnino supra in uer. consuetudo, in 8.q. ibi, nisi sint præsentes duo.

Preces Cardinalis, uel patrocinia an inducant simoniam, uide Innoc.in c.tuam, de æta. et quali. fol.45. nu.3. quod no. contra officiales, qui precibus flectuntur. Bal. facit l. obseruare. ff. de offi.præsi. Bal.

Preces importunæ æquiparantur metui, ita no. Inno.in c.petitio, de iureiu. fo.119. tene hoc bene menti pro renuncia. filiorum, qui propter importunas preces renunciant successioni. Bal. Adde quod nimia reuerentia æquiparatur metui uel timori, gl. est singu.in l.1. §. quæ honorandæ. ff. quarū rerum actio non datur. Bal. & vide infra in ver. Supplicatio, in 1.q.

Pœna potest peti etiam si excedat interesse, nisi sit loco vsurarum opposita, ita no. Inn.in c.suam, de pœnis. fol. 223. & vide ff. si cer.pet. l. rogasti. §. si. ff. Bal.

Pœna circa infl.icta à iure non potest permutari, nisi per illum, qui habet potestatem dispensandi, ita no. Inn.in c.licet, de pœnis. fol.223. nu.1.

Pœna inserta veteri constitu. quæ potest implicitè sub ea includi, retrotrahitur, ita no. Inn.in c.cum tu, de vsu. 213

Pœna quæ non imponitur primordialiter, sed ratione contumaciæ, non facit clericum agentem irregularem, quia nō uidetur ad hoc actum, sed etiam uenit officio iud. ita not. Inn. in c.postu. de homici. fol.211. ar. ff. de peti.hæredi. l. item ueniunt. §. produximus, & de in litem iuran. l.1. Inn. vide supra in ver. Appel. in 13.q.

Pœna ordinaria non imponitur ex inquisitione secundum cano. sed secundum leges sic, sicut ex accusa. ita no. Inno.in c. cum P. de purg. cano. fol.222. quod est verum si proceditur cum plena causæ cognitione, secus si incidenter & summatim, quia tunc extraordinariè etiam secundum leges, vt no. C.de testi. l.nullum, & ff. de infa. l. ictus fustium, idem quandoque est, quia iudex non habet tantum imperium, vt l.2. C. de spor. & l. fi. ff. de offi.præfec.vigilum, & l. si quid. ff. de offi.proconsu. Bal.

Pœnæ secundarum nuptiarum sunt abolitæ per dictum Apostoli, quod mortuo viro statim nubat in domino, &c. nisi ille pœnæ quæ sunt in fauorem liberorum, quia ille adhuc stāt, ita no. Inn.in c. fi.de secun.nup. fol. 200. Aliud est enim viduitatem indicere, aliud prospicere proli. ff. de condi. & demon. l. sed si huius. §. fi. Bal. idem tenet Abb. ibidem, item non est sublata pœna quod priuetur tutela, ut C. quādo mu. tute.offi.fun. potest auctentica sacramentū Bal.

Pœna vbi non reperitur certa, debet apponi talis, quæ magis timeatur, ita no. Inno.in c.de causis, de offic.deleg. fol.52.nu. 7. Et iudex potest eligere minorem, secundum eum. vide gl. dicit, quod eligit reus. ff. de mino. l. quod si minor. §. si seruus Tu dic, vt no. C de seruis fugi. l. 3. & l. quicunque. Bal.

Pœna adiecta constitutioni affirmatiuè non exigit monitionē, secus si negatiuè nisi habeat diem, ita no. Inn.in c.extirpandæ, de præben. 150

de Pœnis ciuilibus & canonicis, & quid sit similitudo ad inuicem, vide plenè per Inn.in c.qualiter, il 2. de accus. fol.203. nu.6. & ibi etiam dicit, quod in pœnis proceditur de similibus ad similia. Bal.

Persona electa connumeratur inter eligentes, ita no. Inn.in c. cum in iur. de elec. fol.29. nu.1. quod tene menti, quia hoc intelligitur quando proceditur per viam compromissi, & non per viam scrutinii, vt no. Ber.in c. Cumana, de elec. & est ratio, quia in scrutinio quilibet vtitur sua voce tantum, sed in compromisso non tantum sua voce, sed compromittentium fungitur potestate. Ita tenent Host. & Io. An. in d.c. Cumana. Ratiò autem quare persona electa non computatur inter eligentes, nec auget numerum eligentium, no. per Ber. in c.per vestras, de iurepatro. quia à se non debet, nec potest quis oriri, & quia differentia debet esse inter eligentes, & electum, & no. hæc. Bal. Et vide supra in ver. Coniuncta persona, & per totum, & supra in ver. Commissio in 2.q.

Persona si potest submitti multo fortius locus, ita not. Inn.in c. ex tuarum, de auctoritate & vsu pallii. 39

Personæ miserabiles quæ sunt, vide Inno.in c.significantibus, de officio.delegati. fol.60. num.2.

Persona principalis si confitetur & negat, statur confessioni, secus in pluribus procuratoribus eiusdem non insolidum constituis, quia concorditer debent confiteri aut negare, ita no. Inno.in c.in nostra, de procur. fol.70. nu.3.

Percutiens, vbi quis percussit & timetur de percussione euidēter, potest impune percuti, ita no. Inn.in c.si verè, de sen.exc. fol.128. vide supra in ver. Casus, in 2.q.

Pactum, vide supra in ver. Monachus, in 3. q. vide infra in ver. Pœnitentia, in penul.q. & supra in ver. Coniurationes, in 1. q. & supra in ver. Appel. in 35.q.

Pactum remittitur per pœnitentiam quo ad Deum, non quo ad iudicem fori, quin debeat puniri, ita not. Innocen.in cap. de his, de accus. 200

Permutatio hēt locū in fiscalib. pœnis, nō in pœnis creditorum nisi eis cōsentiētibus, ita no. Inn.in c.O doardus, de sol. 163

Permutare ecclesiæ licitum est, & potest peti, ita not. Abba. in c.quæsitum, de rerum permut.

Periurium anceps non cogitur quis subire in facto alieno, ita no. Inn.in c.cum dilectus, de purg.cano. fol.222. nume.2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Margarita Baldi loco Repertorij.

Periurus est infamis, dicit Abb. in c. querelam, de iureiur. De iure ciuili dic, vt no. ff. de infa. l. Lucius, in glo. ordi. Bald. Et vide supra in verbo, crimen, in 10.q. circa fi. vbi habes, quod periurus repellitur omnino à testimonio. Inno. in c. Odoardus. de solu. 163

Præscriptio non interrumpitur per exceptionem, ita no. Inno. in c. 2. de ordi. cogni. fol. 90. nu. 10. Fallit in excep. non nume. pecu. vt in auct. hanc querelam. C. de non nume. pecu.

Præscriptio non procedit in causis spiritualibus, nec ipsa præscriptio dicitur titulus legitimus, ita not. Innocen. in c. contingit, de dolo & contu. fol. 99. nu. 1. & vide infra in verbo, Titulus, in 2.q.

Præscriptio est restringenda, quia odiosa, ita no. Innoc. in c. ex transmissa, de præscrip. fol. 123. nume. 2. Et vide ff. de do. in l. arbitrio. §. penul. Bald. vide infra in verbo, Soluere, in 2.q.

Præscriptio centum anno. requiritur quando ius priuatum iuri publico Ecclesiæ Romanæ est coniunctum, ita not. Innoc. in cap. ad audientiam, de præscri. fo. 123. nu. 2. & vide infra in ver. Res, in 3.q.

Præscriptio non valet, nisi in c. probatis, ita no. Inno. in c. ad audientiam, de præscrip. fol. eo. & vide ff. de iti. act. pri. l. 1. §. Vitianus. Bal. Et vide supra in verbo, Abbas, in 14.q.

Præscriptio non currit in his, quæ præsumitur ex timore præstita, ita no. Inn. in c. si diligenti, de præscri. fol. 124. nu. 5. quod no. vide supra in ver. Abb. in 23.q.

Præscribi potest etiam contra visitationem priuatam, ita not. Inn. in c. cum ex, de præscrip. fol. eodem.

Præscriptionum quædam sunt merè odiosæ, quæ currunt solo odio 30. vel 40. ann. in laicis, & hæc per citationem interrumpuntur, vt k. sicut. C. de præscrip. 30. vel 40. anno. Nisi citatio suum effectū secum non possit trahere, vt quia circunducatur propter contumaciam actorum: tunc. n. imperfecta est citatio, quia non constat ex suis partib. sed efficitur in causa caduci, & in exordio antequam sit in facto esse, alias causæ subducitur, vt no. in d. l. sicut, per Guil. de accus. Omnis. n. actus ad hoc, vt producat effectum incorruptionis, in seipso perfectus & validus debet esse, vt not. C. de li. contest. auct. offeratur, & no. in l. si pater. C. ne de sta. defun. Et per has præscriptiones non tollitur obligatio naturalis, vt no. ff. de neg. gest. l. ar qui natura, & de fideiuss. l. si quis post quam. rem ra habe. l. fin. Et per hoc probatur, quia is natura debet qui de iuregentiū debet, vt ff. de re. iur. l. cum amplius. §. is natura debet. Sed de iuregen. non sunt præscr. cognitionales, quia iusgen. est vniforme, præscr. verò sunt difformes. Et ideo tales præscr. quæ sunt contra bonam fidem debitam iure naturæ ius canonicum non fouet, imo rescindit eas si ad hoc agatur. Sunt. n. contra naturalem iustitiā, licetnō sint contra iustitiam positiuam, vt no. ff. de postu. l. 1. §. pueritiam. Constitut. n. in iure bono propter lites ditimēdas, sed non æquo, vt no. ff. de iust. & iu. l. 1. §. 1. Nec. n. qui diu patitur, consentire videtur. vt, no. ff. de dolo. l. 1. §. si quis eum, quia ista est nuda patientia non adiuncta alicui rei significanti consensum. Secus in præscriptione quadam quæ venit ad corroborationem consensus & confirmationem contractus, quia illa est coniuncta cōsensui, vt l. si. C. de his, qui à non domino. Quædā sunt præscriptiones mixtæ & fauore possessoris & odio negligentiæ actoris: est. n. negligentia legib. odiosa & detestabilis. l. non enim. ff. ex quib. cau. ma. Et per has sēc dum Mar. quæritur dominiū, ita vt ipse solus sit dominus, & alter omnino desierit, qui quondam fuit dominus. Vnde tertio possidēte ante dominus non posset agere quasi absortum sit vetus dominium iure præscriptionis, secundū Mar. Sed Bal. & Io. tenent quod vtile dominium quæratur, & directum non absorbeatur, arg. rerum incorporalium, nam in ipsis per præscri. ius vtile quæritur, vt ff. de aqua plu. arcen. l. 1. in fin. Sed posset responderi, quod in illis nō requiritur titulus, & ideo præscriptio sit minus efficax, quia minus iustificari potest. ff. si seruū. vendicetur. l. si quis diuturno. Et quod generalis citatio vel alia interruptio generaliter operatur in omnibus quæ sunt apta includi sub genere & in connexis eisdē. C. de anna. excep. l. fi. quam legem ego intelligo in omni genere præscriptionis. Rectè tamen dicit se dominum, qui præscrip. sufficit vsus est, quia licet appel. dominii de stricta significatione referatur ad directum, vt ff. si ager vect. vel emphy. pe. l. 1. §. qui in perpetuum, tamē de larga significatione etiā interdum refertur ad vtile, imo etiam interdum ad publicianam in his quæ veniunt principaliter propter aliud, vt ff. de rei vend. l. Marcellus, i. transeunt cum vniuersitate: illud. n. non esset verum in singularibus petitionibus. ff. de euic. l. minor. §. si seruus, & facit quod no. per Dyn. ff. de excep. rei iudi. in l. si mater. §. eandem, & in l. & an eadem. §. actiones, in ver. qualisc̄unque, item præscriptiones mixtæ vel mediæ interrumpuntur medio modo, s. per li. contest. veram, vt C. de rei vendi. l. more lit. & per quasi contest. vt l. 2. C. vbi in rem actio. per moram contestandæ lit. ff. si quis cau. l. si eum, in fin. Quædam sunt præscriptiones introductæ mero fauore, vt vsucapio triennis istis prædictis tribus modis interrūpitur, quo ad effectum, non ipso iure, & ideo qui vsucepit, alienare potest ius, quod habet. ff. de rei vend. l. si post nec vi litigiosi præcluditur sibi ius in eo, quod lit. motio nō potest impedire, & sic conuersio quædam directi in vtile dominium, & tamen ex eadem instantia fertur sententia, quia subrogatur vtile dominium loco directi, & sic fingitur idem dominium numero, arg. ff. de do. inter vir. & vxo. l. dona. §. sponsus. Quædam sunt præscri. sua natura currentes, vt redhibitoria, & quanto minoris, & iniuriarum. Et tunc dic, vt l. si. ff. de leo, per quem fa. est, & l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis caut. quod interrumpitur per li. contest. vel per moram lit. contest. ita tangit Inn. in c. ex transmissa, de præscri. fol. 123. sed non ita latè nec clarè, & tene menti. Bal. Et scias etiam, quod quandoque plus operatur tempus, quam pactū, quandoque minus. ff. ad Trebel. l. facta. §. si quis. ff. quemad. ser. amit. l. satis. §. si ego. interdum sunt paria, not. ff. de neg. gest. l. si ego, & tene menti ista omnia. Bal.

Præscribi non potest liberatio à procuratore, stante visitatione, quia est annexa visitationi, ita no. Innoc. in c. cum ex offi. de præscrip. fol. 124. nu. 2.

Præscriptio nō extēdit ad aliā rē, ita no. Inn. in c. tua, de deci. 171.

Præscriptio non currit inobedientia, ita no. Abb. in c. cum non liceat, de præscri. Ergo ciuitates imperii non possunt præscribere, quod nō obediant imperio, & terræ ecclesiæ, quin obediant ecclesiæ: præscriptiones. n. cōtra ius diuinum, quod dicat quod omnis anima Principi sit subiecta, non procedūt, quia nulla præscriptio potest tollere legem superiorum, nec diuidere imperium, nec ecclesiam, quæ sunt indiuisibilia & perpetua, alias sequeretur, quod sicut vna ciuitas præscriberet se in libertate sic & totus mundus, & annihilaretur imperium, quod nec ipse Imperator potest permittere, vt no. quo modo oportet. epos col. 1. in prin. Alii dicūt, q̄ cū ecclesia nō habeat iurisdictionalibus ex diuina institutione, sed ex donatione Imperatorū, q̄ pōt præscribi cōtra ecclesiā, facit q̄ no. in c. bene, de postu. præla. Sed ego dico, q̄ ciuitates possunt præscribere merū imperiū, & cōmoda iurisdictionis, non tamē libertatem absolutè. Licet glo. dicat aliud in Venetis. Inst. de nup. & C. de præscri. 30. vel 40. anno. l. comperit, & not. in Auct. de defen. ciuita. §. nulla, in fi. gl. magnæ, col. 3. Vnde istud mysterium præscriptum est subalternum, & subditum Principi, quia sic Deus instituit, sic ius ciuile & canonicum scriptum. Præscriptiones. n. non inuenit ius gentium, sed ciuile, & ideo per ius cidile potest omnibus præscriptionibus derogari, & ius ciuile viuum est Imperator, & accidit quod sicut vegeticulus non potest continere liquorem vltra suam capacitatem, sic nec ciuitas quæ est circunscripta, non potest esse capax imperii non circunscripti, fieret autem sic si libera foret. Sed contra hoc est, quia quædam ciuitates sunt liberæ ratione fœderum. ff. de capti. l. non dubito. Solutio, ibi loquitur de his, quæ nunquam imperio Romano fuerunt subiectæ, vel sunt liberæ actu, sed habitu sunt subiectæ, & ita fortè vnit mundus. Et istud negocium est altissimum & maioris egens inquisitionis. Bald. vide supra in ver. Animus, in 1.q. & supra in ver. Appellatio, in 34.q.

Præscriptione interrupta per interruptionem possessionis non interrumpitur effectus præcedentis tituli. Et ideo si postea iterato incipit bona fide possidere, præscribit ex titulo præcedenti. gl. est sing. secundum Bar. in l. si is qui pro emptore. §. si quis bona. ff. de vsuc. et. aliam gl. in l. Celsus, eo. ti. in gl. magna, in ver. et idem erit, etc. quod in quibusdam casibus quo ad dominium traditio est necessaria, debet illa probari, ad hoc vt procedat usucapio uel præscriptio. Sed in casibus in quibus quæritur sine traditione, debet apprehensio probari, alias non usucapitur, nec est alibi gl. illa. Bar.

Persecutio in iure appellatur res ecclesiastica, ita no. Inn. in c. peruenit, de restibus cog. fol. 112. quod no, Bal.

Præbendæ vbi sunt distinctæ, ibi ex mora capituli non deuoluitur electio canonicorum ad episcopum, ita no. Inno. in c. cum ecclesia, de elec. fol. 28. nu. 2. vide supra in ver. Episcopus, in 7.q. in ver. suspensus, in 2.q.

Præbenda potest habere iura sua sicut quælibet domus ecclesiastica, et iō nomine præbendæ agi potest sicut nomine hospitalis, ita no. Inn. in c. ex literis, de proba. fol. 102. nume. 2.

Præbendas

Ad comment. Innoc. super Decretal.

Præbendas plures an quis possit habere, vide per Inno. in c. cum iam dudum, de præben. fol. 147. nu. 2.

Præbenda est annexa canonicatui, & quo iure præbendæ petantur, vide per Inn. in c. dilectus. il 3. de præben. fol. 151. Adde supra in ver. Canonicus. in 4.q.

Præceptores non possunt remoueri. Et an teneatur locus ex dolo vel culpa eorum, vide Inno. in c. cum deputati, extra de iudi. fol. 81. num. 3.

Pœnitentia habet locum in peccato formæ, non in peccato materiæ, ita not. Innocen. in capitul. quia propter, de electio. fol. 31. nume. 8. Sed Host. ibi tenet contrarium, & Ioan. Cald. tenet cum Inno.

Patientia qualis debet esse in corde, & quanta debet esse in satisfactione, & an sit arbitraria, vide Innoc. in c. cum omnis, de pœni. & remiss. fol. 224. nu. 3.

Petitio dummodo sit tolerabilis, debet admitti, ita no. Inno. in c. examinata, de iudici. fol. 31. nume. 2.

Petitio sicut debet esse legitima, ita & responsio, ita no. Innocen. in capitul. 1. de lit. contest. fol. ò 5. vide supra in verbo, litis contesta. in 2. quæstio. ibi, vel petitio, &c. Et vide supra in ver. Absolutio, in 7.q.

Peto censum, & si non soluas peto te pronunciari cecidisse à iure tuo. Ista petitio procedit secundum Innocen. in capitul. literæ, de dila. fol. 89. vide supra in ver. Actio, in 5.q.

in Petitis coram diuersis iudicibus potest petens petere se remitti ad eundem iudicem, primo aditum super eodem facto vel cōtiguo, nec tamen processus est nullus, ita not. Innoc. in c. cum M. de consti. fol. 2. quod not. Bald. vide infra in ver. restituin integrum. in 9.q.

Petitio suppletur per sententiam, & econtra sententia per petitionem, ita not. Host. in c. querelam, extra de elec.

Petens se restitui ad sententiam vel ad probandum, nonper plenam restitutionem, sed semiplenam & præparatoriam sic, vt ff. ad exhiben. l. thesaurus. Et ideo non est opus ordine iudiciario, nec probatur necessariis, sed præsumptiuis, ita no. Inno. in c. 2. de in integ. resti.

Petere incoloratè quid sit, vide in c. ex literis, de in integ. resti. Et die quod est non assignare causam in libello, vel iudici interroganti quod est bene no. Bal.

Petens aliquid puta electionem confirmari, videtur petere confirmari omni iure quo melius & efficacius valere potest, ita not. Innocen. in capitul. cum ecclesia. de cau. possessio. & proprie. fol. 92. numero 7. & vide supra in verticu. Actor, in 13. quæstione.

Petens aliquod ius in ecclesia debet dicere, quod ius petit, & ex qua causa, seu titulo petat, ita not. Innocen. in capit. ad audientiam, de præscrip. fol. 123. & vide supra in ver. Alienatio, in penul. quæst.

Petitio subiectionis est generalis, & procedit sine specificatione capitulorum, ita no. Inno. in c. cum inter, de re iud. fol. 126. nume. 1. & ibi vide quod libellus subiectionis formatur cōtra clericos rebellantes.

Petere admoueri institutum quis possit, vide per Innocen. in capitul. quia diuersitatem, de concessio. præben. fol. 153. numero 1.

Petrō ecclesiæ canonicam mihi debitā de bis, quæ Titius reliquit tali ecclesiæ in testamento. Dicit Innocen. quod procedit libellus si ecclesia non potest specificè exprimere quid & quantum. si. si pars hære. pe. l. penul. in fi. ff. de rei ven. l. quæ de tota, ita no. Inn. in c. 2. de sepul. 168.

Petitio vbi est generalis, tunc sententia potest ferri generalis, ita no. Abb. in c. licet causam, extra de proba.

Præsumptio præsumitur pro sententia excommunicationis, licet non transeat in rem iudicatam, secus in aliis sententiis, ita not. Innocen. in c. bonæ, de elec. fol. 23. nume. 8. & vide infra in ver. Testis, in 69.q.

Præsumitur quis idoneus ad simplicia beneficia, nisi contrarium probetur, ita no. Abbas in c. ludum, de proba.

An præsumatur pro processu, vel pro sententia, vide per Innoc. in capitul. quoniam contra falsam, de probatio. fol. 108. nume. 8. & per eundem in capit. dudum, de præsump. fol. 116. numero 2.

Præsumitur pro sententia, & pro actis, si constet de actis, secus si non constet, nisi post repus exercendæ appellationis, quia tunc omnia præsumuntur solenniter acta, ita no. Innoc. in c. in præsentia, de renun. fol. 40. Citatio tamen non præsumitur, vt not. Guil. de Cun. in l. penulti. ff. de in ius voc. Bald. vide infra in verbo, Sententia, in 1.q.

Præsumitur pro sententia iudicis ordinarii, sed pro sententia iudicis delegati non præsumitur, nisi appareat de iurisdictio. ita no. Inn. in c. cum in iure, de offi. deleg. fo. 59. nu. 4. vide infra in ver. Sententia, in 41.q.

Præsumitur pro sententia quo ad æquitatem sui, non quo ad acta iudicij, nisi sit lata inter præsentes & non contradicentes, ita nota Inn. in c. cum in iure peritus, de offi. deleg. fol. eo. facit. C. de rela. l. 1. & vide. ff. de fideiuss. tuto. l. cum ostendimus. §. si. & per Bar. in l. si. ff. quando appel. sit. Bald. & per Inno. in c. quoniam contra falsam, de proba.

Præsumitur subtraxisse, qui saccum dissigillat, & contra eum iuratur, tamen iudex taxat, ita not. Innoc. in capitul. super eo, quod met. cau. fol. 73. nume. 2. vide supra in verbo Litera, in 15. quæstio.

Præsumitur minus pro susceptione habitus quàm pro voce expressa, ita not. Innocen. in capitul. 2. quod met. cau. fol. eo. nu. 3. vide infra in ver. Sententia, in 43.q. & infra in ver. Tantum, in 1. quæstro.

Præsumptio contra petentem facit, quod petitio restit. in integr. non retardat petitionem executionis, ita not. Innoc. in ca. fi. scitata de in integr. restit. fol. 76. Hoc est verum in vehementi præsumptione iuris sicut est pro sententia Principis & præfecti prætorio, vt ff. de offi. præfec. præto. l. 1. Secus in nuda præsumptione hominis, quia propter eam non receditur à iure communi, vt l. absentem. ff. de pœnis, sed argu. contra. de ordi. cogn. l. fina. & C. de falsis. l. satis. Bald. vide supra in ver. Abbas, in 15. quæstio.

Præsumitur habere iusti orem causam ille, qui prætendit antiquiorem pos. ita not. Inn. in c. pastoralis. de cau. pos. & proprie. fol. 92. nu. 6. facit. ff. de act. emp. l. si ea res. Et hoc, quādo patet de proprietate possessionis quod no. Bal.

Præsumptio iuris, & de iure quando dicatur, vide Innoc. in capit. quia verisimile, de præsumpt. fol. 116. num. 2. Et præsumptio operatur multa & varia, vt ibidem Inn. vide de sponsa. cap. is quod, in glo. vlti.

Præsumitur quis velle defendere suum factum, ita no. Innoc. in c. diuersis, de cle. coniuga. fol. 144. nu. 3.

Præsumitur de poss. de eodem facto numero, qui concordant in loco tempore & aliis circunstantiis, ita not. Inn. in c. qualiter, il 2. de accusa. fol. 203. nu. 3.

Præsumitur semper contra coniurantes, nisi coniuratio sit specialis contra diffamatum, ita not. Inn. in c. 1. de schismaticis. fol. 209. nume. 4.

Præsumitur pro assertione iudicis, cui partium consensus accedit, & est ratio, quia partes possunt sibi præiudicare per suam confessionem, ita not. Innoc. in cap. cum S. de eo, qui fur. ordi. fol. 206. ad hoc. C. de fide instrum. & iur. ha. fisca. l. 1. lib. 10. & in l. optimam. C. de contrahen. & commit. stipu. Secus si partes non consentiunt, quid non creditur iudici, vt not. in Authen. si si quis in aliquo documento. C. de eden. per Cyn. Bartol. & me. Bald.

Præsumitur excommunicatus, qui semel fuit excommunicatus, vt in c. ficut, de sen. ex com. Tamen si quis est excommunicatus sub conditione debet probari conditio, ita no. Inn. in c. proposuit de cleri. excommunicato ministrante. 215.

Præsumitur possidere omnis qui detinet, nisi contrarium probetur, ita not. Innoc. in c. cum olim, de priuileg. il 2. fo. 219. nu. 7. vide 7.q. 1. c. per Areh.

Petrus accepita Christo exercitium potestatis per traditionem clauium, & istæ claues non erant militares, sed spirituales, ita no. Compost in c. transacto, de constitutionibus.

Præter hæc iura, istud dictum ponit Innoc. in ca. dudum, de elec. fol. 23. ibidem enim dicit, quod ista dictio non includitur in dispensa. sed remouet vitium obreptionis.

Præceptum iudiciale requirit causæ cognitionem & probatam, secus in extraiudicialibus præceptis, ita not. Innoc. in capitul. ad aures, de tempor. ordi. fol. 43. numero 1. & in capitul. 2. de in integ. restit. fol. 74 Et vide quod not. Ber. ind. capitul. ad aures, quod not. ff. de appella. l. si creditor. §. iussus, & l. non potest videri dolo carere, de reg. iur. & vide intra in ver. Sententia, in 1. quæstio.

Præceptum non ligat quando est dubium de fundamento iurisdictionis, ita not. Innocent. in capitul. cum in iure, de offic. delegat. fol. 59. nume. 1. & vide supra in verbo, Citatio, in 38. quæstio.

Prælatus ea quæ acquisiuit post prælaturam præsumitur de bonis ecclesiæ acquisiuisse, ita no. Abb. in c. 1. de testa. & alias in Authen. de sanctiss. episcopis. §. interdicimus. col. 9. idem dicit gl. in officiali publico, vt not. C. de iur. fis. l. facultas, lib. 10. Secus in tutore & curatore, quia præsumitur industria & non fraude quæsitum, vt C. arbitr. tut. l. si defunctus. Sed vxor de bonis viri vel suis operibus honestis præsumitur acquisiuisse, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

totum acquirit viro, in cuius seruitium, esse debet, vt l. si sicut. ff. de ope. lib. idem in concubina. quia nisi in honore parum ab vxore distat, vt l. item legato. §. parui. ff. de leg. 3. nec debet esse melioris conditionis concubina, quàm vxor, vt l. si concubi. ff. rerum amo. & ff. de verbo. obliga. l. Masurius. Bald. vide supra in verbo, Beneficium, in 3. & 6. quæstione vbi de hoc.

Prælatus qui est notarius potest sibi describere legatum factum ecclesiæ, ita no. In n. in c. cum inter vos, de re iud. fol. 126. quod bene probat tex. secundum eum. Nec obst. l. 1. C. de his, qui sibi ascrib. in test. quia loquitur de illis, qui in propria causa se ascribunt secundum eum, quod no. Bal.

Prælatus sit contrahit nomine suæ personæ, successor in suo beneficio non tenetur. Si autem contrahit nomine officii tunc successor in dicto beneficio tenetur. Hoc verum in rectore vel prælato, secus in prædendario, quia non obligat successorem, quia loco vsufructuarii censetur vsus prebendarius, non loco procuratoris ecclesiæ, sed prælatus & rector vtroque nomine censetur, ita no. Inn. in c. querelam, ne prælati. vi suas. fol. 208. arg. ff. locati. l. si quis domum. Est ergo differentia quis contrahit, & quo nomine. Et vbi dixi teneri successorem, est verum, si contractus est legitimus non in præiudicium ecclesiæ, alias non, vt quia non in vtilitatem ecclesiæ, sed personæ redundauit, vbi non tenetur successor, quia obligatio non est in re, sed in personam scripta tene menti. Bal.

Prælati licet sint de inferioribus possunt dispensare cum illiteratis, ita no. Inno. in c. 1. de sum. Trini. fol. 1. Tamen ille qui allegat dispensationem oportet eam probare, vt ibidem Hostien. vide omnino infra in verbo, silentium, in 2. quæstione, & infra in verbo, Procur. in 4. quæ. & infra in verbo, Renuncians, in 1. quæst. & vide supra in verbo, Conuentus, in prima quæstione.

Prælato nominato videtur ecclesia nominata, ita no. Hostien. in c. edoceri, extra de rescriptis.

Prælatus admittitur pro conuentu cum cautione de rato, & si bona sunt diuisa, ita not. Hostien. in d. cap. edoceri, & ibi per glo. facit ff. de maio. l. pater. Bald. vide supra in verbo, Dignitas, in 1. quæst.

Prælatus agere potest pro obedientia sua, secundum Inno. in d. c. edoceri, de rescrip. fol. 9. nu. 4.

Prælatura inferior ab episcopatu, vel sacerdotium non liberat à patria potestate, ita no. Inno. in c. Indecorum, de æta. & quali. fol. 44. numero primo, vide supra in verbo, Natus, in 1. quæst.

Prælatus vbicunque facit aliquid scienter, quod est contra ius cõmune si factum est tale, quod dispensare possit super eo, tunc id factum habetur pro dispensatione, quod est no. ita no. Inno. in c. diuersis, de cle. coniug. fol. 144. nu. 1. probatur etiam per l. quidam consulebant ff. de re iud. quod tene menti pro reformationibus factis per consiliarios contra formam statuti, quia si habent potestatem suspendendi statutum, videntur tacitè suspensa, & in eis dispensatum. Bald. Ad hoc vide etiam quod no. Inn. in c. veniens, de fil. presbyte. fol. 46. & quod no. 54. di. c. si seruus, Bal. & vide infra in verbo, Vxor, in 3. q. & supra in verbo, Administrato, in 2. quæstio. Sed contraria glossa est in capitul. 1. de æta. & quali. libr. 6. & glo. 16. quæst. 1. Ecclesia habet senatus.

Prælatus ecclesiæ de qua culpa tenetur, vide Innocen. in capit. eæ quæ de officio Archidiaco. fol. 50.

Prælatus petit rectorias nomine suo, sed res ecclesiæ nomine ecclesiæ, ita not. Innocen. in cap. in literis, in fin. de restit. spol. fol. 95. nume. 14.

Prælati habent administrationem liberam cum donatione modicæ rei, secus in aliis administratoribus, ita no. Inn. in c. veniens, de præscrip. fol. 125. nume. 5. Non enim est ita coarctandus administrator Dei sicut hominis, quia Deus nobilissimus est, ar. ff. de dona. l. filius, moriſque nobilium est donare, vt ff. de natarest. l. quæris. Et ideo maior & liberalior est potestas prælatorum, quàm aliorum administratorum, secundum eum ibidem, tene menti. Bal.

Prælatus si habet conscientiam læsam, ecclesia vero habeat bonam fidem, quid debet facere prælatus, vide Inn. de præscrip. c. fin. fol. eo. & ibi gl. in fi. in c. bonæ, de postu. & 50. dist. c. generalis, 22. dist. de Constantinopolitanæ.

Prælatus excommunicatus an propter excommunicationem debet cessare ab administratione prælaturæ, vide per Inn. in c. extuæ, de cleri. non residen. fo. 145. nume. 6. & vide tex. in c. veritatis, de dolo & contu.

Prælati plures possunt esse in ecclesia, vnus sub alio qui subalternantur alteri, ita no. Inn. in c. cum nõ, de præben. fol. 147. nu. 2.

Prælatus quando quis est de facto, licet non de iure, valeat quæ gessit sicut in Barbario, ita no. Inn. in c. literas, de concess. præben. fol. 254. num. 2. & est sententialis admonitio necessaria secundum eum ibidem, & vide glo. in c. nihil, de electió. & in c. 1. de schismati.

Prælati an possint dare minoribus vel inferioribus eis potestatem conferendi beneficia, vide Innocen. in capitul. constitutus, de concess. præben. fol. eodem. vide glo. in c. si. de offi. vicar. lib. 6. & in c. penulti. de offi. lega. lib. eo. & de elect. in c. cum concessa in clemen.

Prælatus concedendo in feudum, feudum solidum non dicitur alienare, ita not. Abba. in capitul. secundo, de feudis. nam consuetudo conuertitur in naturam, vnde videtur talis esse natura rei, argumen. ad idem. ff. de legat. 3. leg. pater. §. quindecim, in ratione sui, & leg. prima. §. permittitur. ff. de acqua quotidi. & & æstiu. Bald. vide glos. in capitulo significauit de cen ibus. & 35. quæstio. 8. de gradib. per Archi. vide Paul. in capitulo primo, de rescriptio. in clemen. & in capitul. secundo de feudo, & quod not. idem Innocen. in capitul. vt super, de reb. eccle. non alienan. 159

Plebanus dicitur habere curam animarum, ita no. Inno. in c. ad audientiam, de ecclesijs ædificandis. fol. 188. & vide supra in ver. Actor, in 12. q.

Præsentatio clericorum habet vim electionis, ita no. Inn. in c. cum autem, de iure patro. fol. 182.

Præsentatio an dicatur fructus, vide Inn. in c. consultationibus, de iure patro. fol. eodem. nu. 1

Præsentatio rescripti debet fieri capitulo, nec sufficit fieri executoribus, secundum Host. in c. in litetis, de rescrip. vide infra in verbo, Tempus, in 2. qua. & vide tex. de concess. præben. in c. si soli, &c. capitulo, eod. titul. lib. 6. & glo. in c. bonæ, il 2. de electio.

Priuilegium quod continet ius commune, non est priuilegium, ita no. Inn. in c. 1. de rescrip. fol. 4. nu. 4. nisi concedatur inhabili, vt l. si quando. C. de inoff. testamen. facit ff. mand. l. qui mutuam, & C. de fideicom. l. quidam rectè. Sed si aliquid addit vel detrahit iuri communi, tunc est priuilegium, vt l. ius ciu. fe. ff. de iust. & iu. Sed si statutum continetibus, cõmune bene est statutum, sed recipit intellectum iuris communis, vt l. 2. C. de nox. & tolluntur contraria l. sicut ius commune, vt no. in c. 1. de cõstitu. lib. 6. Idem dicit in consuetudine, vel dic quod consuetudo non est consuetudo, nec essent aliter, nec effectualiter, sed est mera obseruantia iuris scripti, non noua præscriptio consuetudinis, quia non inducitur tempore, seri in vsura facti inducitur, Bal. vide supra in ver. Consuerudo, in 9. q. & supra in ver. Causa, in 7. q.

Priuilegium & indulgentia continere debent aliquid specialitatis, ita no. Host. in c. 1. de rescrip. vide in c. si Papa, & in c. in his, de priuil. lib. 6

Priuilegium speciale dicitur illud, quod conceditur alicui ordini, secundum Host. in c. si quando, de rescrip. vide omnino infra in ver. Statutum, in 5. q. & supra in ver. clericus, in 5. q.

Priuilegium carnale fortius est, quàm spirituale, ita no. Host. in c. 1. de transla.

Priuilegia rectorum Marchiæ in appel. interpositis ad sedem Apostolicam ponit Innocen. in capitu. cum venissent, de eo qui mit. in pos. fol. 100. numer. 1. vide supra in verbo, Clericus, in 40. q.

Priuilegium super litis pendentia impetratum valet, si faciat mentionem litis, ita no. Inn. in c. dilectus, ve li. penden. fol. 101. nu. 1. Et quando dicitur lis pendere, an per solam citationem, in tali casu vide gl. in c. causam, de testi. vbi gl. videtur dicere, quod per solam commissionem causæ, vide etiam tex. cum glo. in c. 2. ut l. penden. in clem.

Priuilegia præiudicialia sunt stricti iuris propter vitium ambitionis, ita no. Host. in c. dudum, de priuil. facit text. in ca. quamuis, de præben. lib. 6.

Priuilegium concessum ministris eorum personam nõ egreditur, ita no. Inn. in c. permittimus, de sen. ex com. fol. 231. facit. ff. de leg. 2. l. cum patronus, & ibi per Iac. de Are. vide ad hoc gl. not. in c. priuilegium, de reg. iur. lib. 6.

Priuilegium rumpitur quo ad numerum canonicorum eo ipso, quod quis recipitur ultra numerum canonicorum, & per consequens quo ad numerum portionum, vbi præbendæ non sunt distinctæ, quia talis portio accessoria est, & rumpitur rupto principali ut ff. de iniusto testa. l. nam. & simil. §. rumpendo. Secus vbi præbendæ sunt distinctæ, quia tunc rupto canonicorum numero ad hoc stat numerus præbendarum, cum præbendæ petri non possint antequam vacent, & tam numerus canonicorum, quàm præbendarum est principalis, & ideo rupto uno nõ rumpitur reliquum, arg. C. si pend. appella. l. 3. secundum Abbatem in c. dilectus, de præben. tene menti. Bal.

Priuile-

Priuilegium suum allegare quis tenetur, sed non priuilegium aduersarij, ita no. Abbas in c. si duobus.

Princeps rescribit tribus modis, scil cet secundum legem, præter legem, & contra legem. Contra ius diuinum vel naturale, contra ius gentium, & contra ius ciuile, seu positiuum, & tunc aut ius ciuile venit ad corroborationem iuris gentium, vel ad coadiuuandum vt actionis, aut per se, vt l. penul. ff. de const. prin. & l. fina. C. si contra ius uel vtili. publi. & not. Inno. in ca. 1. de rescrip. fol. 4. & vide supra in versicu. Papa, in 1. quæstio. & supra in vers. Imperator, in 1. & 2. q. vide omnino infra in verbo, Rex, in 1. & 2. q.

esset contumax,vt ff.de confessis,l.certum . Sed non nocet quo ad præiudicium excommunicationis,vel personæ, quia super ipsam personam non habet man.& hoc verum,nisi ipse dominus dissimulet, & particeps fiat ipsius contumaciæ, quia tunc ipse est causa excommunicationis ipsius,non procur.vt C.de exac.mili.ann.l.2.lib.12.Potest etiam esse contumax procur.in ipsa sententia,quia personaliter citatus dixit, nolo venire,& ex hoc dominus patitur sententiam, sed non priuatur beneficio appellandi, quia dominus non est verus contumax,ex quo procu.excessit fines mandati, tamen sententia valet propter culpam domini, qui malum procuratorem constituit.Post santentiam potest procur.esse contumax in non appellando,& tunc si est soluendo, præiudicat domino,secus si non est soluendo,vt ff.quando appell.sit.l.pen.in fi.& no.C.de appel.aut.hodie,quod est no.Bal.potest etiam procur.esse contumax in appellatione interposita prosequenda,& tunc indistinctè nocet domino, nisi dominus adiuuaretur extraordinario remedio per restitu.in integ. vt ff.de mino.l.etiam si fine,§.fi.de dolo.l.arbitrio,§.pen. C.de iudic.l. properandum,in fi.& d.l.præses,de appel. Vnde scias, quod licet procur.verus contumax non audiatur appellans, tamē dominus propter contumaciam procur. intra decem dies poterit appellare,ita tamen quod illi decem dies computentur à die latę sententię,si autem dominus est fictè cōtumax,quia citatus fuit ad domum, sed non repertus, habet decem dies ad appellandum,& isti decem dies à die scientiæ computantur,quod est dictum singulare,licet gl.in c.præsentiū,in glo. per hanc,dum allegat 2.q.6.biduum,infra de testi. videntur sentire contrarium,vide ista no.per Inn.in c.j.vt li.non cont. fol.85.num.1.& 2.& ibidem per Host.vide supra in ver.Citatio,in 38.q.

Procurator post litem contest.impeditus debet constituere proprium procuratorem suis propriis expen.vnde licet non haberet de pecunia domini expendat de sua bursa, secundum Inn.tamen repetet à domino per actionem mandati,secūdū Host. Sed ante litem cont. non imputatur si non substituit, etiam si habuit mandatum ad substituendum,ne domini diligentia,qui dedit manda.ei noceat ad substituēdum:nemo n.qui constituit procur.tenetur dare mand.ad substituendū, & si hoc facit sibi nocere non debet,nec debet fieri eius conditio deterior.vbi autem procur.non habet mand. ad substituendum ante li.cont.ideo non imputatur, si non substituit, quia non potest,sed quædam lex videtur dicere, quod non prius teneatur expendere,quā recipere,ff.man.l.si vero non remunerandi,§.fi.quæ omnia tene menti.Bal.

Procurator ad negocia potest dominum nominare in iudicio, & quasi declinatoriam habeat opponere,secus in procura.ad iudicia,ita no.Inn.in c.quoniam,vt li.non cont. fol.86

Procurator ecclesiasticarum personarum iurat de calumnia sine mandato speciali,& est speciale in personis ecclesiasticis,ita no.Inn.in c.j.de iura.calu.fol.87.nu.4. quod præstatur super tota causa. Sed ad iurandum in emergenti nō requiritur speciale man.nec vbi lis non contestatur,ff.de procu.l.non solū, in prin.de dam.inf.l.qui bona,§.qui alieno,vbi de hoc. Bal. vide supra in ver.Exceptio,in 7.q.

Procurator debet mitti talis,& ita instructus,quod sciat veritatē negocij,alias si interrogetur, & dicat se nesire veritatē quia ignorat factum, facit dominum suum haberi pro cōtumace quo ad expen.imputetur.n.domino quare non misit procur. instructum & scientem negocij veritatem,ita no.Inno.in c. in pertractandis,de iur.cal.fol.88.vide supra in ver.Impeditus,in j.q.

Procurator licet iurauerit de calumnia,tamen si dominus tanquam legalior interrogetur, nihilominus dominus tenetur iurare,ita no.Inn.in c.fi.de iur.cal.fol.eod.nu.1.

Procurator quando dubitat,debet habere inducias ad dominū consulendum,ita not.Innocent.in c.exposuit,de dila. fol.89. num.2.vide supra in ver. Actor,in 2.q.ibi,causa facere procuratorem.

Procurator substitutus ad impetrandum potest alium substituere,si habuit ad hoc speciale mandatum, ita no.Host.in ca.ex parte decani,de rescr.vide supra in ver.Citatio,in 31.q. & supra in ver.Licentiatus,in 5.q.supra in ver.Dominus,in 3.q.& supra in ver.Nomen,in pen.q.

Procurator non potest iurare in animam domini,nisi habeat ad hoc speciale mandatum,ita no.Inn.in c.quia propter,de ele. fo.32.nu.14.

Procurator non prorogat iurisdictionem consentiendo,sed excipere omittendo,nisi ad hoc habeat speciale mandatum,ita no.Inn.in c.de causis,de offi.del.fol.52.nu.j.

Procurator litis non prorogare potest iurisdi.de re ad rem sine speciali mandato,ita no.Inn.in c.cum olim,de offi.del. f.59. num.2.post primā manum,& ibi casus.vide infra in ver.Socius,in 3.q.

Procurator potest renūciare exceptioni dilatoriæ,& etiam probationi exceptionis peremptoriæ. Alij dicunt non valere renuncia. quia per procuratorem remitti non potest exceptio, sed omitti,ita no.Inn.in c.cum olim,de off.del. fol.eo.nu.3. Hæc vltima est verior,quia remissio est donatio,vt ff.de dona.l.si quis delegauit. Item quia procurator constitutus non potest renunciare exceptioni,puta non num.pec. C.de noua. l.non attulit. Nec fideiussor,vt no.ff.mandati. l.si fideiussor, §.quædam. Tamen ex ordine iudiciorum potest procurator concludere in causa,licet hoc modo renuncietur omnib. de cætero actitandis,vt no.ipse in c.pastoralis,de cau.pos.& pro prie.fol.92.& per Io.And.in c.fi.de in integ.rest.lib.6.Bal.

Procuratorem constituens nō dicitur habere aduersarium, nec iudicem,antequam adeat,& ideo si reuocat procuratorē ante litem cont.nec tenetur intimare,nisi procuratori,ita no.Inn. in c.ex insinuatione,de procu.fol.70.in prin.& lit.mota,si lis est contestata,valet cōtestatio,sed an valeat reuocatio,secundum eum in c.in nostra,in gl.aduersa,c.ti.

Procuratore constituto ad litem cont.& subst.potest per se cām peragere totam,ita no.Inn.in c.petitio,de procur. fo.71.nu.3. ff.de procur.l.qui procuratorem dat. Bal.

Procuratorem non sufficit dimisisse,si procu.noluit comparere, & dominus eum cōstituens tenetur de impensis, ita no.Inn. in c.constitutis,de procu.fol.72.nu.3.

Procurator ad negocia,& mediator testificatur si partib.placet, alias non,ita no.Innoc.in c.Romana,de testi.fol.122.de primo vide gl.in d.cap.Romana,de secundo,vide in c.j.de testi.lib.6.

Procurator conuentus non secundum suum credere, sed secundum voluntatem & placitum maioris partis conuētus debet respondere,secus in Abbate, qui prosequitur suum ius, ita no.Inn.in c.ad hæc,de testa.fol.165. & ibi vide per eundem, quod Abbas potest reuocare procuratorem constitutum à conuentu.Inn.Bal.

per Procuratorem generalem quæritur possessio domino,secundum Bar.in l.qui indonatum, ff.de dona.& ibi vide per eū, quid in pacto adiectionis in diem,& l.commissoriæ.

Procuratorem an quis facere possit inhabilem,& ad substituendum habilem. Bar.quod non,si in eo procu.officium radicatur; secus si nudum præstat ministerium, per l.j.§.cæterum, ff.de acqui.pos.& per Ioann. And.in c.religiosus, de procu. in clem. Casus est de hoc in terminis,in ca. procu.de elec. lib.6.

Producens,vide omnino supra in verbo,Instrumentum,in j.q. & in ver. Attestati,in 2.q.

Promittens non exigere,non incidit in pœnam, si aduersarius suus cui promiserat sponte soluat,ita no.Innoc.in c.constitutus,de pœnis,fol.223.quod not.facit ad no.in l.3.ff.solut.mat. Bald.

Promissio facti vni iudici non extenditur ad alium iudicem, ff.iud.solu.l.pen.ita no.Abbas in c.præterea, de testi.cogen.

Promisi centum vel aliam quantitatem nomine pœnæ dare, & si non soluerem,vel non facerem,quod promisi,certè quantumcunque fuerint ista centum nomine pœnæ, non tamen cogor soluere istam pœnam, sed solum interesse, ita not. Innoc.in c.suam,de pœnis. fol.223.quod singulariter est no. Bald.

Promissio facta auctoritate mandati de ea persona, ad quam non trahitur mand.est nulla,ita not. Inn.in ca.cum olim,de præben. fol.151

Prouisor seu executor,si non seruat formam mandati sibi facti, nulla est prouisio,sed sunt quædam clausulæ monitoriæ, seu oratoriæ, quædam sunt modales, quædam conditionales. Monitoria clausula est quando committens dicit, prouideas tali,si est idoneus, quæ clausula non facit conditionem, & valet prouisio etiam si ille non fuerit idoneus, dummodo sit habilis,licet non sit dignus,nec sufficiens.conditionalis clausula est,quando committens dicit,prouideas tali si est oriundus de prole militum,vel de nobili ciuitate vel genere,nam si non est talis,qualis esse debet, non tenet prouisio,quia forma prouisionis erat limitata propter appositionem conditionis, & hic executor non habet examinare ista conditionaliter,sed de plano in domo non in iudicio,quia est merus executor,qui debet exequi sine causæ cognitione.Simile no.C. de his qui.vt indig.l.si ea tamen legitimum contradictorem audire debet talis executor, maximè si citare incœpit, quia forte

forte sic assumpsit in mandato iudicis, & super auditis per eum debet pronunciare.ff.de confir.tuto.l. tutores à patrono,in ver.idoneum pronunciando. Itē ab ista sua pronunciatione potest appellari intra decem dies, sicut à grauamine seu à sententia. Sed si non assumpsit partes iudicis potest perpetuo opponi de defectu conditionis. Alij dicunt, quod licet citet vt iudex illū cuius interest,& cui p̄iudicat,tamen hoc facit,vt summariè se informet,nō vt pronunciet,& ideo non est processus iudiciarius,nec debet pronunciari, vel appellari.Hoc ergo constat in ista cōditione,si est ita,quod nō exigit citatio. Si autem non dicuntur verba conditionis, si est ita,sed dicantur,si tibi constiterit,tūc exigitur citatio,tanquam sit de forma commissionis,si alius læditur, tamen ille,cuius non interest,non potest opponere, quod non sit citatus ille,cuius interest. Sed si non læditur alius,tunc nemo citandus est,quia vt vt simplici bono viro, non vt disceptatori committi,ita no.Inn.in ca.dudum,de præsump.fol.116. quod no.quia quotidie accidit de istis executorib. Adde & omnino vide quod no.ff.de bo.pos.l.3.§.pe. Modus quoque insertus intelligitur de forma, non ad essentiam actus, sed ad executionē,vt no.C.de sent.l.cum eorum,& vide quod no.ff.de condi.& demon.in rubrica,& vide etiam in c.1. de offi.deleg.in cle.casus breuis est,executor & prouisor nō tenetur citare,nisi partes iudicis assumat sponte vel coactè ex forma mandati,& ista est substantia. Bal. Vel conclude ex præmissis,primo de officio executorum. Item quod merus executor debet exequi,& de plano, & sine figura iudicij & causæ cognitione.Item quod si in rescriptis sententia vel si mihi alio opponatur aliqua conditio, quod ante omnia dēt cognosci de conditione si est vera.Itē quando conditio additur alicui ad hoc,vt actus producatur in esse, dēt actus extitisse.ad hoc vide.ff.de condi. & demon.l. qui hæredi.§.fi.& in rubrica eod.titu. Item quod in casu quo executor citet, summariè cognoscere debet Bald.

Postulatio si non admittitur,iniuria fit postulantibus, licet dicatur,quod postulatio gratiæ solum innitatur,ita not.Host. in c.bonæ,de postu.præl.& vide supra in ver.Electio,in 1. q.& idem tenet gl.in c.penul.de postul.

Postulabiles qui sint,& qui intelligibiles,vide per Host. in c. fi.de postu.præla.& vide omnino supra in ver.forma, in 1.q.

Postulatur nō professus,ita dicit Host.in c. cum monasterium, de elec.& vide per Arch.in c.nullus,de ele.lib.6.

Punitur non delinquens pro facto delinquentis in factis vniuersitatis,ita no.Inno.in ca.quia propter,de elect.fol.32. nu.9.& vide infra in ver. Testis, in 16.q. & infra in ver. Reus, in 6.quæst.

Puniuntur plus auctores quàm factores,ita no.Inn.in c.nouit, de sent.excom.fol.230.nu.3.& vide ca.1.de vsur.in cle. & supra in ver.Calumniator, in 1.q.

Punitio criminis vsurarum spectat ad iudicem secularem,non ad episcopum,ita no.Inn.in c.ad nostram,de iureiu.fol.117. Et an notarius qui facit instrumenta vsurarū veniat puniendus,vide 46.dist.c.sicut,& 10.dist.c.non licet.Et quare vsuræ prohibitæ sunt,vide in Auct.nullum creditorem agricol. in prin.col.3. Adde ad p̄dicta quod no.in c.inter nos, de purg. cano. Inn.ponit multas rationes quare sunt prohibitæ,super rubr.de vsur.fol.213.& Host.in c.2.

Publicatio,vide omnino supra in ver.Citatio,in 38.& 40. q.

Purgatio an includat inquisitionem.dic quod sic, si causa incepit à præcedenti inquisitione, secus si à præcedenti purgatione,ita no.Inn.in c.cum in iuuentute,de purg.cano.fo.222. Et ille,qui se purgat,absoluitur ab infamia, vt per Inn.in c. cum dilec.de pur.cano. 222

Purgatio si non fuit præstita,prout debet,interim alia præstari debet,ita no.Inn.in c.cum dilec.de purg.cano.fol. eo. nu.5. & vide supra in ver.Casus in 3.q. De hoc videtur casus in c. ex tuarum,da purg.cano.

Q

QVALITAS agendi est exprimenda in libello,si ex ea in aliud transferatur iurisdictio, vel delictum arguatur. Et sic vbicunque ratione qualitatis, vel circunstantiæ datur iurisdictio,quæ alias non daretur,ibi non procedit libellus,nisi qualitas in libello exprimatur,ita no.Inn.in c.cum sit generale,de foro compe,fol.82.nu.2.

Qualitas facti,puta notorietas,vbi aufert iurisdictionem, non sufficit probare simplex factum, quia est iudex incompetens,vt conseruator,ita not,Inno.in ca.statuimus,de offi.de leg.fol.61.nu.2. De hoc hodie est casus in c.1.eo.tit.lib.6.

Quæstio finium regundorum cohæret causæ proprietatis, & super proprietate & possessione recipiuntur probationes,ita no.Inn.in c.ex literis,de prob.,fo.102.nu.3. Sed ex possessione præsumitur proprietas, tamen valet possessio in diuersoriis iudiciis,vt l.2.ff.fami.ercis. hoc verum si habet possessionem titulatā,alioquin præsumitur prædo: si non habet aliā causam adiicere,nisi possideo,quia possideo. ff.de peti. hære.l.qui interrogatus.ff.communi diuidun.l.communi diuidun.§.inter prædones. Alij dicūt meram possessionem sufficere ad dominium præsumendum,quia hæc actio non requirit verum dominium,& quia incidenter deducitur,secūdum Old.& Bar.ff.de condi.instituti. & vide quod legitur, & no.ff.si pars hære.pe.in l.1.§.proinde.Bal.

R

RATIO, Rationes quæ sunt ex officio, puta ab argentario vel mercatore,& similibus. Vel quæ non fiunt ex officio,licet mandantibus partibus,sunt edendæ plenè,cum dic & consule,quia rationum discussio aliter non potest patere: nam rationes continent data & accepta, & per computum. ff.de edendo.l.si quis ex argentariis. §. rationes. non autem est rationum solus contractus, vel vna apodissa vnius promissionis vel confessionis. Propria vero & priuata iō vnius non est alteri edenda.Fallit in vsurario, vel ratione animæ, vt per resti. vsurarum à peccato anima liberetur, vel odio vsurarum,vt in c.1.de vsuris, in clem. Domesticæ autem rationes quas quis scribit in suo memoriali,non ex officio,sed ex animi sui motu suæ sunt. Item instrumenta quibus quis vsurus est,tenetur edere siue docere.ff.de arbi. l.non omnibus,nec cogitur quis suum aduersarium instruere de suis testibus propter metum subornationis.Originale tamen semper debet reddi producēti,vt l.probatoria. C.de diuersis offi.lib.12.omnia ista tangit Inn.in c.1.de proba.fol.102.sed nō ita plenè,nec clare Bal.

Ratificatio non augmentat numerum, quia absentes non computantur in numero,ita no.Host.in c in Genesi, de elec.

Ratificari non potest sine solennitate id, quod ab initio fieri non potest sine solennitate,ita no.Inn.in c. cum dilecti, de emp.& vendi. 160

Ratihabitio non sufficit,vbi tractatus debet præcedere,nisi pręmisso tractatu.Innocen. in cap. cum nos,de his quæ fiunt à præla. 157

Rescisso vel actio ad rescindendum ob dimidiam iusti pretii excessam non habet locum in transactione, ita no.Inn.in c. cum causa,de emptio.& vend.fol.161.& not. ff.ad Trebel.l. Lucius.§.fi. Dumtamen transactio sit bona fide facta. Bald. Innocen.

Rector ecclesiæ non potest transigere vltra tempus suæ vitæ sine auctoritate episcopi,ita no.Inno.in c.veniens, de transa. fol.69.& ibi casus.vide supra in ver. Citatio,in 36.q.

Rectores collegiorum habent iurisdictionem in causa vniuersitatis & singulorum,& etiam alii, qui non sunt de collegio, possunt coram eis agere contra totam societatem, & contra singulos de societate,ita not.Inno.in c.cum ab ecclesiarum, de offi.ordi.fol.63. num. 2. Et statuta eorum valent corā suo iudice.vt l.2.in fi.C.de consti.pe.Bal.

Rector collegii electus debet confirmari à superiore in realibus collegiis,ita no.Inno.in c.cum inter dilec.de exces. præla.fol.216.idem in personalibus secundum quosdam,ibidem Innocen.

Religiosus,vide infra in ver.Sepultura,& in ver. Templis, in 1.quæstio.

Relatio. De materia relationum vide plenè Inn.in c.intimasti, de appel.fol.139.nu.1.vsque ad nu.4.vide supra in uer.Credulitas,in 6.q.

Regnum propter delictum primogeniti deuoluitur ad sequentem,ita no.Inn.in c.licet,de uoto.fol.176.& ibi casus.

Registrum,quid dicatur registrum, & an scripturæ registri faciant fidem,uide de omnibus istis per Inn.de procur.c.1. 70

Regula uel statutum ipsius regulæ non sunt ius, ita no.Innoc. in c.dudum,de conuer.coniu.fol.175.nu.4. uide infra in uer. Superior,in 2.q.

Regula ex quo est approbata per Papam nemini licet contradicere,ita no.Inn.in c.ne Dei, extra de simonia. 207

Rescriptum & instantia ex ipso fundata non transit contra singularem successorem,nec ex eodem rescripto potest conueniri. Et quod dicitur instantiam ad successorem transire, de uniuersali est intelligendum,ita no.Inn.in c.quia V. de iudiciis.fol.80.supra in uer.Forma,in 3.q.

Rescripta

Universidad de Deusto
Biblioteca

Margarita Baldi loco Repertorij.

Rescripta quando dicuntur sibi inuicem derogare, vide plenè per Hostien. de rescript. ca. 1. de priuilegijs iuris, vide. ff. de mino. l. si apud. Bald. & vide supra in verbo Nomen, in vlti. quæstio.

In Rescriptis semper debet fieri mentio de religione secundú stylum curiæ, ita no. Host. in c. si quando, de rescript. & vide supra in ver. heremodicium in 1. q.

Rescripta an sint perpetua, vide plenè per Host. in c. sedes Apostolica, de rescript. & de præualentia literatum, ibidem per Inn. & Host. 7

Rescriptum an afficiat successorem beneficij, vel patrimonij, vide Innocen. in capit. significauit, de rescript. fol. 12. & ibi casus.

Rescriptum non iuuat impetrantem, si cõtra rescriptum facit, quia non intelligitur pro eo rescriptum, qui contrarium facit eius, quod est scriptum, ita no. Inn. in c. mãdatum, de rescrip. fol. 13. nu. 4.

Rescriptum accipit vires ex intellectu scribentis, ita not. Inn. in c. cum ecclesiasticæ, de excep. ol. f. 120. & in ca. cum olim, de præben.

Rescripta beneficialia tanquam ambitiosa sunt restringenda, ita not. Inno. in c. cum olim, de præben. fol. 151. nu. 4. sic ad ad lites quasi odiosa. Inn. & vide de hoc tex. in c. quamuis, de præben. in 6.

Reprobatus, vide supra in verbo, Approbatus, in 1. q. & ibi dixi de ista quæstione, vt ibi vide.

Resignatio beneficij an possit fieri in alijs manib. quàm episcopi, vide Inn. in c. ex insinuatione, de simonia. fol. 206. & vi de gl. in c. 1. de renun. in cle.

Residentia, vide omnino supra in verbo, Beneficium, in 5. q. & vide omnino supra in ver. Clericus, in 6. q.

Responsio, vide omnino supra in verbo, Positiones, in 2. q. & infra in verbo, Reus, in 5. q.

Respondere non debet quis aduersario suo, nisi de mandato iudicis. Tamen si sponte respondet, sibi præiudicat & imputetur sibi, ita no. Inn. in c. prout, de dolo & contu. fol. 98. nu. 1. vide gl. in c. cum in causa, de iura. calum.

Respondere quis non cogitur positioni vel interrogationi, quã do crimen obijcitur, nisi obijciens obijciat crimen cum notorio vel infamia vel sententia, quia vbi debet quis se purgare, ibi debet & respondere, ita no. Inn. in ca. cum super de confes. 102

Respondere tenentur querelantibus omnes illi, qui sunt in cõsilio prouinciali, ita not. Inn. in c. graue, de præb. fol. 150. nu. 7. Tamen in criminali nemo respondere tenetur sine citatione, de quo est casus in c. 1. de iudi. & vide Io. And. in c. fore de elec. lib. 6. Et in generali consilio quilibet habet ius reuocandi domum. ibid. Inn.

Respondere nolens intelligitur esse contumax, nisi sit liquidũ qualiter non tenetur respondere, ita no. Inn. in ca. veniens, de accusa. fol. 201. nu. 3.

Reconuentio locum non habet, vbi officium iudicis incidenter imploratur, nec in causis summarijs, nec in causis appellationis, ita not. Host. in c. 1. de mutuis petiti. facit. ff. de procur. l. sed & hoc. § non solum, & l. omnium. Bal.

Reconuentio nec etiam conuentio habet locum coram iudice delegato dudum post lit. contest. quia tex. legis limitat tẽpus, dum dicit mox à principio. Sed coram iudice ordinario habet locum conuentio, non reconuentio, ita no. Inn. in c. 1. de mutuis petitio. fo. 85. nu. 4. & vide tex. & gl. no. multũ. ff. de procur. l. omnium, quod iudex potest assignare terminum reo pro conueniendo. quod tene mẽti. Et vide de fraude quod quis non possit, nisi sub vno iudice cõueniri, in d. c. 1. in fi. per Inn. & vide in c. dispendia, de rescrip. lib. 6. 14.

Reconuentio vsque quo procedat in petitorio & possessorio, vide Inn. in c. 1. de sequest. possess. & fruc. fol. 101. nu. 3. Et ibi dicit Inno. quod vbi principale negocium non effugit cognitionem iudicis accessoriam, amodo disceptari non potest. quod not. Bald.

Relictum, vide omnino infra in ver. Testator, penult. q. & ibi dicitur relictum ad pias causas, &c. & infra in d. ver. Testator, in 3. q.

Rectè & ritè, istorum verborum vide plenè differentiam supra in verbo, Missum, in 3. q.

Remissio, remitto tibi vnum annum de pœnitentia, quæ sit virtus istorum verborum, vide plenè per Inn. in c. quod autẽ, de pœni. & remis. fol. 224. nu. 3. Et de virtute istorum verborum, quodcunq; ligaueris super terram, &c. vide ibid. Inn.

Remissione condemnationis facta per commune, non intelligitur facta remissio debiti priuatæ personæ, nec condẽna. spectantis ad priuatũ. vide supra in verbo, Guerram, in vlti. q.

Renuncians beneficio, statim quod renunciat, prælatus vel ordinarius potest illud alteri conferre, & potest statim illi auferri possessio sine vlla citatione. Secus si non renunciat beneficio, sed fortè debet sibi auferri propter contumaciam, & non suscipiendo ordines, quia tunc iste propter hoc non est priuatus ipso iure, sed secuta sententia, ita no. Inn. in c. accepta, de resti. spolia. fol. 93. nu. 1. vide supra in ver. Liberatio, in 1. q. in fi.

Renuncians appellationi condemnatur in expensis, ita no. Inno. in c. ex parte, il 2. de rescrip. fol. 5. nu. 1. vide supra in ver. Episcopus, in 2. q. ibi videtur renunciare propria beneficia, & vide omnino infra in ver. Statutum, in 5. q. circa medium.

Renunciare ecclesiæ est magis quam renunciare liti, ita not. Inn. in c. in nostra, de rescrip. fol. 12. nu. 3.

Renuntiare quis non cogitur rei, in qua quis credit se ius habere, ita no. Inn. in c. licet de elect. fol. 19. nu. 2.

Renunciare quis non potest iuri quod ex se absolutè non pender, ita no. Host. in c. de causis, de offi. deleg. & ibi est gl. no. facit 2. quæst. pen. in summa, & de re iudi. ca. fi. lib. 6.

Renunciare non potest quis solennitatibus quæ requiruntur in vero iudicio, sed in compromisso sic, ita no. Host. in ca. de causis, de offi. deleg.

Renunciatio litis potest fieri etiam absente altera parte, ita no. Inn. in c. cum pridem, de pactis, fol. 68. Ex hoc patet, quod potest deferi appellatio pacto contrario, vel per renunciationem expressam etiam altera parte absente, ita no. gl. no. in l. postquam liti. C. de pact. Sed quid si non renunciatur liti, sed alteri iuri. Si quidẽ tacitè renunciatur, valet inter absentes, l. 11. C. de pact. ff. de mino. l. si filius. Aut est ius, quod potest tolli nuda voluntate, puta sola ratificatione, & valet in absentia. ff. de neg. gest. l. Pomp. & l. Nesennius. Aut est ius radicatum, quod non potest tolli nuda voluntate vnius, & tũc si interueniat medium organi, idest nuncius, vel epistola, valet, arg. l. consensu. ff. de act. & obli. Si vero non interuenit instrm, idest organum, vna gl. quæ est in l. non solum. § si liberationis, de liber. legat. dicit quod valet, sed illud esset verum in vltima voluntate, secus in contractibus, vt no. ff. de pact. l. idem in duobus. Bal. & no. bene ista.

Renunciatio & conclusio facta in causa principali non extenditur ad causam appellationis, nisi expressè dictũ vel actũ sit, quod ad causam appellationis porrigat, ita no. Inn. in c. cũ venissent, de testi. fo. 106. nu. 3. Aduerte hic, quia in renunciatione si fuit renunciatum productionib. & allegationib. & tunc est verũ, quod renunciatio ista facta in cã principali non nocet in causa appel. Aut renunciat iuri de quo fit probatio, & nocet renunciatio in cã appel. vt C. de fide instru. l. 3. Bal. Sed an renuciatio & conclusio in causa dicant de essentia iudicij. ita quod si omittantur, processus sit nullus? Et videt quod nõ, quia nõ numerãtur inter illa, quę sunt de essentia, vt no. C. de sen. l. prolatam. Veritas est, quod de substantia est renunciare & concludere, alias nihil valet processus. secundum Doct. & est expressum in c. quoniam contrà falsum, de proba. & in c. cum dilectus, de fide instru. facit. C. de iudici. auct. iubemus.

Renunciari potest testibus. Sed aut est renunciatum generaliter, & tunc si aduersarius de nouo opponat in causa appel. ex quo admittitur ad excipiendum, admittitur ad probandũ. Sed si specialiter renunciatum est testibus super aliquo certo articulo, seu capitulo, & tunc secus, ita no. Innoc. in cum venissent, de testi. fol. 106. nu. 3. Et sic not. casum vbi testes recipiuntur post generalem renunciationem.

Renunciari non potest per statutum appellationi singulorum, sed per pactum sic, ita no. Inn. in c. venientes, de iureiu. 118

Renunciari potest appellationi, ita not. Inno. in c. constitutus, de appella. 132

Et potest appellari tam in iudicio, quàm extra, vt ibidem Innocen.

Renunciatum non videtur priori appellationi ab interlocutoria per appellationem posteriorem à diffinitiua, quia tunc rata manet sententia, vnde geminatio appellationum non nocet, ita no. Inn. in c. dilecto, de appell. fol. 138. nu. 4. Casus est hodie in c. si autẽ, cum gl. sua, de dolo, in clem.

Renunciare videtur protestationi & verbis, qui vnum dicit, aliud facit, ita no. Inno. in c. tua, extra de spon.

Renuncrari potest libello producto & admisso in cã ciuili, sed nõ in criminali post inscriptionẽ, ita no. Inn. in c. licet, de accusat. f. 201. n. 5. quia in criminali forma est iam data à iure, quod petat abolitio, & tunc est in pectore iudicis si vult eã cõcedere necne. Bal. Adde qđ licet accusator se iscripserit ad pœ-

Ad comment. Innocsuper Decretal.

ad pœnam talionis, potest nihilominus libellum emendare antelit. contesta. secundum Iaco. in l. ed. ita. C. de eden. & in l. accusaturus. ff. de adulteriis, nisi per statutum productio accusationis haberet quo ad producentem vim litis contest. Producere autem accus. nemo cogitur. ff. de furtis. l. Sempronia, de falsis. l. Athletas. C. de accusa. l. si quis homicidii, quod not. perpetuo.

Renuncians appellationi, nihilominus potest agere contra iudicem de iniustitia sibi facta, ita no. Abb. in c. sæpe, de appella. facit. l. cũ interdicto. C. de arbi. tute. quod no. Bal. vide per Bar. in q. per eum disputata, quæ incipit, à sententia iudicis, qui malè iudicauit, &c. & dic vt ibi.

Renuncians in vno articulo, nihilominus potest si vult in alio appellare, ita not. Innocen. & Abbas in capitul. dilectis, de appella. 136.

Reus non cogitur respondere libello, quando iurisdictio fundatur ex loco contractus, nisi sit fundata prius iurisdictione, ita no. Inn. in c. Romana, de foro compe. fol. 84. nu. 2.

Reo non currit tempus siue terminus actore agere non valente, ita no. Inn. in c. prudentiam, de offi. deleg. fol. 54. & vide l. fi. ff. de lege commissoria. Bal.

Reus potest opponere contrarias exceptiones, ex quibus idem resultat effectus: secus si discordent ratione finis, ita no. Abb. in c. veniens de præscr. & ibi vide per eum.

Reus conuentus rei vendi. si probauit se dominum, confirmanda est ei possessio, & proprietas audienda, ac si possidens non egisset, ita not. Innocen. in capit. cum venissent, de restitu. spolia. fol. 95. Actore ergo non probante reus absoluitur. Sed reo probante actor condemnatur reo: nam reus eo ipso, quod excipit vel negat, petere videtur. Non est ergo sine petitione si pro eo fertur sententia. Ex hoc patet, quod sententia lata pro eo probante facit eum dominum, si actor erat dominus, & si tertius erat dominus causat ei vsucapionem. ff. de excep. rei iudi. l. si quis rem à non domino. Item si reus à possessione cadat & vadat ad actorem, poterit reus petere ex equi sententiam contra actorem antiquum ex possessione noua, vt ff. de iureiuran. l. sed & si possessori, & si hoc non faceret, sententia lata pro tali reo vi condemnationis actoris faceret vi condemnationis domini, quia in reali etiam vbi non potest fieri condemnatio, potest fieri executio. argumen. ff. de petitio. hæredi. l. 4. de excep. rei iudica. l. à te. § 1. Sed Hostien. dicit, quod reo absente debet ferri absolutoria, nam aut debet reo res adiudicari, cum non sit hoc petitum, nam reconuentio exigitur ad hoc, vt actor possit condemnari reo in aliqua principali re, alias frustraretur reconuentio. ff. de exceptio. rei iudicatæ. l. si inter me & te, & est expressum. ff. si pars hæredi. peta. l. 1. § . proinde, ibi, inuicem petere debebunt, &c. item dicere, quod quando probatio excedit petitionem fiat condemnatio ex sola probatione absque petitione, ridiculum est, vt cap. examinata, de iudi. Item per Hostien. facit C. de transac. l. si pro fundo, & no. in l. siue apud acta, eod. titul. nam non est idem retinere, & adiudicare. Sed cum Innocen. concordat glo. ff. de proba. l. circa eum, & Dyn. in regula non licet actori, de regu. iur. lib. 6. Item aliquid plus debet consequi reus probando se dominum, quàm nihil probando, argum. Instit. de act. § 1. Sed pro Hostien. facit, nam sententiæ latæ pro reo est petere excep. non ius agendi, argu. ff. de eo per quem factum erit. l. 1. § . si reus. Dico quod Innocen. dicit verum circa eandem possessionem, non vt feratur condemnatoria, nisi per modum silentij, scilicet iustificatoria sententia: pronunciabit enim iudex reum iuste possidere, qui probauit se dominum, & ideo eum absoluet, & sic incidenter faciet mentionem de probatione dominij. poterit etiam dicere: Item declaro eum dominum, quia in hoc venit incidenter. & sic confirmatur reo possessio, & addetur titulus sententiæ, argu. ff. ad carbo. l. 1. Resultant effectus prædicti, quia licet mera probatio non habeat paratam executionem, verum est, nisi transiuit in sententiam, confessionem vel iusiuran. ita not. glo. quæ non est alibi, in d. l. sed & si possessori. § . penulti. Et confessio tacita æquipollet expressæ quo ad executionem paratam, quod est not. ff. de pact. l. tale pactum. § . 1. Sed dictum Hostien. habet locum in diuersa possessione, vt si reus possidet dimidiam, actor aliam dimidiam, nam non ideo, quod reus probet excipiendo se dominum totius rei adiudicabitur sibi possessio actoris, nec eam euincet, quia non est actum ad hoc. Nunquam enim exceptio egreditur petitionem, vnde in exceptione compensationis si plus est debitum, ex quo compensatur, quàm ad quod compensatio obijcitur, & totum probetur, non tamen in residuo condemnabitur. ff. commo. l. in rebus. §. fin. quod singulariter est not. Bald. vide infra in verbo, Silentium, in 1. q. circa medium.

Reus voluntarius debet firmare personam suam in iudicio, sed reus necessarius eo ipso, quod est citatus habet personam legitimatum, ita not. Innocen. in cap. pastoralis, de excep. folio. 120. num. 3. Sed non legitimam cautam, nisi eam assignet, & probet, quod tenementi. Et vide Innoc. in cap. cum inter, eod. titul. fol. eodem. Et est reus necessarius omnis ille, contra quem dirigitur narratio petitionis specialiter & non in genere, quia quando fit citatio generalis sine specificatione personæ, solum intelliguntur citati illi quorum interest, & quia non constat quorum interest, habent comparentes, si negatur eorum interesse, docere de suo interesse, secundum Inno. ibidem, quod no. Bald.

Reus conuentus quando simpliciter negat, non cogitur probare ius suum: sufficit enim sibi, quod alleget titulum. ff. de rei vendi. l. in speciali, secus si excipit, ita not. Inno. in cap. si diligenti, de præscrip. folio. 124. nume. 2. Dic vt in l. cogi. C. de peti. hæredi.

Reus punitur ex eadem inquisitione criminaliter, & cogitur ad restitutionem damnorum, ita not. Innoc. in cap. cum oporteat, de accusa. fol. 202. num. 2. & est multum no. secus in accusa. vt l. 1. C. quando ciui. actio. præiu. crimi. Bald. vide Cyn. in l. si quis ad sepulchrum. C. ad l. Iuliam de vi. & Bart. in l. prætor. § . hoc edicto. ff. vi bono. rap. & in l. interdum. § . furem. ff. de furtis.

Reus condemnatus per sententiam quæ erat nulla, an possit principaliter agendo petere declarari sententiam nullam. Et videtur quod sic, vt ff. famil. ercis. l. quædam mulier, & de iure pat. l. fin. Sed in causa nullitatis incidens quæstio est, & incidit causæ appellationis, non autem est causa principalis & per se intentata, vt not. C. quando prouo. non est necess. l. 1. in glo. ordi. In contrarium videtur, quod reus est tutus ope exceptionis, & sibi sufficit exceptio, vt l. 1. § . si reus. ff. de eo, per quẽ factum erit, & l. 1. § . si debitor. ff. vt in pos. lega. Item ex quo sententia est nulla non expedit à iudice petere id, quod est ipsoiure dispositum vel concessum. ff. de cond. instit. l. quæ sub conditione. § . fin. & l. 1. C. de thesauris. Solutio, dicunt quidam quod reus non potest agere de nullitate principaliter, & per se, vt l. purè. § . si. de excep. doli. Sed tu dic, quod officium iudicis oritur, quo petitur sententia nulla declarari, & reuocari quatenus de facto processit, vt l. 4. C. de accus. facit quod not. ff. de feriis, l. 1. in fi. principii. ff. quæ sen. sine ap. rescin. l. 1. § . 1. & de euict. l. minor, in prin. nec obst. quod datur exceptio, nam & nihilominus actio, idest officium iudicis loco actionis dabitur, arg. ff. de libe. leg. l. quod mihi, & quod no. ff. de iureiur. l. . & si possessori, post principium, secundum Abbatem in ca. 1. de sen. & re iudi. & tene menti. Bal. vide per Barto. in l. quidam in suo. ff. de cond. indeb. & ibi etiam per Bal. & vide etiam per Bart. in l. si quos. C. de decurio. libr. 10. Sed an procedat ista petitio, dico sententiam nullam, & si qua est, peto eam rescindi vi appellationis. & videtur quod non, secundum Abbatem ibidem. Nam siue sit actor originalis siue reus, non posset allegare contraria, vt ca. veniens, de præscrip. quia ista sunt contraria essentialiter ratione finis: nam contraria naturæ sunt. Præterea si sententia fuit lata ab ordinario, & causa appellationis pertinet ad superiorem causa nullitatis non pertinet ad superiorem sed ad eum iudicem qui iudicauit, vt C. quomodo & quando iudex. l. si vt proponis, in gl. C. de sen. ex pericu. recitan. l. 1. & C. de sen. & interlo. om. iudi. l. 1. Solutio, dicit Dyn. quod aut appellat actor & non procedit libellus implicans contraria, arg. C. de inoffic. testa. l. eum qui, aut appellat reus, & tunc procedat libellus, quia causa nullitatis venit incidenter, vt in l. 1. C. quando prouo. non est necess. Sed ista ratio videtur falsa, nam dicto libello causa nullitatis expressè & per prius & non per posterius intentatur, vt de principaliter venit, adeo quod licet appellatio à principio essetipso iure nulla, vel postea deserta, tamen durat causa nullitatis, arg. C. si pendente appellatione. l. 3. facit quod not. Inn. in c. sæpe, de appel. fol. 134. & Guil. de Cun. in l. suum. C. de iure deliberan. & vide per Bar. in l. si expressim. ff. de appel. Old. dicit, quod libellus procedit, quia iudicia quæ simul cumulantur, sunt simul tractanda & cõtigua, & ad quod facit capitulum constitutus, de in integr. restitu. & quod ibi not. per Innocen. & in ca. cum olim. § . eadem. de priuilegijs. fol. 219. sed Innoc. alibi dicit, quod aut appellatur à diffinitiua, & procedit dictus libellus. Aut ab interlocutoria non habente instar diffinitiuæ, & tũc superior non cognoscit de nullitate, & sicut non procedit libellus respectu nullitatis, quia interlocutoria nulla ipso iure nunquam defertur ad superiorem in gradu iurisdictionis, sed ad eundem iudicem pertinet corrigere factum suum, ita not. Innoc. in capit. dilecto, de appella. folio. 138. quod est valde not. Ad hoc facit, quod vbi cæptum est iudicium, & adhuc pendet ibi,

& non alibi finem accipere debet.ff.de iudic.l. ubi, imo plus est dicendum, quod si in libello non est facta mentio nullitatis,tamen de ea pronunciari potest,quia inest tacitè, & quia incidentia expediuntur sine libello. ff. de excusa. tuto.l.qui test. ff.de mino.l.verum.§.ex facto.ff.de appel.l.si constat, & ff.de ædilitio edic.l.ædiles.§.sciendum. Sed pone,condemnatus petit sententiam pronunciari nullam,iudex pronunciat sententiam nullam,sed reus vltra dicit,domine absoluatis me à debito. Dicit iudex superior, ego non sum iudex debiti, sed iudex processus & nullitatis eius.modo quæritur,an iudex nullitatis possit de debito pronunciare.& videt quod non, quia est petitum coram eo,nec habet in hoc iurisdictionem , sed vbi cęptū fuit iudicium ibi finem accipit.ff.de iudi.l.vbi ceptum, secundum Iac. But.in d.l.si ut proponis,sed Bar. dicit, quod iudex nullitatis succedit in locum primi iudicis in absoluendo & cōdemnando super contentis in prima petitione, per l. absentē. C.de accusa.in verbo ibi,pro sua institia reformabit, vide per Bar.in l.si expresim.ff.de app.& in l.penul.C.quando prouo. non est neces.habet enim causa nullitatis naturam appellationis, vt deuoluat totum negocium ad idem,ff. de fami. ercisc.l. quædam mulier,vbi corrigitur sententia, & pronunciatur super actione prima,ad idem de iure pat.l.Carmelia Pia, sed Iac. de Are.concedit hoc,quando causa ad primum iudicem redire non debet propter suam iniquitatem & dolum,vt d.l. 4.C.de accus.alias ad eundem redit pronunciatio,nisi sit appellatum, vt d.l.vbi ceptum,& d.l. Carmelia Pia,& hæc teneas menti, & no.bene ista.Bal.vide Cy.in l.eos.C.de appel.& Bald.in l.tale pactum.§.qui prouocauit,in 14.q.ff.de pact.vbi videtur distinguere,an sit petitum, vt pronuncietur super principali,vel non sit petitum.

Restitutio in integrum petitur de plano contra interlocutoriam, ita no.Inn.in c.querelam,de procur.fol.70.nu.1.

Restitutio in integrum aduersus sentētiam,& nullitas ipsius sententiæ possunt cumulari,sicut in eodem libello, ita no. Innoc. in c.constitutus,de in integ.restitu.fol.77.nume. 2. & nullitas est remedium extraordinarium , quomodo ergo conuenitur? Respondeo , alterum est verum,non autem conuertuntur in essentia,sed est quidam modus agendi toleratus à iure,sicut & ille,dico sententiam nullam,& si qua est appello. Item ille,dico rem ad me pertinere iure dominii,vel quasi.nam causæ huiusmodi & probationes earum sunt contiguæ. Bald. vide supra in ver. Ciuitas,in 2.q.

Restitui in integrum contra sententiam , vel in integrum restitui ad appellandum,quid differunt,vide Inn.in cap.si. de in integ. restitutio. 77

Restitutio in integrum quando petitur in iudicio ad allegandum vel probandum in ipso iudicio, sufficit tunc summaria cognitio & probatio,ita no.Inn.in c.ex literis, de in integrum resti. fol.75.nu.2.

Restitutio in integrum aliter petitur à domino.l.qui seruo.§.itē quare.ff.de resti.in integ.& rem potest quis petere in eo. libello,siue petat se restitui contra infam , siue contra contractum celebratum super re possessa à petente, secus si super re nō possessa. Et ideo aliud est cum petitur restitutio contra præscriptionem,quia contra non possidentem præscribitur,& est necessaria rescissoria,ita no.Inn.in d.c.ex literis; in 2.col.de in integ.restitu. eod.

Restitutio in integrum est restringenda,quia est iuri communi & generali contraria,ita no.Inn.in c.ex transmissa , de præscrip. fol. 123.nu.2.& no.ff.de condi.indebi.l.fina.§.idem quæsiit,& facit in ratione sui,ff.de act.& obli.l.in honorariis. §. sed cum rescissa. Bal.

Restitutio Papæ non cassat electionem canonicorum , quia non inuenit locum vacantem,ita no.Innoc.& Hostien.in ca.innotuit,de elec.fol.22.Adde & uide glo.& tex.eo.tit.c. si eo tempore,lib.6.

Restituitur spoliatus secundum modum & speciem spoliationis, ita no.Innoc.in cap.ex parte,de restitu.spolia. folio 96. nu. 4. & vide infra in verbo, Testis,in 60.q.& infra in verbo, Testator,in 3.q.

Retentio,vide infra in verbo, Tutus,in 1.q.

Reuelare,vide infra in verbo, Testis,in 60.q.

Reuelare an teneatur quis illud quod scit , quando taciturnitate veritas iustitiæ non periit.nam testis ideo tenetur,quia cum taciturnitate periret vera iustitia, vide Inn.in c.offic.de peniten. & remissio.fol. 224.de conditio.ob causam.l.idem est.§.sicut, vbi de hoc,& ibi uideas,& no.C.de furtis.l.in ciuile,& l.in ciuilem,per gl.& Cy.

Reuocatio,vide supra in ver.Commissio,in penul.quæstio. & supra in ver.Dominus,in 2.quæstio. & supra in versic. Factum, in quinta quæstio.& supra in versic. Sententia, in 5. & in 23. quæstio.

Reuocatur id,quod fit contra appellationem,non id,quod fit citra app.secundum Inn.in c.quia propter,de elec.fol.31.vide infra in ver. Sententia in 52.q.& supra in ver.absurditas,in pen. q.casus est in c.cum inter,de elec.

Reuocatio literarum domini Papæ est odiosa,& valent literæ, licet non fiat mentio de appellatione,ita notat Innocen. in cap. ex literis,de offic.delega.folio 58.vide supra in verbo, Causa, in 6.quæst.

Reuocari possunt de facto,quæ de facto fiunt,ita dicit Inno. in c. audi,de resti.spo.fol.94.nu.3.ff.de euictio.l.minor,in prin. vide supra in verbo, Appellatio,in 23.q.

Reuocari non debet omne id , quod post appellationem fit, nisi fiat contra appellationem,ita no.Inn.in ca.consuluit,de appel. fol.132.& l creditor.ff.mandati.

Res non dicitur integra,quando substantialia sunt inchoata,ut cōtractus cum est de substantia,sed præludia,ut missa de Spiritu sancto,non facit rem desinere esse integrā,ita no. Inn. & Host. in c.in causis,de elec.fol.27.vide supra in verbo, Restitutio in integ.in 6.q.& supra in ver. Renuncians,in 4.q.

Rem potest quis sua propria auctoritate retinere & apprehendere statim , quod quis habet inuestituram verbalem, quia de corporali non est dubium,ita no.Inno.in c.2. de consuetu. fol. 15.& non est alibi hoc dictum , ut dicit Bald.in l. qui retiario. ff.de pign.act.Bal.

Res quæ non possunt prescribi,quę sint,uide Inn.in c.causam,de prescr.fol.123.& in c.cum non liceat,per gl.

Res inter alios acta quando prejudicat,uide per Inno. in capitulo auditis,de prescrip.fol.eodem.nume.1.& uide gl.in c.penul. de appel.

Res iudicata quando profit alteri,vide plenè per Inn.in c.quamuis,de re.iudi.fol.129.

Res,quæ sine solennitate fieri non possunt , sic nec ratificari , ita no. Abbas in c.cum dilecti,de emp.& vendi.quod est no.argu. contra,ff.de manu.vindicta.l.si pater.§.fi.Bal.& uide quod no. Inn.in c.prudentiam,de offi.deleg.fol.54.vide supra in verbo, Ratificatio,in 2.q.

Rex,vide omnino supra in verbo, Papa,in 1.q.& supra in verbo, Imperator,in 1.& 2.q.& supra in verbo, Princeps,in 1.96. & supra in verbo, Bellum,in penul.q.& supra in verbo , Citatio, in 44.q.

Reges non possunt testando priuare regno nedum filios , sed nec fratres vel alios consanguineos ex stirpe paterna descēdentes sola uoluntate. Et est in eis speciale , quod est verum quando regna deferuntur per successionem,secus si per electionem deferantur,ita no.Inn.in c. grandi,de sup.neg.præla. 42

Regibus & a iis dominis habentibus iurisdictionem datur curator istis de causis. Primo si nescit regnum suum defendere. Item si in eo non seruat bene custodiam & pacem,maximè locis religiosis & personis pauperibus.Item quod plus est,si perdita nesciat recuperare,ita no.Innoc. in d.cap.grandi,de sup. neg.præla.fol.eod.nume.3.Et quis curatorem dat talibus, vide ibidem Inn.

Reges quam libertatem dant ecclesię,uide Inn.in c.auditis, de in integ.resti fol.75.

Rex potest donare,& ēt alienare moderatè,non ita immoderatè, vt lædatur dignitas Regalis,ita no.Inn.in c.intellecto, de iure iur.f.119.idem in Imperatore,ut no. in Auct. quomodo op. episcopos,in prin.col. 1.

Rusticus,vide supra in verbo, Ciuitas,in 3.q.ibi,& in honoribus municipalibus rustici non continentur. Bal.

Rumor minor est quam fama,ita no.Inn.in c.tertio loco, de prę sum.fol.116.facit tex.in c. super eo,de consan.& affini.& facilius nascitur & finitur rumor,quàm fama,l.fi.ff.de hære.insti.Item indicium minus est quàm semiplena probatio. ff. de proba.l.cum probatio,per gl.

Rumor est vocum multitudo. Fama vero est opinio,ut c. ad petitionem,de accusa.per Inn.fol.203.

S

SAcerdos quando debeat dimittere missam propter præsentiam excommunicati,& quādo non, vide Innocen.in cap.nuper, de sententia excommunicationis.folio 227.nume.3.& c. vt famę, eod. titu. vbi per Innocent.

Sacerdos etiam simplex absoluit ab excommunicatione in articulo necessitatis,ita no.Innoc.in c.de cætero, de sententia excōmuni.

muni.tex.est in c.nuper,in fi.cod.tit.fol.226. & seq. nume. 6. idem tenet Abbas in cap.fi.de sepul.Et dicit, quod excommunicato qui confessus fuit,non potest interdici sepultura, licet non satisfecerit,quod no.Bal.

Sacerdoti pauperi an liceat locare operas spirituales, dic quod non in præiudicium dominorum,sed in eleemosynis,sic ita nota Innocen.in capitu.quoniam,ne prælati vices suas.fol. 208. nume.3.& 4.

Sacerdos non debet testificari,nec diuulgare illud, quod sibi dictū est ex cōfessione,quia illud scit vt Deus,non vt homo,ita no. Innoc.in c.qualiter,de accusa.fol.202.nume.2. & no. idem in summa de confes.q.185.& per B. Thomam in secunda secundæ.q.70.art.1.in respon.secundi articuli. Vide infra in verbo, Testis,q.60.

Sacerdotes electi à capitulo quando dicantur habere curam animarum,vide Inn.in c.cum non,de præb.fol.147.nu.1.vide infra in verbo, Testis,in 51.q.

Sacerdos in foro penitentiali est publica persona, & potest stipulari absenti,ita no. Inno.in c.parochi.de sepul.fol.169.vide gl.no.in c.quanquam,de vsur.li.6.Adde quod in foro penitentiali non requiritur præsentia aduersarii,secus in foro iudiciali. ff.de confessis.l.certum.§.si quis absente.

Sancti quando dissonant in opinionibus neutra sapit hæresim,ita no.Inn.in c.ne innitaris,de consti. 2

Satisfactio,vide supra in verbo Accusatio,in 4.q.

Scriptura qualis dicatur publica,& qualis non,vide in capit.1.in prin.sui,de fide instru.per Inn.fol.112.vide supra in ver. Prælatus,in 2.q.

Scriptura qualis dicatur auctentica,& qualis non vide in d.c.1. in prin.de fide instru.

Scripturam neganti esse notarii,incumbit onus probandi. Inno. in d.c.1.de fide instr.fol.eo.nu.9.Adde quod no. in c. veniens, de verb.signifi.

Scriptura ex quo est facta manu publica,& habet sigillum auctēticum,& mortuis testibus ibidem scriptis,facit fidem & creditur illi scripturæ,dummodo non sit in aliquo uitiata vel vituperata,vel suspecta,ita no.Inn.in d.c.1.de fide instrum.fo.eo. super ver.Publicam,& ibi tex.ad literam Bal. vide in ca.cum P.tabellio,eo.tit.per Inn.

Scripturæ registri an faciant fidem,vide Innocen. in capitu. 1. de procura. 70

Scripturæ solius notarii creditur circa dicta testium,ita no. Inn. in c.cum dilecti,de elec.fol.28.

Scriptū si est alicui,quod faciat Titio prouideri,& prouisor mandat,quod fiat hoc in certa ecclesia,& ibi hoc de iure fieri non possit, potest mandare quod alibi recipiatur, secus si de iure tenet man.licet non habeat facti executionem,ita no. Inno.in c.in lr̄is de off.dele.f.52.nu.2.arg.ff.de fideius.l.qui satisdare. & ff.mandati,l.inter causas.§.abesse.& ff.qui satis.cog.l. quotiens,cum simil.& c.super eo de offi.dele,per eundem,& uide per Inn.in c.de cætero,de re iudi.fol.125.

Scriptura iudicis licet sit tribus testibus subscripta , non probat acta,nisi ipse iudex sit iudex & notarius,& ea scribit vt notarius,ita no.Inn.in c.cum à nobis,de testi.f.107.C.de sacrosan.eccl.l.iubemus.§.his tabel.quod no. Bal. Et sic scripturæ iudicis non creditur,licet sit facta in iudicio,vide Bal. in auct. si quis in aliquo documento. C.de eden.

Scribi non debet in instrumentis aliquid quod sit contra bonos mores,vel contra ius,ita no.Innocen.in capit.filius, de testa. fol.164.Adde etiam,quod nec insolita,nec nimis cautelosa. ff. de condi. institu.l.si quis sub conditione, & quod ibi no. & tene menti hoc.Bal.Et sic no.quod cautelosa prouisio & adiectio clausularum in solitarum præsumptionem fraudis inducit,vide in capitu.illo vos,de pigno.& in capit. ad nostram,de emp.& vendi.

Scribens sententiam mortis,irregularis est,ita no.Inn.in c.sentētiam,ne cleri.vel mona.fol.190.nu.1.Et quid de balistariis similiter uide ibidem per eundem Inn.

Sepultura,an monachis & aliis fratribus religiosis liceat eligere sepulturam quando extra locum sui conuentus obeunt , uide per Inn.in c.nimis,extra de conces.præben.

Sequestratio fit propter contumaciam,ita no.Inn.in c. ex literis, de dolo & contu. fol. 98.Et materiam sequestrationis tractat plenè Io.And.Et quando habeat locum,& quando non, in ca. locupletari,de reg.iur.lib.6.in mercurialibus.Bal.

Sententia lata super crimine est perpetua secus si super contumacia,ita no.Inn.in c.ex literis,de consti.fol.3.num.2. & ibidem Host.& gl. Sed quomodo potest esse perpetua,quia dicit gl. in Auct.vt nulli iudicum.§.ad hæc,verbo , iubemus,col. 9.quod præcepta iudicis non durant vltra tempus suæ iurisdi.per l.fin. ff.de pęnis,& de iuris.om.iud.l.cū qui,§.magistratus.Facit q̄ no.in l.1.C.de postul.& l.si certarum.§.si.ff.de testam. mili.& de offic.lega.cap.præsenti,lib.6.hoc intellige si lite non contestata.nec cognito de causa facit præcepta , quia tunc sua præcepta non extenduntur vltra tempus suæ iurisdic. secus si præcepit li.contesta.quia tunc sunt perpetua,ita no. glo. valde no. in d. l.fina.ff.de pœnis. Et sic tollitur contrarium de d.l. 1.C. de postu.& ibi no.in opi.& hæc in arbitrariis, alia autem præcepta sine causa non valent , ut l. 3. C. comi.vel epis.& cum causa sunt perpetua. ff. de iudic. l. si debitori, & l. quotiens. C.de fideicommis.Bald. Adde quod nota Archid. in d. capitu. præsenti.

Sententia non debet formari contra canonicum,qui defendit ecclesiam seu eius personam,sed debet formari cōtra ecclesiam, quam defendit,ita no.Abb.in c.cum iam dudum,de preben.& licet sic vnus canonicus possit suam ecclesiam defendere , non tamen in eius persona , sed in personam ecclesiæ sententia est formanda,& tene menti. Bal.

Sententia,regula est,quod cui nocet sententia noceant & acta,ita no.Innocen.in capitu.causam quæ,de testi.folio 105.nume. 3. quod no.

Sententia quæ erat nulla propter defectum iurisdictionis , si per superiorem pronuncietur aliqua,conualescit,ita no.Innocen. in cap.super literis,de rescrip.fol.8.nume.7. vide supra in ver. Casus,in 7.q.

Sententia lata per obreptionem quando debeat retractari , vide Inn.in c.cum dilecta,de rescri.fol.9.nu.3. vide infra in verbo, testis,in 42.q.

Sententia lata super iurisdictione respectu territorii lata inter partes,domino non præiudicat,ita no. Innocen. in cap. super literis,de rescrip.folio 8.vide supra in verbo, Reus,in 4.quęst. post princip.

Sententię suspensionis & excōmunicationis,& missionis ex primo decreto possunt reuocari citra ordinem iurisdictionis contrario imperio,ita no.Inn.in c.ad audientiam, de rescri. fol.5. nu.2.facit quod no.ff.de euic.l.minor,in prin. Bald. vide supra in ver.Renuncians,in 1.q.

Sententia interdicti ritè fertur in vniuersitatē, quia potest ferri pro alieno delicto,ita no.Inn.in c.bonæ,de elec.fol.23. vide supra in ver.Citatio in 18.q.

Sententia lata super inquisitione præiudicat accusationi, nisi probent de proprio interesse,& de ignorantia,ita no. Inn.in c. cū dilecti,de elec.fol.28.& uide per Bar.& Inno.in cum P.Mancōnella,de accusa.fol.200.nu.1.4.5.8.9. & uide supra in ver. Citatio,in 9.q.

Sententia lata super ætate non facit ius , vbi vertitur periculum animæ,ita no.Innocen.in capitu.cum dilecti , de elec. folio 28 numero 8.

Sententia lata super ætate non transit in rem iudicatam , quando lata fuit ex aspectu vel præsumptione,vel summaria causæ cognitione ut ibidem Host. Si autem ex plena discussione,tunc transit in rem iudicatam pro probante, & contra probantem, ut l.de ętate.ff.de mino.tene menti. Bal.vide supra in ver. Citatio,in 19.q.

Sententiarum tria sunt genera. Quædam est quæ nunquam transit in rem iudicatam,ut in matrimonio propter periculum animæ & vinculi inseparabilitatem , quia quos Deus coniunxit, &c. Alia est,quæ statim transit,ut sententia censuræ. Alia est sententia,quæ est media inter istas,ut illa quæ post decem dies in rem iudicatam transit.idem Host.

Sententia lata in interdicto uti possidetis contra defunctum non mandatur executioni contra hæredem ex facto hæredis,ita no. Inn.in c. Abbate,de ver.sig.fol.234.nu.3.Ratio est,quia est diuersum factum,de quo non est actum.l.de ea.§.fi.ff. ad exhib. Bal.vide ff.de pig.act.in l.rem alienam.

Sententia arbitratorum siue fuerit bona , siue mala, est seruanda, ita no.Inn.in c.sicut,de sen.& re iudi. 127

Sententia expensarum potest ferri, licet quis non sit citatus , ad hoc si erit contumax,ita no. Inn.in c.calumniam, de penis.fo. 223.nu.2.Ratio est,quia citatus in principali videtur citatus in accessorio,&c.Bal.

Sententia potest retractari propter æquitatem casus superuenientis,ita no.Inno.in c. 2.de purg.cano.fol.222.& ibi casus.idem tenet Azo in summa,C.de re iudi.quod no.Bald. & est casus ff. ad l.Aquil.l.in l.Aquil.si deletum,& ff.de condi.fur.l.si fullo, vel sarcinator,&c.

Sententia quæ dicatur generalis,& quę generalissima,& generalitas snīæ præsupponit generalitatem libelli quia snīa debet correspondere libello. Et quæ sunt illa, quæ debent poni in libello specificè,& quæ non,de omnib.istis vide per Inn.in c. tanta,de

Universidad de Deusto
Biblioteca

excess.ptæla.fol.217.num.4. Et dicit quod principalia sunt nominatim petenda. Sed accessoria iuris & accessoria actionis veniunt tacitè iudicis officio mercenario, secundura Inno.ibidem, & est ratio, quia iudicis officium mercenarium, libellum non desiderat, vt no.ff.de interro.act.in rub.Bal.

Sententiam eius quem nescit delegatum, obseruare quis non tenetur, ita no.Inn.in c.illud, de cleri.excom.215.

Sententiam diffinitiuam potest quis pati in criminali ex sola confessione etiam sine aliquo processu, ita not. Inno. in cap.qualiter, il 2.de accus.fol.204.num.10.vide glo. not.in c. Romana, de appel.

Sententia absolutoria ab instantia iudicij non est diffinitiua, quia vt diuersa ponitur, ita not. Innoc.in cap. ad petitio. de accusa. folio 203.numero 3.& est casus in l.Titia.ff.de accu. & ibi per Bar.& gl.ordi.in l.clarum.ff.si serui vend.& no. per gl.in ca.fi. de ap. in cle.vbi not.quod absolutoria ab instantia appellationis est interlocutoria. Bal.

Sententia lata per iudicem secularem super dote valet, ita no. Inn. in c.de prudentia, de dona.inter virum & vxo.199.

Sententia legitimationis vel illegitimationis non facit ius quoad alios, ita no.Inn.in c.causam quæ, qui filii sint legit.fo.197.nu. 5. Nec sententia falsi, secundum eum ibidem, & est casus in l.2. C.de fide instru. Bal.

Sententia enim filiationis facit ius, vt l.1.in fi.ff.de lib.agnos. quæ est contra. Bal.

Sententia debet fermari contra defensorem defensorio nomine, ita no.Inn.in c.causam quæ, qui filii sint legi.fol.134. num.9.vide Bar.in l.solutionem.ff.de solu.

Sententia super legitimatione personarū potest reuocari, & post lit.contest.ita no.Inno.in c.nouit, de ap.fol.134.in contrarium facit.ff.de iudi.l. sed & si susceperit. Bal.

Sententia lata super naturali possessione, an præiudicet possidenti ciuiliter vide per Inn.in ca.quamuis, de re iudi.fol.129.nu.2. vide ff.de vsufr.l.cuiuscunque.§.1.Bal.

Sententia excommunicationis, suspensionis, & interdicti, est specialis vt si lata est sub conditione vel die, interim quandocunque possit appellari, etiam post decem dies, quia huiusmodi sententiæ nunquam trahuntur retro etiam si iudex dicat - ex nunc, prout ex tunc excommunicamus, vt ff.de offi. proconsul.l.obseruare.§.fin.& de verbo.oblig.l.huiusmodi, quod est verum in conditione de futuro, secus si de præsenti vel præterito, vel purè, quia tunc appellatio non suspendit executionem, quæ statim traxit secum suum effectum: nec enim excommunicatus reconciliat per appella. sed per absolutionem & manus impositionem, quia ista forma tradita est ab ecclesijs. Ecclesiastica forma tenaciter seruanda est, nam omissio modi vel formæ etiam in actu fauorabili impedit dispositionem legalem. ff. de verbo. obli.l.qui Romæ. §. Flauius, item quia trahit secum inseparabilem executionem iuris, & de iure, vide Inno.in cap.præterea, de appel.fol.132.num.5.& glo.in c.1.de concess. prab.in clem. Sed dubitatur de ista sententia, excommunico te, nisi solueris. an sit pura vel conditionalis retractanda facta solutione. Et si quidem sententia incipit à condemnatione, videlicet condemno te ad decem, & nisi solueris in tali termino, excommunico te. ista excommunicatio est conditionalis, & moram non soluendi desiderat, secundum Innoc.quia venit ad pœnam contumaciæ. & ideo malè dicit gl.quæ est ff.de act. & obll.l.obligationum ferè.§.conditio. Nam dictio, nisi, aut inseritur obligationi primariæ, aut secundariæ. Primo casu facit conditionem. ff.de cond.& demon.l.quib.diebus.§.quidam. Secundo casu non facit conditionem. ff. de in diem adiec.l.2. nisi moram desideret vt hic, vel dic vt no.in d.l.2. Aut enim apponitur ad inchoationem commodi, & tunc facit conditionem: aut ad executionem commodi, & tunc facit modum, vt l.vniuersa. C.de preci.impe. offe. aut ad expirationem contractus vel beneficij, & tunc non: aut adiicitur ad inchoationem incommodi & pœnalitatis, & tunc facit conditionem, vt hic ex natura. Sed quid erit de ista sententia, excommunico te, si eliges. an ista sententia requirat actum in facto esse, & sic valeat electio, tanquam facta à non excommunicato, an sufficiat in fieri, vt excommunicatio actum præuenire videatur, quod est verius, secundum Innocen. quia qui excommunicat, videtur interdicere & mens sententiæ est ponderanda, ita no.in simili ff.famil. ercis.l. & puto.§.1.ita not. Inno.in d.c.præterea requisisti, de appel. quod rene menti. Bal. vide Cyn.in l.1.C.si aduer.delic. & facit de verb. signi.c. intelligentia, & c.præterea, & ca.in his, vbi magis ponderatur mens sententiæ, quàm verba. quod no.

Sententia lata præiudicat in omnibus, quæ consecutiuè sunt priorum iudicatorum, non in his, quæ requirunt nouum iudicium, ita no.Inn.in c.cum super, de re iudi.fol.127.in prin.

Sententia qualiter fit ferenda in personalibus actionibus, si reu cadat à possessione, vide Inn.in c.1.de re iudi.125.

Sententia quibus verbis debeat formari, vide Inn.in c.Abbate, de re iud.fol.130.& ibi dicit, quod iudex potest dicere, ego, & nos, licet sit vnus solus iudex. Inn.

Sententia præiudicat ei, qui scit suam causam agi, si non appellat, ita no.Inn.in c.sicut nobis, de re iudi.& eo.tic.in ca.quamuis, & no.fol.127.& 129.

Sententia in quibus casibus tenet contra res prius iudicatas, vide Inn.in c.suborta, de re iudi.129.

Sententia lata propter falsos testes retractatur. ita not. Inno.in c. cum inter, de re iudi.fol.126. nu.2.

Sententia diffinitiua lata per iudicem appellationis, an valeat appellatione deserta, vide per Inn.in c.ex ratione, de app.fol.131. nu.3.& per Dy.in l. scire oportet.§. consequens. ff. de excusa. tut.& insti.de act.§.rursus. Ratione dubij valet forte in casu vero existente.

Sententia condemnatoria lata super aliquo cap. libelli generalis, & plurium capitulorum specificatorum, an intelligatur absolutoria in cæteris capitulis, vide Inno.in ca. cum inter, de re iud. fol.126.nu.3.qui dicit, quod sic in libello generali, secus in capitulis specificatis, secundum eum ibidem. Primum est verum mero iure, sed quo ad effectum de æquitate subdistinguitur, quia aut est generalis prosecutio, aut specialis: si generalis, verum dicit Inn.si specialis aut per errorem, quia prosequens signo rabat se habere ius aliquod, & tunc non noceat. C.de iud.l.licet, aut pro maleficio causa diuidendi vnum processum in plures, & tunc in omnibus nocet, vt ff.de arbi.l. de reb.ita not. Cy. secundum Pe.in d.l.licet. C.de iud. & ibi videas. Item ita sententia absolutoria debet inseri causa, in condemnatoria non, quia respicit libellum. ff. de infam. l.2. C. de iudi.l. properandum. Bald. Vel dic clarius ad clarificandam istam materiam. Dic vbi sunt plura capitula quæstionis, iudex hodie super vno, cras super alio poterit ferre sententiam, sed si vna est sententia de expen. lit. vt in c.auditis, de procur.& melius in cap. fi. de dolo & contu. Inno.dicit, quod in primo dicto sententia est nulla, qua condemnauit, idem si absoluisset, siue fuerit sententia iudicis ordinarii, siue alterius, vt not.glo.ord.C.si aduer. rem iudi.l.1.& ff.de arbi.l. diem, in glos.posita super versi. A tota, & no.in l. apud Celsum.§.item quæritur.de excep.doli, & l. pro his. C. de appel.l.eos, & l.amplioris, & ff.famil. ercis.l. in hoc iudicio, & de iudicijs.l.de qua re, & l.1. C.de ordine iudiciorum. Sed in contrarium videtur extra de arbi.c.cum tempore, sed solue, vt ibi Ber.Inn.& Ioan.And.dicunt, quod habeat locum siue capitula principaliter & singulariter petantur in eodem libello, siue petatur magna summa, siue plures res, vt no.in d.l.diem, in gl. à tota, in fi.dum dicit, item in pluribus controuersijs, per l.quidam tantum, in prin.& in hoc malè dicit Inn. Si vero in diuersis libellis, tunc separatim potest ferre sententias, & quælibet valebit per d.l.quidam tantum, ver. quid si, vt separatim quasi plura compromissa, &c. Non obstat l.etiam.§.1.ff. de minor. quia non loquitur in causa principali, sed in causa restit.in integ. vt ibi, & licet à certo capitulo petere resti. in integr. vbi non est necesse ab omnibus petere, super quo est restitutio indulta, & sententia valebit, siue sit confirmans, siue non. Non obst. l.quæ dam mulier. ff. famil. ercisc. quia ibi loquitur in causa appellata, vbi licitum est à certo capitulo appellare, nec est opus à tota sententia appellare, vbi sententia lata est in vno capitulo, à quo non est appellatum, valet, licet tota sententia non tangatur. Secus in causa principali, vbi omnes controuersias in eodem libello insertas super diuersis capitulis valet sententia vna decidendo absoluendo, condemnando, vel in parte absoluendo, & in parte condemnando, secundum quod expedit, vt d.l. diem.§. quid tantum. ff. de arbi. & l. in hoc iudicio. ff. famil. ercisc. & d. l.etiam.§.si ex causa. ff. de min. secundum Iac.de Arc. & Odof. Ratio enim est, quia sententia debet esse conformis libello, alias est ipso iure nulla. item iudex non potest diuidere libellum, nec pro parte sua officio fungi. Et circa hoc scias, quod triplex est pars, scilicet integralis, numeralis & reciproca, nam si vendico domum, & iudex solum iudicat de superficie & non de solo, ipso iure non valet sententia, quia totum integrale est petitum, & de toto integrali non potest ipse diuidere, nec scindere: iurisdictio enim & officium pronunciandi debet esse indiuiduum, & integrale, sicut dicimus in testamento, quod actus ipsius est indiuiduus. l. hæredes palam.5. penul. ff. de testam. Testamentum enim dicitur sententia sicut ipsa sententia iudicis, & quod indiuiduum recipit strictiorem similitudinem. ff. de administ.tut.l.inter tutores. Pars vero naturalis est triplex, scilicet pars rei, id est quantitatis, pars actoris, id est capituli in actione generali, & pars libelli, vt cum plures in eodem libello simul cumulantur

cumulentur actiones, in prima parte sententia ipso iure non valet, vt si petro decem, & iudex profert sententiam in 5. vt not. in l.1.C.si aduer.rem iudi. Nisi agamus contra plures insolidum: tunc enim valet sententia cōtra quemlibet pro parte, licet quo ad diuersos est insolidum, vt l.1. C.si plures vna sententia, quia super toto est pronunciatum. Et vide Cy.in d.l.pen. in 2.parte, quando sub vna actione plura capitula comprehenduntur, siue vnum qualificet aliud siue non, tamen super toto est pronunciandum. Tamen quædam differentia est, nam vbi sunt duo capitula coæqueua siue paria, si libellus fuerit generalis & prosecutio generalis, ipso iure non valet sententia in parte, vt l.quid tamen.ff.de arbi. Si autem specialiter fuerit prosecutus, refert, quia quædam est prosecutio ad litis inchoationem, vt li.contest. quædam ad vehementem probationem, vt subsequentia post li.contest. Si ergo lis fuerit specialiter contest. super certo capitulo, tantum valet sententia ipso iure, & alia capitula super quibus non fuit lis contesta. complecti non potest, quia diffinitiua non potest ferri super eo, super quo non erat lis contest. Si autē erat generaliter lis contest. sed postea actione patiente declarata super vno capitulo, siquidem sequitur, scilicet tunc sententia, specificè fertur in vno capitulo, reseruato tamen iure, si qđ competit, in aliis autem valet sententia. Si autem simpliciter est lata, tunc de iuris rigore non diuiditur secundum naturam sententiæ, quæ est quod sit indiuidua, & ideo de rigore in omnibus obest, sed de æquitate, quia non prosecutus est omissis mediijs, datur replicatio, nisi actor dolo fecerit causa vexandi reum. ff. de arbi.l.de rebus, & no.in d.l.licet, per Cy. Sed vbi capitulum qualificat aliud, omisio qualitatis non vitiat substantiam. sic ff. de pœnis.l.si præses: non enim tanta vis est accidentis, licet dependat ab ipsa substantia. sed econtra facit, quod not. ff. de supec.tut.in l. hæc enim. in tertia vero parte, vbi plures actiones cumulantur eodem libello, & iudex iudicat de vna tantum, dico quod plures libelli censentur, & valet sententia ipso iure, vt si quis cumulauerit petitorium & possessorium. C. de appel.l.1. & est pars reciproca. Et tūc aut reciproca circa idem iudicium, vt numero indiuisorio, & tunc non valet sententia in parte lata, vt si iudex designat vni partem & non alteri. ad hoc facit l. in hoc iudicio, famil.ercis. Aut sunt diuersa iudicia, vt causa contentionis & reconuentionis, petitionis & compensationis, tūc valet sententia in altero, sed propter iniquitatem iudicis potest appellari. ff. quæ sententiæ sine appel. rescinduntur. l. 1. in fin. & de compen. l. quid. §. 1. cum simil. Et per ista verba plura iura ad consonantiam rediguntur. Innoc. hic aliqualiter tangit ista in capit. cum inter nos, de re iudic. ibidem. sed hic not. hoc clarius. Bald.

Sententia est certa, licet referatur ad instrumenta in iudicio non producta, ita not. Inno. in c. cum venerabilis, de excep. fol. 120. nu. 8.

Sententia iudicis excommunicati, si non erat publicè excommunicatus, valet, ita no. Inn. in cap. excep. de excep. fol. 122. nu. 1. casus est in capitul. ad probandum, de re. iu. Nam sententia publicè excommunicati non tenet, vt hic per Inno. & Abb. in d. capit. ad probandum, de re iudic. & etiam de iure ciuili, vt not. in l. 1. C. de re iudica. in gloss. ordin. quam not. quia est singul. Bald.

Sententia arbitratoris condemnatur, etiam si sit iuratum non venire contra, ita not. Inno. in c. Quintaualli is, de iureiur. fol. 118. nu. 2. & vide supra in verbo. Præsumptio, in 3. q.

Sententia reductionis ad arbitrium boni viri meretur executionem officio iudicis, ita no. Inn. in d.c. Quintaualli is, de iureiur. fol. eod. idem in iuramento appositio in compromisso arbitratoris, secundum eum ibidem.

Sententia lata per arbitratores in diebus solennibus valet, quia quod sit ab eis tenet & in quacunque die solenni. Ratio enim est, quia arbitrator non dicitur propriè iudex, nec iudicium censetur, nec per consequens sententia, vide Inn. in d.c. Quintaualli is, de iureiu. fol. vt supra. & vide in Auct. vt differ. iudic. §. si vero, col. 9. & in Spec. in tit. de arbit. §. fi. sed nunquid amicabilis. Bal. vide supra in verbo. Factum, in 12. q.

Sententia debet mandari executioni non obstante, quod aliquis dicat se habere ius in illa re, præstita tamen cautione per illum cui illa res adiudicata est, ita not. Innoc. in capit. veniens, de testibus. 105.

Sententia potest ferri in causa matrimonii sine scrip. ita no. Inno. in cap. Albericus, de testi. fol. 109. nume. 1. in alijs autem casibus requiritur scriptura, & potest ferri sine testibus, secundum Innocen. ibidem. Sed argumen. contra, in Auct. de hære. & fal. §. si vero absti. colum. penul. Sol. dic, quod ibi loquitur in inuentario. Bal.

Sententia lata præsente parte & non contradicente, præsumitur pro ea, quod sit lata solenniter & veritatem contineat, ita not. Innocen. in c. quoniam contra falsam, de proba. fol. 104. ad hoc facit l. 1. C. de relatio. & l. cum ostendimus. §. fin. de fideiu. l. tut. & l. fi. quando appel. sit Bal. vide gl. h. in fi. in d.c. quoniam contra falsam.

Sententia licet dicat qualiter lis sit contest. & iuratum fuit de calumnia, &c. vt solet apponi in sententijs, non propter hoc creditur sententiæ, nisi alias appareat per acta, ita no. Inn. in d.c. quoniam contra falsam.

Sententia excommunicationis non præsumitur pro iudice, nisi prout in alijs sententijs, ita no. Innocen. in d.c. quoniam contra falsam.

Sententia diffinitiua debet ferri ex personali citatione, idem in sententia excommunicationis, quia requiritur monitio. Hoc verum, nisi reus malitiosè latitaret, quod præsumitur ex coniecturis, vt not. in l. Fulcinius. ff. qui. ex cau. in pol. ea. Vel etiam absens à loco debito resistentiæ, puta ab ecclesia, vbi tenebatur residere, nam tunc sufficit eum citari ibidem. Præsumitur enim se malitiosè absentare eum teneatur ibi residere. hoc verum agente eo cui est obligatus ad residentiam, puta agit ecclesia contra clericum, vel vxor contra maritum. secus si tertius ageret, quia quoad eum non tenetur residere, vide istud not. per Inn. in c. si aduersarius, de eo qui mit. in pos. ce u. rei seruandæ. fol. 100. nu. 7. Bal.

Sententia etiam incerta non valet super expen. ita not. Innocen. in cap. fi. de dolo & contuma. folio. 99. nume. 2. vide supra in verbo, Petitio, in 5. quæstione. & supra in verbo, Confessio, in 9. quæst.

Sententia priuationis non est necessaria, quando quis renunciauit beneficio, quia ipso iure est priuatus, & ideo sine alia citatione potest statim ab ordinario alteri conferri beneficium illud, & auferri sibi possessio. Sed quando quis per delictum vel contumaciam est priuandus, tunc requiritur sententia, & ea lata priuatus erit & non ante ita no. Innocen. in cap. audita, de resti. spol. fol. 94. nume. 4. Ad vltimum dictum vide glo. quæ tenet contrarium in c. commissa, de elec. lib. 6. in glo. quid si, &c. Circa primum dictum vide in c. licet episcopus, de præb. lib. 6. in nouella. & in c. secundum leges, de hæreti. & de offi. ord. in ca. ordinarij, eo. lib. in nouella.

Sententia iudicis, qui bona fide est in quasi possessione iurisdictionis valet. Vnde in iurisdi. quæritur possessio ab ordinario quando ingressus est territorium, & subditi sibi obediunt in præceptis, vnde magis signum obedientiæ est facere, siue obedire, quàm pati, ita not. Inno. in capit. in literis, de resti. spol. fol. 94. nu. 7. & 8. De hoc vide l. si vrbana. ff. de condi. indebi. & l. filiæ. ff. de solu.

Sententia fertur non solum super eo, quod petitur, sed etiam super causis eius, ita no. Inn. in ca. cum ecclesia, de cau. pos. & proprie. fol. 91. nu. 2.

Sententia non tenet quando non præcessit legitima citatio, ita no. Innoc. de procura. capit. querelam. fol. 70. num. 2. & vide ff. de re iudi. l. si cum nulla, & in l. vir bonus, ff. iudi. fol. & in l. si pater. C. ne de sta. defun. secus si est aliqua, & potest elidi, quia arctat nisi opponatur. Bald. vide supra in ver. Citatio, in penul. quæst.

Sententia vel processus quando petitur annullari, imploratur officium iudicis, ita no. Inno. in ca. ex insinuatione, de procur. fol. 70. idem si contractus, vt in ca. constitutus, de in integ. resti. & offi. iudi. largo modo dicitur actio personalis, & non parit exceptionem rei iudi. nisi ex causa expressa in libello, ita not. Inn. in d.c. ex insinuatione, vide per Bart. Bal. in l. quæ sub conditione. §. fi. ff. de condi. insti.

Sententia vniuersalis mandatur executioni in rebus, quæ probantur tempore executionis, ita no. Inn. de offi. ordi. c. conquerente. fol. 65. facit l. facultas. C. de iure fis. lib. 10. Bal.

Sententia lata super iurisdictione negatiuè non potest reuocari, etiam de voluntate partium prorogantium, ita no. Inn. in ca. significasti, de offi. deleg. 52.

Sententia non meretur executionem, nisi constet de citatione vel præsentia partis tempore sententiæ, ita no. Inn. in ca. cum in iure, de offi. deleg. fol. 59. nu. 3. idem tenet Guil. de Cun. in l. 1. ff. de in ius voc. Bald. vide ibi Guil. & Bart. qui hoc limitant, nisi requiratur citatio in scriptis, & dic vt per Ioan. And. in c. vlt. de elec. lib. 6. in nouella.

Sententia aliquem esse procuratorem, nec præsumitur esse si negetur, secundum Inno. in cap. cum in iure, de offi. deleg. fol. eod. Non obst. l. optimam. C. de contrahen. & commit. stipu. quia ibi loquitur in contractibus, in quibus pars nunquam videtur confiteri id, quod est de substantia. Bal. vide supra in verbo, præsumptio, in pen. q.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sententiæ latæ sine ordine & causa non est parendum, secus est in præcep. quæ non pertinent ad forum causarum, sed ad auctoritatem præcipientis, ita not. Inno. in cap. ad aures, de temp. ordi. fol. 43. nu. 1. facit ff. de annuis leg. l. Quintus. §. Pompo. Bald. vide supra in ver. mandans, in 11. q. & supra hoc eodem ver. in 1. quæst.

Sententia in dicto tenet, licet in causa vel ratione non corrigatur, quia falsa, vel erronea, ita not. Innocen. in capitul. in præsentia, de renuncia. tollo. 40 argumen. l. scio. ff. de appella. & l. Titianus. ff. quod cum eo. & Aemelius. ff. de minor. Nam quandoque remouetur ratio & non dictum, vt l. Papin. exuli. ff. de mino. & vide gloss. in l. si is ad quem. ff. de acquiren. hæredi. Bald.

Sententia est nulla, si non vocati fuerunt quorum intereat, ita not. Inn. in c. dudum, il 2. de elec. fol. 35. & vide gl. in l. minor. ff. de minoribus. Bal.

Sententia in notorio fertur etiam non citata parte, ita not. Innoc. in c. quanto, de transla. præla. fol. 38. Videgi. contrariam in ca. ad nostram, de iureiuran. de diuor. c. porro, & de purg. cano. ca. cum dilecti.

Sententia lata contra minorem vel ecclesiam ex falsa vel obreptitia probatione ipso iure est nulla, vt l. 1. C. de sen. aduer. fi. latis, libr. 11. Præsertim inter pupillum & tutorem, cum indefensus sit & solus sit ex vna parte, & tutor ex altera. ff. de excu. tut. l. qui testamento, & ff. de min. l. verum. §. ex facto. Sed si est lata contra maiorem ex falsa tacita, vel expressa valet, sed datur restitutio. ff. ad Trebel. l. seruo iniuito. §. cum prætor, & ff. de acq. hære. l. si is ad quem, per gl. & Dy. per Inn. de renun. c. in præsentia. fol. 40. Bal.

Sententia an mandetur execu. in præiudicium vnius non alterius, vide per Innocen. in capit. cum super, de re iudi. fol. 127. nu. 2.

Sententia lata super actione parit excep. rei iudicatæ super eadem actione, & super alia quæ primo non potest cumulari, vt ff. de excep. l. fundi, idem in excep. vt c. cum dilecti, de electio. vt excludat ius excipiendi, ita no. Innocen. in ca. 2. de ordi. cogni. fol. 90. & ipse idem eodem titul. capitu. fin. & per Hostien. ibidem. Bald.

Sententia lata super exceptione contra excipientem, si processus fuerit summarius, non tollit ordinariam iurisdictionem, ita no. Innocen. & Hostien. in dict. capit. 2. & si. de ordi. cogni. facit ff. de re iudica. l. à diuo Pio §. si super rebus. si vero processus fuerit ordinarius, aut tendit ad eundem finem cum actione, & tollitur actio. ff. de compensa. l. quod in diē. §. 1. Aut ad aliud prosequendum, & tunc non tollitur. ff. de cuictio. l. venditor, quia ad aliam rem ageretur, ergo non obst. exceptio, vt l. cum quæritur. ff. de excep. Inn. Bal. vide per Cy. in l. peremptorias. C. sen. rescin. non pos. & per Bald. in l. qui Romæ. 5. duo fratres. ff. de verb. oblig.

Sententia lata super exceptione iurisd. per exceptionem non sufficit ad agendum, nec accusandum, nec eædem probationes valent, secundum Innoc. in locis superius alleg. nisi in adulterio, vt ff. de adul. l. 2. §. si publico, & facit quod no. ff. de verb. oblig. l. qui Romæ. §. fin. Ex hoc ego dico, quod ille, qui venit contra laudum excipiendo, non incidit in pœnam l. distinguemus. §. cum quidam. ff. de arbit. non intelligitur propterea conuictus in pœnis, imo iterato potest probare suam except. secus forte agendo, vt d. §. fi. Bald. Et vide omnino supra in ver. Citatio, in 44. q. vbi habes vtrum sententia lata à iudice coacto valet necne, &c.

Sententia non debet retractari prætextu exceptionis de nouo reperti, ita not. Innocen. in cap. dilectus, de rescrip. folio. 11. numero 3.

Sententia sit continet multa capitula, licitum est appellare in vno solo, ita no. Inno. in c. dilecto, de ap. fol. 138. num. 2. casus est in capit. Raynaldus, de testamentis, vide supra in ver. Libellus, in 5. quæst.

Sententia dat & aufert animum possidenti, quia dat animum victori, & aufert victo, & hoc sufficit in corpora lib. ita not. Inn. in c. cum venissent, de in inte. resti. 74.

Sententia lata super expen. licet sit conditionalis & incerta, valet, & iudex sententiando potest sibi reseruare taxationem, ita no. Inn. de dolo & contu. c. fi. fol. 98. nu. 3.

Sententia potest retractari contrario iudicio, quando in eius tenore constet de eius iniustitia, idem si non fuit ordo seruatus idem si aduersarius eius, qui vicit sponte est admissus coram Papa ad probationem iniquitatis, licet non fuerit appellatum, ita not. Inn. in c. cum Bertol. de re iudi. fol. 128. nu. 4.

Sententia lata me sciente cum certa persona possidente rem meam, mihi præiudicat quantum ad possessionē sed non quantum ad proprietatem, ita no. Inn. in c. cum super, de re iudi. fol. 127. num. 9.

Sententia excommunicationis non potest suspendi, licet tempore inchoationis possit reuocari & prorogari, ita not. Inno. in c. inquisiti. de appel. fol. 140. & ibidem vide quando possit appellari, & quando non, à sententia excommunicationis, & vide per eundem in c. fi. de appel. 140.

Sententia non solum suspenditur per appel. sed etiam per man. & prohibitionem in diem factam, vt si fortè iudex prohibuit ingressum possessionis, vel suspendit quem à beneficio, quia per appellationem, mandatum, & prohibitionis sunt suspensæ, secus est in sententijs censuræ, & in sententia interdicti vel excommunicationis, qua appellatio eas non suspendit, ita not. Innoc. in cap. ad hoc, de appella. fol. 131. nu. 1. Et quid in suspenso à Pontificalibus, vide ibidem Inno. Et ideo si excommunicatus appellauit à sententia excommunicationis lata in eum pendente app. est vitandus in iudicio, vt ipse idem no. in c. sæpe, eo. tit. Ratio autem sumitur ex prædictis, quia sententia excommunicationis propter appellationem non suspenditur, facit c solum, de sen. excom. lib. 6.

Sententia non est exequenda contra hæredem, nisi præmissa citatione, vt per Inn. in c. quia V. de iudi. 80.

Sententia qualiter formatur, quando agitur secundum formam l. diffamari. C. de inge. manumis. vide per Inn. in c. dilecto, de præben. fol. 148. nu. 5.

Sententia diffinitiua an debeat ferri contra diffamantem, an faciat sibi imponi silentiū super diffamatione solum? Dic quod si clarè fuit probatum de iure diffamati, ferri debet diffinitiua, ita no. Inn. in c. causam quæ, qui fil. sint legi. 197.

Sententia excommunicationis habet duos effectus, quia expellit, & in expulsione detinet. Econtra operatur absolutio, ita not. Inn. in c. officij. de sententia excommunicationis. 129.

Sententia qualiter formari debet in danda resti. in integ. contra cōtractum, vide per Abb. in cap. ad nostram, de rebus eccle. non alien.

Sententia lata in absentem causa absentiæ probata retractatur, ita no. Abbas in cap cum Bertol. de re iudic. Aduerte, quia absentia alia est necessaria & iusta, & fauorabilis, vt causa reip. & testimonij. Alia necessaria & odiosa, & est absentia banniment. ff. de min. l. Papi. exuli, & vide quod not. ff. ex qui cau. in pos. ea. l. ad cognitionem, in gl. ordi. Alia voluntaria & fauorabilis. De hac dic, vt l. nemo. ff. ex qui. cau. ma. Alia voluntaria simplex, idest nec fauorabilis, nec odiosa, vt causa rei familiaris, mercantiæ, & solatij. De hac dic, vt in l. fi. de in integ. rest. Omnis ergo absentia aut est necessaria, aut voluntaria. Necessaria est duplex quædam priuilegiata & amica legis, quædam detestabilis & odiosa. voluntaria est triplex, quædam habens prorogatiuā, vt causa studiorum, quia reipu. interest, quædam odibilis & contu. quædam neutra, puta quandam artem mechanicam, vt mercantiæ & similem artem vel causam, no. ista Bal. Inn hoc dicit in c. querelam, extra de procur. 70.

Sententia præiudicat tertio, qui habuit ius se opponendi, & passus est de suo iure disputari, quia potuit prohibere ne sibi fieret præiudicium se opponendo, & quia non fecit, videtur consensisse, nisi appellet, ita not. Inno. & Abb. in c. quamuis, de re iudi. fol. 129. & vide ff. solu. matri. in l. 2. §. voluntatem, per Iaco. de Are. & Dy. extra no. quod illa regula, Res inter alios acta, &c. fallit in primo de cre. quia omnibus prodest, qui sunt paris rationis & conditionis, & vno admisso omnibus alijs est parata via. C. de bon. auct. iudi. pos. l. fi. & ff. commodati. l. vnus. nam missio est ex edicto prætoris, & prætor omnibus suum edictū aperit, adeo quod licet missus renunciauerit missioni, hoc non nocet aliis, quib. erat via aperta. ff. de contratab. l. si post mortē. Non obst. ff. de mino. l. si iudex, quia hic erant priuilegia paria, ibi autem priuilegium minorum erat maius, prius quam maiorum, & erant correlatiua & destructo antecedente destruitur & consequens. Sed in casu nostro vnum non dependet ab alio, nisi quo ad originem, non quoad productionem in esse. Item est & alia illarum legum, nam cum creditor mittitur in pos. omnium bonorum, omnibus debet prodesse missio, non autem præiudicare, cæterum nec inducere ius proprietatis, quia non debet intentio iudicis præiudicare alijs non citatis. Hodie vero non fit, nisi pro mensura debiti declarati, & sic est coarctata ad vnum solum debitum, ergo aliis non prodest, vt in ca. quoniam frequenter, in fin. vt lite non contesta. quod verum est, si sunt omnia bona vnde possit aliis satisfieri, alias bene prodest, vt not. in d. l. cum vnus. hoc verum quo ad pignus percipiendum, sed quo ad veniendum ad secundum decre. sine also primo decre. semper prodest, quia ordo seruatur, ratio legis est in dicta. l. cum vnus secundum Iacob. Butr. quod est not. Bald. Sed an est idem

idem in captura personæ debitoris, sicut rerum, videlicet, quod captus ad petitionem vnius creditoris fingatur captus ad petitio. omnium. Certè hoc nulla lege cauetur, quod ex eadem captura omnibus ius quæratur. Sed bene credo, quod per nouum processum possit bene recommendari in carcerem. Si autem prima captura pronuncietur nulla, recommendatio quæ in ea fiet, euanescit, vt in d. l. cum vnus, secundum Bar. qui hoc disputauit. Sed quid in secundo decreto an omnibus prodest? dico, quod non, quia habet vim diffinitionis. Et istud secundum decre. potest dupliciter interponi, scilicet per missionem, & per ad iudica. in solutum, vt in l. ordo. C. de execut. rei iud. Si fiet venditio, debet satisfieri creditori, & superfluum si quod est, distribuatur aliis, vt d. l. fi. §. si autem, vbi no. quod licet venditio debeat fieri pro mensura debiti, tamen non est venditio nulla, licet excedatur modus, & ad idem facit quod no. C. quo appella. non recipi. in l. ab executione, vbi gl. dicit, quod debet appellari. Nō tamen quod istud plus debet poni in sequestro reddendo cui iudex mandabit. Et quod in ista venditione quæ sit iure creditorum, alias venditoris debet interuenire scriptura, & debet fieri apud acta cum iuramento, vt d. l. fi. Adde etiā quod expensæ quæ veniunt reficiendæ ratione primi decr. probantur per iuramentum, vt d. l. fi. §. 1. quæ omnia tenementi Bald.

Senex quando dicatur quis, ita quod eius testimonium recipiatur ante li. contes. relinquitur arbitrio iudicis, ita no. Inn. in c. quoniam, vt lite non contest. fol ...num. 2.

Sigillum, quando sit credendum sigillo, vide per Inn. in c. 1. de fid. instr. fol. 112. nu. 2. & per Bar. in l. Lucius. ff. de fid. instr. Bal.

Sigillorū, de materia & auctoritate sigilli, vide plenè per Inn. in c. 2. de fide instru. fol. 113. in ver. Sigillum, & supra in vers. Citatio, in 4. q. vide supra in verbo Credulitas, in 4. q.

Sigillum appellat ius canonicum, sed ius ciuile appellat annulum, ita no. Inn. in d. cap. 2. de fide instru. fol. eodem. super d. verbo, Sigillum, circa medium, dum dicit, item no. quod ius ciuile appellat, &c. Et sic quotiescunque fit mentio in iure de annulo, vult loqui de sigillo. item scias quod sigillum aliud auctoritatis, vt sigillum Papæ, Episcoporum, & dominorum temporalium. Aliud solennitatis, vt sigillum testiū in testamentis. Aliud testimoniale, vt l. si qua per calumniā. C. de epis. & cle. Aliud ratificatiuum, vt l. 2. C. de reb. alie. nō alie. non tamen dicitur sigillasse ille, qui errauit. C. plus valere quod agitur. l. fi. ita no. Inn. in d. c. 2. quod no. Bal.

Sigillum quid importet, & quid cedula vacua sigillata, vide per Inn. in d. c. 2. fol. eodem.

Sigillare potest quis cedulam, licet nō legerit eam, ita no. Inn. in c. quanto, de his quæ fiunt à præla. fol. 157. quod tene menti Bal. Sed contra videtur dicere gl. in d. c. 2. in gl. super ver. Sigillum, &c. vbi dicitur quod non dicitur sigillasse ille, qui non audiuit, nec vidit, nec subscripsisse vī ille qui errauit.

Simonia, vide supra in verbo, Ius, in 1. q. & supra in ver. Preces in 1. q. & supra in verbo, Soluere, in 3. q.

Syndicus creatus à conuentu non indiget confirmatione episcopi, vel alterius superioris, ita no. Inn. de iur. cal. in c. cum causam, & c. Imperatores. fol. 88. Credo hoc esse verum, quā do conuentus habet bona distincta à prælato, quia tunc potest, nā tunc habet propriam administrationem, alias secus, vt no. Inn. in c. edoceri, de rescrip. fol. 9. Sed in syndico vniuersitatis creato, an requiratur confirmatio, vel auctoritas superioris, gl. in l. nulli. ff. quod cuiusq; vniuer. nomine, dicit quod sic. Guil. de Cun. tenet contrarium, si factus fuerit ad agendum. nam quædam uniuersitates non habent iudices, vt villæ, & tamen faciunt syndicum. Sed si vniuersitas vellet alienare, tunc in cōfirmatione syndici requiritur decretum, vt l. fi. ued. re. ciu. lib. 11. vnde dicit ibi Inn. nō facio vim in nomine, sed in persona, & qualitate constituentiū, & modo ipsius constituentis, quia si dico, facio Titium actorē vel syndicum meum, erit procurator, & non actor, vel syndicus, nec propter hoc vitiatur procuratorium, arg. ff. de cond. & dem. l. pater Seuerinam. §. conditionum verba: non. n. omnes homines vri sciunt propriis sermonibus. l. quot. C. fam. erci. Et est no. quod episcopus, & alii prælati faciunt procuratorem ad eorum lites proprio sumpto vocabulo, quia præsumuntur domini in agendo. Et ciuitas facit etiam procuratorem in suis rebus propriis sumpto proprio vocabulo procuratoris, quod cum est, non requiritur decretum in vera constitutione procura. ita no. Inn. in d. c. cum causam, de iura. calum. fol. 88. quod tene menti. Bal.

Syndicus constitutus à capitulo cum voluntate prælati, an vitietur constitutus ab vtroq; s. prælato & capitulo, vide per Inn. in c. 1. ne sede vac. fol. 156. qui sentit qd sic, arg. ff. de ex. cur. l. si filius. §. sed & filia, arg. contra. ff. de ma. vind. l. si pa. in fi. & econtra, certū est, quod valet, per d. §. sed & filia, Bal.

Silentium nunquam imponitur silenti sed vexanti, hinc est, quod si habeo debitorem, & nihil ei dico, non potest petere, vt mihi silentium imponatur, nec potest petere, quod mihi terminus assignetur ad probandum, vel ad agendum, vt l. 1. C. vt nemo inuitus agere vel accusa. cog. Sed si infamo delatorem si quidem de statu, ipse potest petere & implorare officium iudicis loco defensionis, & loco deficientis actionis, secundum l. diffamari. C. de inge. manu. quia diffamatio affert periculum diffamato, cum hoc ipso diffamans se gerat pro domino. Si vero diffamo de crimine, & tunc aut in iudicio aliquem diffamo, & debet mihi terminus assignari ad agendum. ff. de act. l. cum Titia, & l. si ea. C. qui accusā non pos. & c. licet, de accu. & ff. de fal. l. Athaletus. Aut extra iudicium, & non in faciem iudicis, & tunc istud officium iudicis mercenarium non pertinet ad iudicem. Sed ego infamās teneor actione iniuriarum, vt ff. de iniur. l. item apud Labeonem, §. quod in cœtu, & tunc priuatum est crimen iniuriarum, nisi in famoso libello. ff. de iniuriis. l. lex Cornelia. §. fi. Nulla tamen lege cauetur, quod hæc sit sententia falsi, imò nec l. tenuit. ff. ad Turpil. l. quæsitum. Quandoque tamen ex verbis diffamatoriis oritur controuersia possessionis, & tunc agi potest. ff. de lib. lega. l. Aurelius. §. centum, in gl. Dic ergo, quandoque reus iure ordinario non potest producere testes cum petit eos recipi, & publicari ad æternam rei memoriam, & dicitur quis reus ratione obligationis. item ratione possessionis, nam possessio facit quem reum. ff. de iud. l. non alias. §. 1. C. de alie. iud. mu. cau. fac. l. 1. ff. de non. oper. nun. l. si prius. Et dicit Io. quod testes publicati pro eo ad æternam rei memoriam nō valent. Et idem si agat, quod recepti sunt ad finem defensionis, non ad finem agendi. Sed certè finis est diuisibilis in agendo, & defendendo, & ideo non valent pariter in vtroque. ff. de iureiu. l. sed & si possessori. §. fi. Saluo tamē iure opponendi in personas, & dicta cum extra ordinem sint recepta. C. de testi. l. fi. Et no. casum, quod interdum recipi petit testes is, qui non habet actionē nec habere speratur, & tunc testes publicantur ut hic, & ff. de testi. l. curabit. C. de vsur. pupil. l. fi. interdum quis non habet actionem, sed haberi speratur, & tunc loquitur ff. ad l. Aqu. l. in lege. Sed ibi speciale, quia duo cōcurrebant, videlicet odium delinquentis & timor interitus probationis. Interdum habet actionem, & est timor ne pereat ex dilatione legali, & tunc loquitur. ff. ad carbon. l. 3. §. duæ causæ. Interdum habet cū præsenti exercitio, cum testes sunt, propter q. possunt recipi, & tunc examinantur, & non publicant, s. tūc, sed postea suo tempore, infra annum tamen, vt in c. quoniā frequenter, vt lite non contest. nisi partes velint statim publicari, & tamen publicatio testium non erit actio, vt not. ff. de iniuriis. l. sed & si vnus, §. pen. Et an requiratur citatio personalis, quando testes extra ordinem recipiuntur, not. Inno. in c. significauit de testi. fol. 109. vbi prædicta omnia dicit in substantia, & ibi uide, facit ad vltimum. ff. de incen. rui. nau. l. Pædius, & l. ne quid. non tamen citatus est semper admittendus ad contradicendum, vt no. ff. de bo. poss. l. 3. §. pen. & addo quod no. per Dy. in l. 4. de dam. infect. & per Io. Andr. in c. præsumitur ignorantia, de reg. iu. in 6. in mercurialibus. Bal. vide quod no. gl. in l. gesta, C. de re iud. quod in apertura & in attestationum publicatione non est necessaria citatio partis. Alij dicunt contra, Bar. alleg. illam gl. sed nihil dicit de citatione sed de præsentia tantum. Adde etiam quod attestationes non publicatæ non faciunt fidem in alio iudicio, quia illa acta demum faciunt fidem in alio iudicio, quæ translata sunt in publica monumenta, vt dicta l. gesta, de re iud. & not. in l. 3. ff. quæ in fraud. credi. secundum Ricard. Malumbr. & alios, & rene bene omnia isti menti. Bald. Et vide supra in verbo, Appellatio, in 21. quæst. & supra in verbo, Sententia, in 74. quæst.

Silentium habetur pro consensu in temporali cōcessione, quā facie prælatus, ita no. Abbas in cap. continebatur, de his quæ fiunt à prælato. circa quod dic, aut prælatus facit aliquid vtē do, aut cōcedendo. Primo casu, aut suis proprijs, & solus potest, vt in c. edoceri, de rescrip. Aut communibus, & non pōt sed capitulum debet sibi cōsentire, quod facit eo ipso, quod scit & non contradicit, nam prælatus assimilatur patri, & capitulum assimilatur filijs. ff. fol. matr. l. si cum dotem, & l. 2. §. voluntatem, & ff. de procur. l. si filiusfam. §. sed & si filia. Nisi prælatus ad turpem cām vteretur, quia tunc taciturnitas capituli habetur pro cōtradictione. ff. fol. mat. l. si cum dotem.

Universidad de Deusto Biblioteca

§.eo autem tempore.nam præsumptiones legis de consensu loquentis ad licita & honesta aptanda sunt, non ad illicita, arg. ff.de furtis.l.qui vas.§.vetare,& facit.ff.quarum rerũ actio non datur.l.1.§.quæ honorandæ,in fi.Aut prælatus vtitur rebus vel iuribus propriis capituli, capitulo tacente, & tunc videtur quod non valeat,quod ipse facit,quia immittit falcem in alienam messem,& capitulum scit ius suum vbiq; durare.ff.quib.mo.pig.vel hypo.solu.l.sicut.§. non videtur nisi capitulum se subscriberet,vel consentiret expresse,vt d. l.sicut.§.venditionis,& ff.de pigno.l.fideiussor.§.patere.alias apponeret sigillum, C.de rebus alie.non alien.l.2. cum si mil. Et hæc vera quando prælatus facit acta nomine suo, secus si vt procur. capituli, quia tunc taciturnitas habetur pro mandato,vt no.per Inn.in c.edoceri,de rescrip.fol.9.& probatur in l.semper.§.qui non prohibet.ff. de reg.iur. Si uero prælatus facit aliquid concedendo,& tunc aut in illa concessione requiritur certa forma,& non sufficit taciturnitas, ut in auct.hoc ius porrectum.C.de sacrosan.eccle. Aut sufficit nuda voluntas,& tunc sufficit sciuisse, vt d. c.continebatur, quæ omnia sunt menti tenenda.Bal.

Scrutinium,vide supra in verbo,persona,in 1.q.

Specificatio,vide supra in verbo,Citatio,in 22.q.

Scientia præsumitur post duos menses à die publicationis, vt bonus vir arbitrabitur,ita no.Inn.in c.2.de consti.fol. 1. & l. fi.ff.de decre. ab ordi.fac.Bal.

Scientia Cancellarij habetur pro scientia Papæ,ita no.Inn.in c.cum dilecta,de rescrip.fol.9.nu.3.

Scire nullus tenetur,sed credere & opinari.Inno.de ren. c.nisi cum pridem.fol. 46

Sientiam probare debet,qui allegat scire.Innoc.de filijs presbyte.c.constitutus.fol. 47

Scientia præiudicat personæ transuersali in suis casibus, licet ei ratio nõ interuenerit,vide Inn.in c.quamuis,de re iud.f.129. nu.4.Et sic no.casus in quib.sufficit sola scientia sine aliqua denun.& vide C.si vnus ex plu.appel.l.1. Sed speciale est in causa appellationis,quia sententia est indiuidua, & ibi vide Cyn.Bald.

Schisma est triplex,vt per Inn.in c.1.extra de schismaticis. fol. 209.num.1.

Spoliatus proprio patrimonio conueniri potest super beneficio & rebus ecclesiæ,ita no.Inn.in c.ex parte, il 2. de rescrip. fol.5.nu.4.& uide supra in verbo,Notorium,in 3.q.

de Spoliatione iurium incorporalium,vide plures quæstiones, quas ponit Host.in c.querelam,de elec. & ibi omnino vide per eum.Bald.

Spiritualia possunt deponi,ita no.Inn.in c.examinata, de iudicijs.fol.81.num.1.

Spiritualia & omnia incorporalia quæruntur sine possessione, de conces.præben.c.cum nostris,ita no.Inn.in c.bonæ,de postu.præla.fol. 17

Sponsalia contrahuntur quatuor modis quos ponit Inno. in c. 1.de spon.duorum.fol.193.nu.1. & uide supra in ver. Adulterium,in 1.q.ibi,cum sponsa.&c.

Sponsam de futuro non tenetur quis ducere interueniente fornicatione, secus in uxore,ita no.Inn. in c. quemadmodum, extra de iureiu.fol.118.nu.3.

Sponsalia an quis cogatur complere,vide plenè per Abbatem in c.illis,de despon.impube. & uide gl.in c.literis,de sponsa.

Statutum non valet quando uerba ipsius à domino tantum in subditos diriguntur, secus si ad vniuersos. Item non valet sententia de futuro quo ad dominum in subditos,quia iurisdictio debet præcedere prouinciam,quæ non præcedit,nam ex facto ante factum non oritur iurisdictio in eos, qui foris sunt,ita no.Inn.in c.à nobis,de sen.excom.fol.126.in subditis autem potest fieri lex,& contra tertiam personam ex causa,vt no.ff.de capi.dimi.l.amissione.§.qui deficiunt. Sed sine causa non,nam si ex tali lege ageretur obstat exceptio doli, nam dolus etiam in legibus committitur,vt l.1.in fi.ff.de exce.doli.vbi autem in statutis ponitur signum vniuersale, vt omnis,quilibet,& quicunque,vt no.ff.de reg.iu.l. 1. Si autẽ fiet hoc in fraudem,quia casus non põt,nisi ad vnam personam accommodari,illa persona dicitur nominata, nã inter cæteros fiet exhæredatio.ff.de lib.& posth.l.Titius, & ideo pro singulari sermone habendum est,quod ad unum solum concluditur,arg.l.si optio.ff.de op. leg. Plerunq; tamen expressa nocent,quæ non expressa non nocent,vt in regula iuris,quædam quæ ex formali expressione vitiũ sumunt, vt l. actus,de reg.iur.tene menti,& uide infra in ver.vniuersitas, 1.2.&3. quæst.

Statuta collegij valent inter illos de collegio, licet non sint aliter approbata per superiorem, non tamen ligant superiores ab obseruandum ista statuta,ut no.in l.2. C.de consti. pecu. Doct.dicunt,quod potestas tenetur seruare inter mercatores statuta mercatorum,sic de alijs,vt in Auct.de resti. fidei commissi. §. argentarij. Et hoc si verba statuti diriguntur in ipsos mercatores, nam quia lex confirmat istud sta. ergo Potestas debet ipsum seruare. Si autem verba statuti dirigantur in ipsum iudicem,non possunt imponere legem superiori,vt ff.de arbi.l.nam magistratus,& hoc quantum ad substantiam diffinitiuæ causæ. Sed quantum ad modum,& ordinem processus quilibet iudex seruat statuta sua, non alterius iudicis,ff.de testi.l.3.in fi.C.quemadmodum testa. aperian.l.2.& C.quæ sit long.consue.l.2. per Cyn. Bal. uide supra in uerbo,renuncians,in 5.q.

Statutum non potest tollere alicui ius suum quæsitum, nisi ex causa iusta rationabili. Sed suum auxilium, vel iuris ciuilis, vt actionem potest tollere,sed non funditus impedire, quin officium iudicis imploretur, quia etiam Princeps non põt tollere,nec auferre implorationem nec defensionem, cũ sit de iure naturali,ita no. Inn.in c.quæ in ecclesiarum, de consti.fol.2.nu.2.quod no.item scias,quod ex causa iusta potest fieri statutũ ẽt cõtra singularẽ personã, vt no.gl.in l.amissione.§.1.ff.de capi.dimi.Bal.vide supra in ver.clausula,in 2.q.

Statutum laicori super rebus ecclesiæ, valet si Papa illud confirmat,alias non,ita no.Inn.in c.1.de transa.

Statutum,priuilegium,vel consuetudo, an quodlibet istorum tollatur per vnũ actum contrarium,vide per Inn.in c.accedentibus,de priu.Et dic, quod si quis offendat statutũ, vel consuetudinẽ,& est talis,cui potest eam tollere,vt eam tollere,sed in priuilegio non est ita,quia non perdit ipsum,nisi quo ad illum qui facit.In contrarium,quia priuilegiũ est tantum indultum sub fauore,& ideo neminem,nisi seipsum lædit, et quilibet rei suæ est diffinitor, et arbiter,et variare põt,quia nec legẽ nec hominẽ offendit,arg. ff.de act.emp. l.si sterilis.§.fi. Nam priuilegia potius sunt facultatis, q̃ necessitatis,et vti,et nõ vti est in libera ptãte priuilegiati,arg. ff.de mino.l.si iudex.Leges.n. non dẽt poni in alicuius libera ptãte,et iõ qui legem offendit frustra eius auxiliũ inuocat,ut ff.de mino.l.auxilium.§.in delictis.nec debent leges ludificari,vt no.ff.de adop.in l.si adoptio.§.cum.Nec ẽt homo,vt ff.quib.mo.pig.vel hypo.solu.l.sicut.§.illud:indignatur.n.lex vacillationi q̃onis subesse cum constans esse dẽat,vt ff.de inst.& iu.l.iustitia,facit quod.ff. de procu. l. in cãr. & erubescenda est uarietas, vt C. de mõ mul. in l.eos, vel dic melius,secundũ Inn. Aut loquimur in priuilegio, & tunc cũ aliud sit omittere,aliud sit remittere,vel renunciare, licet quis omittat in uno casu,in alijs vti poterit. C.de excusa.tut.l.voluntate,nisi alij casus nascantur de eodẽ facto, in quo adhibuit consensum puta ex eodẽ testõr. C.ad leg. Fal. auct.sed cũ testator,vel nisi ex lapsu tẽporis inducatur præsumptio generalis renunciationis priuilegij,arg. ff.de vsu. l.qui semissem. Sed dominii renunciatio nunquam præsumitur ex lapsu tẽporis,secundum Inn.quod est no. De hoc no.C.cõi diuidun,in l.pen. De possessione no.ff. de reg.iu. l.3. per Dyn. si tamen non occurrit casus, in quo priuilegij vtendi facultas se non obtulerit,ex solo tractatu tẽporis nihil præsumitur remitti,vt C.de decur. l.in simul,libr.10.ibi, dum dicit,si necessitas non exigit,patri nõ remittit,qui tex. est ad hoc no.valde: Aut loquimur in statutis vel consuetudine. Et tunc aut vtens contradictiones hẽt, quod esse p t, nã si totũ capitulũ faceret contra bona & vtilia statuta ecclesiæ confirmata à superiore vel contra bonas cõsuetudines in vtilitatẽ monasterij introductas,q̃ statuta cõfirmant ipsa firmitate inueterati vsus,per l.de quibus.ff.de legibus,vnus ẽt de capitulo põt cõtradicere, & si nemo contradicat superior ex suo officio contradicit,nec tolli id,quod est pro bono ecclesiæ introductũ,ex defectu ptãris cãæ deficientis hẽt procedere inducere & tollere.ff.de legib. l. de quibus. §. fi. Aut cõsuetudo,vel statutũ est magis in fauorẽ personarũ,q̃ in fauorẽ realẽ ipsius ecclesiæ,& tũc per vnicũ actũ directo contrarium frangit statutum,non tamen si frangitur numerus canonicorum, rumpitur propterea numerus præbendarum,vt no. Inn.in c.pro illorum,de præben.fol.148.nam nõ vt vnum statutum,sed plura capitula.ff.de min.l.ẽt.§.1.E iõ rupto uno statuto non rumpit aliud diuersum ab illo etiam procedente per eãdem rõnẽ,ut no. C.de sacrosan.eccl.auct. quas actiones,arg.contra, C.de indi.vidui.tollen.l.fin. Sed ibi est pluralitas plurium personarum & una lege conclusatum,& tene menti ista. Bal.vide supra in uer.ciuitas, in 1.q.

Statutum uel cõsuetudo nõ valet in præiudiciũ tertij maximè superioris,

superioris,ita dicit Abb.in c.veniens,de iureiur.&c.vide supra in ver. Sacerdos,in 6.q.

Statutum dicit,quod filius non posit se obligare sine expressa licentia patris,modo in eodem instrumento filius, & pater se principaliter obligãt,vel vnus pro alio fideiubet, nec dicitur quod pater dederit licentiam filio,an sufficit? quidam dicunt,quod non, quia est tacita licentia non expressa: verum est.n.quod pater videtur consentire.ff.quib.mo. pig. vel hypo.contra.l.si gratuita.§.fi.& ff.qui.mo.pig.vel hypo. solu.l.Titius Sempronio, in princ. nam & duo rei videntur inuicem fideiubere,vt l.vir vxori.§.fin.ff.ad Vellei.& argu. quod sufficit ff. de procu.l.filius.§. sed & filia. Et si dicatur quod non est expressa licentia, dico quod satis est expressa reb.ipsis & factis,arg ff.de legi.l.de quib.& necessario sequitur ex verbis,& ex tenore verborum apertè colligitur, arg. ff.de lib.& posth.l.Gallus.§.1. Nam & rationi statuti satisfactum videtur,ergo & ipsi sta.ff.de ritu nup.l.libertus.§.senatus.C.de iudi.l.fi.& de condi.& demon.l.cum tale.§.pen. in gl.Spec.in tit.de actore.

Statuto cauetur quod contra laudum nihil posit obiici,an poterit peti reductio? Dico quod non arg ff.de aleato. l. pen.§. quod autem.idem si dicat,quod nil posit excipi, nam cum denegatur exceptio,& actio denegatur, per quam perueniatur ad excipiendum,vt C.de transac. l.nec intentio. ff. solu. matri.l.cum mulier,& no.ff.de mino.l.in causæ, il 1. per gl. & Cyn. in addi. Nam nec minor hoc casu posset aduersus laudum restitui in integrum,secundum Cyn.ibidem,quod est no.dignum. Si autem dicit,quod non posit agi, videtur quod posit excipi, quia qui excipit propriè loquendo non agit,vt per Inno.in c.1.de cau.pos.& proprie.fol. 91. ista ponit Spec.in tit.de arbit.

Stipulatio,vide supra in verbo, Sacerdos,in 1.q.

Socius socii criminis tam ad testimonium, quàm ad præsumptionem non admittitur,ita no.Inn.in c.1.de testi.fol.105.vide infra in ver. Testis,in 27.q.

Socius debet participare cum laboribus,damnis, & casib. aduersis alteri consocio aduenientibus, ita no. Inn. in c.sicut, deiureiur. 117.

Socius potest esse procurator socii criminosi,ita no. Inno. in c. licet,de accusationibus.fol.201.

Socius de societate mercatoris,vide Bar.in l.pen.ad fi.ff.de stipu.seruo.

Soluere potest debitor etiam post terminum sibi assignatum lapsum,sed citatus ad certum terminum comparere non potest sicut tenetur,quia non dicitur quis legitimè comparere, qui non comparet in termino,ita no.Inn.in c.cum dilec. de dolo & contu.fol.99.& vide gl. no.in c.quamuis, de appel. in clem.

Solutio vna vtrique parti inducit præsump.ita no. Innoc.in c. olim,de censib.fo.184.

Soluere notario pro scriptura,quam fecit,non est simonia, ita no.Inn.in c.1.de simonia.fol.205.

Solennitas consilii ordinis vel auctoritatis,vbi requiritur in aliquo actu factum non potest alteri ratificari, quia deficit forma.ff.de seruis expor l.minor.secus est, si non est de forma. C.de precib.impe.offe.l.vniuersa, & secus est,si est simplex consensus,ita no. Inno.in c.prudentiam,de offi.deleg.fo.54. vide supra in verbo, Renuncians,in 6.q.

Solennitates quæ debent interuenire in instrumento, possunt per consuetudinem aboleri,ita no. Inno.in c.1.de fide instru. fol.112.ergo per consuetudinem detrahitur istis solennitatibus.quod est no.Bal.

Subditi ciuitatis vel ecclesiæ non tenentur obedire violento inuasori,imo propria auctoritate ei resistere possunt, ita no. Inn.in c.in literis,de resti.spol.fo.94.num.3. & vide supra in verbo, Archiepiscopus,in 1.quæstio.

Submittere,vide supra in uerbo, Appellatio,in 42.q.

Supplicatio quid sit, quid precum porrectio, quid petitio ueniæ ad corrigendum quod male actũ est, & quomodo fiat, uide de omnibus istis per Inn.in c.auditis,de inte.rest.fo.75.

Substitutio facta filio si decesserit sine liberis ex se legitime procreatis,non excluditur per ingressum religionis,ita not. Abbas in c.Raynutius,de testamentis: quia in incertis non certis locus est cõiecturis. Sed si simpliciter dixit sine filiis, nisi ingrediantur ordinem minorum,quorum ordo in capiẽdo non habetur loco filii. Et ideo ordo fratrum minorum non excludit substitutum, imo facta professione statim admittitur substitutus, quia expectare mortem naturalem superuacuum est,unde non expectatur,quia non expedit.ff.de statu.libe.l.Arethusæ,in ratione sui. Alii dicunt quod idem est dicere simpliciter sine filiis, & dicere sine filiis ex suo corpore procreatis,vt no. Dy.ff.de legat.2.l.si ita quis.§.si is cui. Sed vide Cy.in auct.contra rogati. C.ad Trebel.sed præcedens opin.in vsu seruatur.

Successores an teneantur de facto prædecessorum, vide per Inno.in c.cum secundum,de præben.fol.147.nu. 13. vide supra in verbo, Dignitas,in 1.q.& in verbo, Capitulum in 4.q.

Successor tenetur soluere debita prædecessoris,si debitum fuit cõtractum in vtilitatem ecclesiæ, ita no. Abbas in c.1.de sol.

Surdus,vide omnino infra in verbo,testamentum, in 43.q.

Suspensus à Pontificalibus vel ab ingressu ecclesiæ an sit irregularis,vide Innoc.in c.cum medicinalis,de sen. excomm. fol.231.num.3.Et dic quod non, nec excommunicatus minori,secundum eum,vide supra in verbo, excommunicatus, in 4.q. De suspenso ab ingressu ecclesiæ non est verum, quod dicit Innoc.vt patet in c.is cui:de sen.excom.lib.6.

Suspensus non potest conferre præbendas, nec exercere spiritualia,ita no.Innoc in c.tanta:de exces.præla.fol.217. nume. 5.vide supra in ver.Sententia, in 70. q.idem tenet in c.quia diuersitati,de conces.præben.

Suspensus à iudice donec eum pœniteat,alias satisfaciat, magis suspensus esse videtur à Deo,quàm ab homine quia homo exprimit,quod tacitè inest per legem & ideo interim celebrans non est irregularis,quod no.ita no. Inno.in c.proposuit,de cleri.excommunica.mini.fol.215.vide supra in verbo, Appellatio,in 43. quæst.

Suspensi celebrantes quales sunt irregulares,& quales sint excommunicati celebrantes,vide ibidem per Inno.

Suspensus à beneficio quanto tempore duret suspensio, vide per Inno.in c.cum bonæ,de æta.&quali. fo. 45.

Suspenso interdicto non potest appellari, quia viget quo ad esse,non quo ad executionem.ita not. Inno. in c.cum inter, de consuetu.fol.15.Et dicit ipse idem,quod licet interdictũ relaxetur ad tempus, tamen post illud tempus non erit nouum interdictum, quia interim non cessauit interdictum, sed eius effectus,alleg.l.cum hic status.§.siue.ff.de dona.inter vir.& vxo. Sed quis effectus huius subtilitatis? Respondeo,si est nouum interdictum, tempore suspensionis posset appellari, si autem esset antiquum, non. Et ista quæstio fuit de facto Bononiæ tempore do. Ioan. de Heulegio, & ista opi.Innoc.videtur vera,quam no.in l.si vnus. §. 1. ff de pac. Simile habes,quod licet securitas debeatur bannito ad tẽpus tamen semper durat bannum, vt no. in l. is qui reus.ff. de publi.iud.vide supra in ver.Excommunicatus,in 1.q.

Suspensus ab officio impedit non solum ea, quæ quis consequitur ex confirmatione,sed etiam ex consecratione,vt collatio beneficiorum, secundum Innoc.& Host. in c.cum dilec.de consuetu. fol.16.

Suspensus à canone potest eligere,non tamen eligi,ita no.Hostien.in c.cum Vintoniensis,de ele.casus est in c.si celebret, de cleri.excom.min.

Suspensus à canone celebrans non fit irregularis, secus in suspenso ab homine. Excommunicatus autem tam ab homine,quàm à canone celebrans fit irregularis,ita no.Innoc.in c.sicut,de cohabi.cleri.& mulie. fol.143.

Suspensi vel amoti in ecclesia à beneficiis non debent admitti ad omnes contractus ipsius ecclesiæ,ita no. Inno.in c. Apostolicæ,de excep. fol.121.

Suspensus ab officio propter crimen liquidum,videtur suspẽsus a beneficio,secus si non suspenditur propter crimen, sed propter suspitionem criminum,vt propter infamiam,ita no. Abb.in c.decorem,de vita & honest.cleri.

Superior potest denegare dispensationem siue citationem in parte, ita no.Host.in cap.nisi,de renun.& vide supra in verbo, Sententia,in 2.q.

Superior ex quo confirmauit regulam, videtur dedisse Abbatibus potestatem faciendi ea, quæ sunt in regula cõtra suos monachos & conuersos,ita no.Host.in c.quanto,de offi.ordi.vide supra in ver. Statuimus, in 5.q.circa fin.vbi superior ex suo officio potest prohibere.

Superior potest prohibere ne aliquod collegium fiat,& iam factum destruere,ita no. Inno.in c. dilecta, de exces.præla. fol.217.nu.4.

Subdelegatus, vide supra in versicul. Modus, in 2. quæstio, in princ.

Subdelegatus nunquam potest exequi,& ideo delegans ei videtur sibi reseruare execu.secundum quosdam. Innoc.tenet contrarium,& cum in totum se abdicet iurisdic.non potest sibi reseruare consilium, ut no. ipse in cap. super quæstionum,de offi.deleg.fol.56.nume.9. Secus si in totum non ab-

Universidad de Deusto Biblioteca

dicauit, vt ipse idem not. in cap. si pro debilitate, eo. tit. alias in prædictis esset sibi contrarius, &c.

Succumbens in exceptione, quam opposuit contra testes, condemnatur in expen. ita no. Abb. in c. præsentium, de testi. nã sic faciendo processum causæ principalis retardat, sed omnis tardans processum condemnatur in expen. C. de fruc. & lit. expen. l. pen. secundum Bar. ergo: &c.

T

TACITVRNITAS Pro confessione non habetur, ita not. Inn. in c. 1. de postula. præla. 16.

Tacẽs possessionem alterius videtur impetrare obreptitiè, ita not. Innocen. in c. dudum, de priuileg. fol. 221. & C. vnde vi. l. meminerint, & l. 1. §. si quis, adeo ff. ne vis fiat ei. Bal.

Tractus futuri temporis non spectat ad iudicem in odiosis, sed in fauorabilibus sic, ita no. Inno. in c. auditis, de procur. fol. 71. nume. 2. uide glo. in c. Romana, de senten. excommunicationis.

Tantum, hæc dictio tantum, includit in se negatiuam, & contra testes. qui sic deponunt est præsumptio, ita no. Inno. in c. licet, de proba. fol. 103.

Transactio intelligitur esse de processu iudicii, ita not. in c. super literis, de rescriptis, facit ff. de pactis. l. tale pactum, in prin. §. 1. & vide supra in verbo, Abbas, in 3. quæst.

Transactio, quod aliquid præstetur nomine vsurariæ quæstionis non valet, ita no. Inno. in c. grauis, de deposi. fol. 160. & vide supra in verbo, crimen, in 3. q.

Transactio non probat, nisi vocata parte, ita no. Abbas in cap. peruenit, de fideius. idem Inn. ibidem. facit quod no. in l. chirographis. ff. de admini. tut. & in l. pen. §. 1. ff. quorum bo. & l. 3. §. pen. de bon. pos. &c. &c.

Taxatio vide omnino supra in verbo, Appellatio, in 23. q. & supra in verbo, Citatio, in 18. quæst.

Tractatus quid sit, & de tractatu de morte aliena, & reuelatione, vide Inn. in c. presbyterum, de homici. 210.

Templarii & hospitalarii sunt minus religiosi, quàm monachi, ita not. Inn. in c. in nostra, de sepul. fol. 169. vbi vide per eundem Bal.

Testator qui ponit animam suam, & bona sua in voluntate alterius videtur iubere omnia dari pro anima sua, ita no. Inn. in c. cum tibi, de testa. fol. 165. & sic ad pias causas, vt ibidem tenet Abb. vnde iste tacitè rogatus, intelligitur rogatus esse ad pias causas. Sic etiam Imperator interpretatur verba pro fideicommisso, licet quædam verba deficiant in eo. ff. de lega. 2. l. vnum ex familia. §. si iste tamen non poterit Spurio testatoris distribuere, quia in hoc tacitam fidem accommodare non potuit, facit ff. de proba. l. cum tacitum, & l. quo testamentũ. Sed si iste Spurius esset inops, satis credo, quod posset dare aliquid pro alimentis, ar. de eo, qui duxit in vxo. quam polluit per adul. c. cum haberet, itẽ dat tanquam pauperi, non tanquam filio, facit quod no. C. de sacros. eccle. l. illud. & casus illius c. superius allegati est, quod relictum ad pias causas valet, etiam si dispositio sit captatoria, secundum Bar. & vide Cy. in l. captatorias. C. de testa. mili. Sed Ricar. Malumb. dicit, quod illud c. loquitur in voluntate distributoria, secus in voluntate institutoria & dispositiua, ita dicit ipse in quadam sua disputa. quæ incipit, Titius hæres. Adde etiam quod pietas dicitur duobus modis, vno modo respectu personæ. Alio modo respectu actus, & hoc dupliciter, scilicet respectu actus dispositiui, & respectu actus distributiui. Pietas quæ est personarum propriè non pertinet ad materiam nostram de relictis ad pias causas, de ista loquitur l. Nesennius. ff. de neg. gest. & C. de neg. gest. l. alimenta, & ff. de inoffi. testa. l. nam & si parentibus. Pietas vero respectu actus dispositiui est materia nostra. Et dicitur relictum ad pias causas, quod relinquitur personæ pauperi, vel loco pio, vel in rem ipsam piam, vt in refectione ecclesiæ vel monumẽti. Vel distributio committitur ad arbitrium executorũ. vt d. c. cum tibi, & generaliter quicquid pro anima incertis, est relictum ad pias causas, secundum gl. no. ff. de leg. 2. l. si quis Titio, facit C. de sacrosan. eccle. l. illud, & quod ibi no. & in Spec. de instrum. edi. §. nunc vero aliqua, ver. & sciat, quod inter. Distributio vero pia largo modo dicitur omnis executio vltimæ voluntatis, vt in Auct. de hære. & fal. §. si vero. ibi, dum dicit piè agendo, col. 1. quod tene menti. Bal. vide supra in verbo, Rex, in 2. q. vide Ioan. And. in repeti. c. Ioannes, de testa. Bal. in l. 1. de leg. 2.

Testator si instituit pauperes Christi hæredes, cum esset quid difficile, quod pauperes intrarent possessionem hæreditatis, si fideicommissarius est datus ab eo, ille mittitur loco pauperum, alias episcopus eos mitteret, ita not. Inn. in c. cũ tibi, de testamen. 165.

Testator cum dicit in testamento, relinquo malè ablata, quid significet ex istis verbis, vide per Inn. in c. quia plerique, de immu. eccle. fo. 189. Et ex suis dictis colliges, quæ plenè ponit de restitutione malè ablatorum vel acquisitorum.

Testator cum facit testamentum est insanus mente, postea autem facit aliud testamentum. Si dubitatur an tempore testamenti fuerit sanus mente vel insanus, in dubio præsumitur, quod ex quo tempore primi testamenti erat in furore, quod etiam fuerit tempore facti secundi testamenti in illo furore, nisi probetur, quod tunc fuerit in suo bono esse & sensu, ita not. Innocen. & Ioan. And. in c. fi. de succes. ab intesta. fol. 167. quod tene menti. Bal. & ibi uidetur casus, vide supra in uerbo, Decedens, in 4. q.

Testator quando dicit, relinquo bona mea, idem est, ac si diceret, omnia bona mea, idem est, ac si diceret, omnia bona mea quia indiffinita æquipollent uniuersali, ita no. Abbas in ca. relatum, de test. uel quia nomen bonorum est nomen uniuersale. ff. de fundo. instru. l. Lucius, & ad Trebel. l. cogi, & C. quæ res pign. obli. pos. l. fi. & ibi per Cy.

Testamentum uide, supra in uer. Citatio, in 40. q.

Testamentum filii factum tunc quando pater erat captus, rumpitur patre ab hostibus redeunte, licet filius ante decesserit, est glo. singul. in l. fi. C. de senten. pass. quam tenet Bar. in l. si is qui pro emptore. in penulti. charta, post prin. de usucap.

Testis quando dicatur uarians, quando uacillans, quando contrarius, uide omnia ista per Innoc. in cap. præterea, de testi. cogen. fol. 112. num. 4. super uerbo, incontinenti. Et ibi dicit, quod uarians est, qui non stat firmus in dicto. Contrarius qui contraria tenaciter asserit. Vacillans qui uariat titubando. Bal.

Testis istud dictum deponens, dico Titium bonum hominẽ, quia cum bonis hominibus conuersatur, ualet, ita no. Inno. in cap. 1. de scrutinio in ordi. fac. 44.

Testis dictum examinati super artic. uel capitulo impertinenti non ualet, ita no. Innocen. in c. per tuas, de testibus. fol. 110. nu. 4. et uide supra in uerbo, Silentium, in 1. q.

Testis quando potest corrigere dictum suum, uide Inn. in c. præterea, de testibus cogen. fol. 112. nu. 3. et in c. cum clamor, extra de testibus. 110.

Testis debet interrogari à iudice de causa scientiæ, scilicet si quæratur qualiter scit illud, et si iudex nõ quærit illud, præsumitur in ipso malitia, quia omittit illa, quæ suo officio solerti incumbunt: debet enim petere et interrogare de causis. Si uero iudex interrogauit, et testis nihil respondit, uel fortè non bene, debet tunc iudex ipsum interrogare, de testib. c. cum clamor. Si autem iudex omisit interrogare de circunstantiis singulis, non subalternis, ut de loco, tempore et contestibus, et tunc testes non sunt reperendi, iterum interrogandi. Si autem iudex ipsum non interrogasset de principali re uel facto, ut de titulo, præscriptione, et simil. tunc testis debet repeti, quia tunc culpa iudicis, non partis, ita no. Inn. in c. per tuas, de testi. fol. 110. num. 4. quæ omnia tene menti. Bal. Solet recitari per Doct. in c. cum causam, de testi. uide supra in uer. Sententia, in 40. q.

Testis iudex esse non poterit, licet causam alteri delegauerit, ita no. Innocen. in c. dilecto, de testibus. fol. 109. nu. 3. Et est ratio, quia delegatus fungitur uice delegantis, et ille qui delegauit, uidetur etiam causam cognoscere et tenere, ut ibidẽ no. dicit Innoc.

Testis esse potest, qui uenit, seu fecit contra iuramentum, facta tamen pœnitentia peccati, ita not. Innocen. de testi. capitul. intimauit. 106.

Testis si dicat, uidi talem fugiẽtem cum gladio euaginato post delictum factum, licet in hoc non interfuit, ualet testimonium, ita no. Inn. in c. statuimus, de offi. deleg. fol. 61.

Testis si dicat, non recordor de tempore, tamen ualet eius testimonium. Sed in interdicto uti possidetis, oportet probare de possessione illius rei, ut l. 1. §. ex hoc interdicto. ff. de ui et ui arma. ita not. Innoc. in c. qualiter et quando, de accusa. fo. 203. nume. 2. uidetur probabiliter dicẽdum, si dico quod spoliasti me isto mense, et produco testes, qui non deponunt de isto mense, sed de præterito, bene probant, quia licet errent in tempore, tamen probant spoliationem factam, etc. Et uide Innoc. in d. c. qualiter et quando, etc.

Testis quando uacillat, notarius debet scribere incõtinenti præsente iudice uacillationis modum, ita no. Inn. in c. quoniam contra, de proba. fol. 104. num. 5. uide per Bald. et Ang. in l. Lucius.

Lucius. ff. de his qui no. infa.

Testis an possit puniri de confessis per eum testificando, vidẽ Innoc. in c. super, de testibus. fol. 106.

Testis de quibus est interrogandus, & de quibus non, etiam si interrogetur vel sponte confiteatur, an præiudicet alteri, vel non, uide de omnibus istis per Innocen. valde not. in c. cum super, de confessis. fol. 102. num. 3. Et ibi dicit, quod testis interrogatus de multis, de quibus nõ iurauit expressè, quia veniunt in quandam consequentiam.

Testis est legitimus pater ipsi filio in causa matrimonii, ita no. Innocen. in c. super, de testibus. fol. 106.

Testis inimicus quando admittatur ad testimonium, & quando non. Et quid de inimico reconciliato, vide per Innoc. in c. cum oporteat, de accus. fol. 202. nu. 3. qui dicit ibi, quod inimicus reconciliatus non admittitur ad testificandum, si reconciliatio erat recens, secus si antiqua, quia ex antiquitate temporis præsumitur obliuio, & ideo dictis suis & testimonio stabitur quasi nullæ supersint inimicitiæ reliquæ, argu. ff. de vsur. l. scien. §. fundi, facit quod no. in c. tuas, in glos. de simonia, & ff. de ann. leg. l. 3. §. fi. & de excu. tut. l. athletæ. §. dat remissionem. C. famil. ercis. l. in ipsius, & Insti. de iniuriis. §. fi. in gl. tene menti. Bal. Et dicit Inn. ibi, quod inimicus repellitur à testimonio, si inimicitia erat capitalis vel magna, vbi autem esset parua, non repelleretur, tamen testimonio eius non adhiberetur tanta fides, quanta alias adhiberetur, &c.

Testis cæcus nõ potest testificari pro re perceptibili per visum, quia videre non potest, item nec surdus per auditum, cum non audiat, ideo testimonia istorum isto modo non valent, ita no. Host. in c. ex literis, de consuetudine, vide Bart. in l. 1. ff. de verbo. oblig.

Testis non potest esse, qui est excommunicatus per sentẽtiam iam in eum latam, ita not. Inno. in c. cum nobis, de elec. fol. 22. nec potest conficere instrumentum, secus si expectatur excommunicari, quia nondum in eum lata est sententia, quia potest interim testificari & conficere instrumenta, vt ipse idem no. in c. auditis, de excep. & ibi no. vnum, quod contractus excommunicati, & etiam sententialiter condemnati valent ex partium voluntate. quod no. perpetuo. Bal.

Testis non solum debet iurare dicere veritatem super articulo dato, sed etiam super tota causa, item no. de interrog. fiendis ipsis testibus, & quid iuris si omittantur, vide per Inno. in c. per tuas, de testibus. fo. 110. nu. 3.

Testis quando procur. esse possit in causa domini, & quando non, vide Inn. in c. Romana, de testib. lib. 6. fol. 112. & per eũdem in c. insuper, eo. tit. fol. 105. vbi dicit, an possit excommunicatus testificari in causis ecclesiæ, & an Abbas in causis monasterii sui, et per Bar. in l. deferre, §. 1. ff. de iu. fisci, vbi quærit de multis circa primam materiam. Bal.

Testis dixit, vidi talem possidere talem domum à 40. ann. citra, intelligitur non continuè ipsum uidisse possedisse, nisi appareat in suo dicto copula, et, scilicet à 40. an. et citra, ita no. Inno. in c. cum Ioan. Heremita, de fide instrum. fol. 114 vide supra in ver. Clausula, in pen. q.

Testis qui iurauit dicere veram et puram veritatem, nihil potest addere vel mutare voluntate sua de actu, vt per Inn. in c. cum dilec, de testi. fo. 110. Adde quod si iurauit dicere meram veritatem deponendo per famam non probat, quia ille qui non fuit in facto, non potest scire dicere meram veritatem: Vnde scire per famam, non est scire veritatem, sed est scire opinatè. Vide gl. no. in l. in bonæ fid. in gl. magna. C. de reb. credi. et iureiu. ibi, dum dicit, sed quid si non interfuit facto, etc. Adde hic quod habetur supra in ver. Credulitas, in 8. q.

Testi non est permissum iurare, qui sint viri prouidi, et discreti, quia id solum iudici competit, ideo specificè testis debet dicere personas apud quas est infamia contra inquirẽdum, et non debet dicere conditionem, et hoc modo formare inquisitionem: postea. n. non habet locum probatio per famã, secundum Inn. et hoc quando infamia dicitur esse apud aliquos. Sed si est communis apud maiorẽ partẽ gentiũ vel viciniæ, sufficit deponere in genere de fama sine specificatione personarũ singulariũ, ita no. Inn. in c. cũ dilectus, de test. 110.

Testis non tenetur habere memoriã dies nisi plus esset de substantia processus, et debet recordari tam de loco, quàm de tẽpore, ita no. Inn. in c. qualiter et quando, de accusa. fo. 203. nu. 3.

Testis in causa criminali etiam interrogatus non tenetur deponere de die, gl. est ordinaria valde not. 3. q. 9. c. nihilo minus. quod not. Bal.

Testis si confitetur se infamẽ vel inimicũ, nõ creditur et, cũ super hoc nõ sit productus, nec iuratus respondeat, quia accessoriũ est, nã nec iurat, nec vacillat, tñ si vacillat nõ credit ei, ita no. Inno. in cap. inquisitionis, de accusatio. fol. 203. nu. 2.

Testis an teneatur reuelare illud, quod iurauit tenere secretũ, vide Innoc. in ca. qualiter & quando, de accusa. fol. eodem. vbi dicit, quod iuramentum de non reuelando secretum, intelligitur, nisi ex iusta causa reueletur, quod not. quia sæpe accidit.

Testis an possit esse ille, qui associauit aliquem ad committendum adulterium in causa illius adulterij, & an possit cogi, vide per Inn. in d. c. qualiter, & quando, fol. eod.

Testis vel instrumentum si sit falsum verè, vel sit falsum in solemnitate, non valet, quia veritas, vel solemnitas deest, nisi sit falsum per errorem, non per malitiam, vt erronea inditio, vt ff. de regu. iur. l. si librarius. C. de testa. l. error, secundum Dy. Et idem si factum est per dolum, secus si per aliam culpam, ff. de falsis, l. filius, §. sequens quæstio. & C. de transact. l. si ex falsis instrumentis. dictum autem testis nihil valet, vt 2. q. 9. c. pura, quia dictum testis fundatur super iuramẽto indiuisibili, nam periurus in vno ab omni testimonio repellitur, vt no. ff. de infa. l. Lucius. Aut est falsus in his, quæ non sunt de substantia, sed sunt accidentalia, vt & pignora, & tũc testis nihil probat, quia inhabilis est propter periurium, sed quia in instrumento vtile per inutile non vitiatur, vt C. de falsis. l. querela. Si autem testis dicit falsum, non in substantialibus, sed in comitantibus actum, vt in loco, & tempore, non creditur, imo falsus iudicatur, vt in Daniele. C. de testi. l. testium, quia locus & tempus totum factum ad se trahunt. Falsa vero denunciatio, vt in confinibus vel terra, vnde sit quis, non vitiat, quia in hoc non consistit officium, nec effectus, & hæc sunt de mente Inno. in c. fraternitatis, de hæret. fol. 208

Testis non debet asserere, nisi id, quod vidit vel sentit, alias falsarius, ita not. Innocen. in d. capit. fraternitatis, de hæreti. fol. eodem.

Testis qui se subtrahit, vt veritas occultetur, tenetur crimine falsi, ita not. Inno. in c. 1. de crimine falsi, fol. 214. item si tacet verum, dum deponit, C. de episco. & cler. l. presbyteri. Et in hoc casu est falsus & periurus. Primo enim casu est falsus homo, non testis, quia non iurauit, & tenetur ex generali capite l. Corneliæ de falsis, ff. de falsis, l. j. Sicut quando non iuratus dicit falsum coram iudice, vel tacet veritatem, ff. de infa. l. ictus fustium, §. j. per Iac. Bu. vide etiam per Cy. in l. vlt. C. de sepul. viola. quæ verba tene menti. Bal.

Testis potest testificari solus de veritate scrutata organo sensus & organo sensus palpata, ita no. Inn. in c. ex literis, de iureiu. fol. 119. idem alibi dicit Bal.

Testis, qui dicit se non interfuisse, non probat contra instrumẽtum, quia singularis, si testes legitimi numeri se interfuisse dicant: nam qui dicit se interfuisse non est singularis, quia habet contestem tabellionem, secus si dicat nõ interfui, ita no. Inn. in c. cum Io. Eremita, de fide instr. fol. 114. nu. 3. Si autem dicat rem aliter gestam, quàm dicat instrumentũ, tunc potest redargui, vt Insti. de ver. obl. §. item verborum. Si aũt dicat, non recordor, valet instrũm, licet vna vox nihil probet, secũdũ Inn. ibid. Et vide l. quidam, in fi. ff. de furtis, & ff. ad carbon. l. qui testamentum, in fi. tene menti Bal. Et sic no. hic quid iuris, quando illi qui scripti sunt in instrõ contradicunt instrĩs. De quo plenè per Inn. & alios Doc. in d. c. cum Io. Scias tamẽ, quod præsumitur pro instrõ quo ad veritatem, si instrũm sit solemne. C. de proba. l. cum precibus, itẽ præsumitur quo ad solennitatem formalem, ff. de verb. obl. l. sciẽdum, sed nõ præsumitur quo ad casualem solemnitatem, ff. de exce. doli. l. j. §. circa. nisi causa specificata sit in instrumento, quia tunc ei standum est, nisi contrarium probetur per scripturam, vt C. de non nume. pecu. l. generaliter, & l. si cautio. Adde quod no. ff. de pac. l. iuregentium, §. quod ferè. Bal.

Testis potest repeti ad declarandum dictum suum obscurum, vel ambiguum, ita no. Inn. in c. cum clamor, de testib. fo. 110. Hoc verum, nisi obscuritas esset ob culpam patris, quia facit obscurũ artic. vt in c. in præsentia, de prob. secundum Bar. nõ tamen dicitur obscurum, quod clarè potest intelligi per apertam naturam verborum vel loquendi consuetudinem, secundum Inn. sed illud est obscurum, quod non potest bene intelligi, ff. de rei vend. l. Pompo. §. fi. Adde quod no. ff. de appel. l. ab executione. Bal.

Testis in reivend. nũquã dicitur probare, nisi reddat cãm ẽt nõ interrogatus, ita no. Inn. in d. c. cum causam, de testib. fo. 108

Testis qui omne dicit, nihil excipit, tamen interdum deponit super generib. singulorum, nec super singulis, vt ibidem Inno.

Testis dictum quãdo est ambiguum, idest quando põt se hẽre

ad

Universidad de Deusto Biblioteca

ad esse,& non esse,interpretatur contra producentẽ, ita not Innoc.in c.in præsentia,de proba.fol.103.nume.3.& ibi glo. ordi.& singul.vide per Bar.in l.inter stipu. §. si Stichum.ff. de verb.obli.

Testis repellitur à testimonio non solum ille, qui est odiosus extrinsecè,vt quia euidenter se docet inimicum, sed qui est inimicus in mente,non tamen dicit vel docet,vt sunt multi, sed repellitur etiam ille,qui habet causam inimicitiæ,vel habere præsumitur, licet nullum odium habeat in mente sua, ita no.Inn.in c.cum I.& A.de re iudi.fol.129. in fin.& non solũ odiosus repellitur, sed & qui habet causam odii, quod no.& vide supra in verbo, Crimen,in 10.quæst. & supra hoc eodem verbo,in 46.quæst.

Testis deponens vltra id,de quo interrogatur, non valet testimonium:reddit enim se suspectum,ita no. Inn.in c.inquisitionis,de accusa.fol.203.nu.1.

Testis si quis fuerit in causa criminali contra aliquem, & iterũ vult sua sponte testificari,præsumitur inimicus,ita no. Inno. in c.cum P.prope finem, de accusa. fol. 200. item quia facit se suspectum eo quod vult sponte testificari , facit ff. de his, quibus vt indig. l. post legatum.§.si vero , & quod ibi not. Bal.Abbas dicit in d.c.cum P. quod ille, qui pluries se offert ad testificandum in causa criminali præsumitur inimicus, & sic non poterit testificari , ergo secus si tantum semel obtulit se, quia ipse dicit pluries , vt in gl.d.l.post legatum. §.2.quæ est singularis. Sed dicit quod illa gl debet intelligi in prima testificatione,si quis obtulit in causa criminali , secũdum Bal.vide supra in ver. Abb.in 8.q.vbi an possit, &c. & supra in ver. Clericus, in 1.q.ibi , non potest testificari in curia , &c.

Testis,si timetur de obliuione,iustus timor est,sicut timor mortis,ita no.Inno in c.quoniam,vt li.non contesta.fol.86.not bene facit ff.ad carbon.l.3.§.duæ causæ, & argu.ff.de fur.l. quidam tabularũ.hic metus est in factis antiquis, ff.de proba.l.Celsus.Bal.Et vide omnino de ista materia testium, supra in verbo,Iuramentum,in 9.q.

Testis deponens de intentione cordis alterius non valet eius dictum,quia soli Deo hominum intentio nota est , ita not. Innocen.in c. super,de renuncia.fol.39.tamen datur testi ex facto voluntas intelligen.ut l.reprehendenda. C. de insti.& substi.sub condi.factis.

Testis debet reddere rationem dicti sui per eum sensum , per quem recipit illud super quo testificatur,ita no. Inn.in c.cũ causam,de testi.fol.108. Sed Placentinus dixit,quod in quolibet actu corporeo sufficit causæ uisus redditio , ut not.in l. pe.& 2.C.de err.o.aduo.ubi in causa auditus reddit causam, uisus,& ibi refert Cy. qualiter debet testis loqui ad probandum negatiuam directo,quando uisus pro omni sensu corporis accipitur largo sumpto uocabulo , apertius tamen deponit per nomen proprium illius sensus,facit quod no.ff.de acq.possess.l.quod meo,in fi.unde uide istud uerbum,uisus, quando sumitur pro uisione quam Sancti faciunt in spiritu. Vnde in diuina scriptura scribitur,opus est intelligentia , & uisione , & S. Paulus dicit , uideo aliam legem in membris meis,idest sentio & agnosco per sensum & rationẽ : si enim testis dicit,vidi,hoc verbum si refert se ad sensum probat,vt cum dicit,vidi sic.S autem se refert ad oculum mentalem, vel intellectualem,vt quia dicit testis,sic videtur mihi , non probat,quia peccat,cum dictum sit magis dubitatiuũ,quàm ratio: debet. n. esse sensitus sensus corpori , qui sensus sunt quinque,vt no.in d.l.quod meo: tunc enim testis debet habere intellectum,vt id , quod corpore videt : mente intelligat,quod illud sit.Nam Aristo.ait in problematibus: Intellectus videt,& intellectus audit:debet enim anima phantasmata speculari. Tamen inter cæteros sensus visus est nobilior,& verbum visus prædicatur de omni sensu , vt dixi largo sumpto vocabulo.Vnde qui audiunt,si dicit , quod vidit, saluatur suum dictum,vt dicit Iac.de Are.C.de testi.l.testiũ. Tamen in visione opus est intelligentia,vt dixi supra.interdum ponitur pro actu,& pro opinione , vt l.quid tamen.§.si arbiter,ff.de arbi.& isto modo non cadit in testẽ , vt l.diem. §.si plures. ff. de arbi. Strictè autem visus est actus videntis oculo corporali,& intuitiuè,vt ff.de his,quæ in testa. delen. l.proximè.Et est visus de coloribus & de magno, & de paruo in factis , vt in maleficiis. possessio probatur per visum, idest ipsum possidere, nam per testes probatur possessio naturalis,& ex ea præsumitur ciuilis,vt no.ff.de verb. obli.l.stipulatio ista.§.hæc quoque,& qui tenet, præsumitur possidere,vt not.Inn.in c.cum olim,de censib.fo.184.& C. ne vxor pro marito.l.ob maritorum.ff.de sol.l.Titia,& C.finium.regund.l.si quis. Super vero iuribus non est visio corporis,& ideo qui dicit aliquem dominum , quia vidit , non probat, quia non cadit directè & vniformiter in visum testis , sed informiter et indirectè , quia diuersæ sunt causæ dominii,quæ non præsumuntur , nisi testis adiiciat nominatim , scilicet visibilia et vniformiter videntur,scilicet , organo oculi corporalis , in quibus dictum testis sufficit nudum sine addita ratione,nisi sit interrogatus de ea. Sed in dominio non sufficit dictum sine ratione,secundum Inn. idem si agatur de alio iure probando , vt de probanda obligatione, vt quia sic dicit testis super argu. quod Titius est mihi obligatus, et dicit , uera est ista depositio , et testis informis est et nihil probat.idem fortè si agatur de probando ,quod aliquis sit mente captus uel furiosus,quia non probat testis ista talia,dicendo , quod uidit , nisi sigillatim adiiciat actus per quos discretus uir ita iudicaret,nam talia multum consistut in iudicio rationis,et habent plurimum rationis, quam sensationis,et potest quis faciliter decipi.item si uelim probare, quod aliquis sit uagabundus:nec.n.comprehendit testis de facili,quod sit desertor originis,uel domicilii. et tene ista perpetuo menti,quia utilia sunt et multum. Bal.

Testis si testificatur super his,quæ non percipiuntur sensu corporeo,sed oculo mentis uel rationis,non ualet eius dictum, nisi rationem sui dicti assignet,ita no. Inn. in c. cũ causam, de testi.fol. 108. et causa debet esse alia à dicto , ut not.ff.de leg.l.non omnium,et de offi.procu. Cæsa,l.fin. et causa debet esse congrua , item bona ratio testis facit bonum esse dictum,et mala ratio,malum dictum,ut d.l.2.§.circa, ff.de excep.doli.et de condi.et demon.l.cum tale, in fin. Item ad id adaptatur dictum ad quod ratio , ut ff. de acq.pos.l.si is quianimo.et ibi, not. item id,quod non est, sciri non potest , ff. de acq.pos.l.si quis fundum,de negatiua dic, ut no.ff.de iti. actu.pri.l.1.§.1.et uide quod no ff de magi.conue.l.1.§. proba.quod no. Bal.

Testis qui iurauit de ueritate dicenda , non debet respondere illud,quod credit, sed illud quod uerum nouit . Et sic non debet respondere dubitatiuè,ita no.Inn.in c.ad hæc, de testi. fol. 165.quod not.uide supra hoc eodem in 58.q.et supra in uerbo, Iuramentum,in 9.q.

Testis in causa matrimonii debet probare per id , quod audiuit ante litẽ motam,et de antiqua fama,ita no. Abb.in c.super eo,de eo qui duxit in matrimoniũ,quã pollu. per adult.

Testi non creditur de infamia alicuius, nisi adiiciat iustam uel legitimam causam sciẽtiæ,ita no.Inn.in c. cum oporteat,de accusa. fol.202.

Testi,contra quem inducuntur testes,non datur copia capitulorum,quia exitus controuersiæ non tangit eum,sed parti debet edi cop. capitulorum, quæ contra eam inducuntur , etiã in causis criminalibus , ex illa regula edenda sunt omnia.ff. de eden.l.1.§.edenda sunt omnia,quæ tene menti,ita no.Inno.in c.inter solicitudinem,de purg.cano. [illegible].

Testi sufficit semel causam sui dicti reddidisse , nec de causa ulterius est interrogandus , sed de circunstantiis siue proximis sic,et de dolo,tempore,contestibus siue remotis,ut si uideatur suspectus,ut de uestibus,et similibus, hæc enim non sunt causæ sui dicti , sed circunstantiæ ad ueritatem inuestigandam,ita not.Innocen. in cap. cum causam , de testibus. fol.108.Et sufficit deponere eo modo, in quo includitur causa scientiæ,secundum Fran. Accur. Bal. Sed quæro ab extra de uno , ita cauetur , quod testes interrogari debeant de causa sciẽtiæ,alias non ualeat dictũ eorum . Contingit quod testes deponunt eo modo , quo includitur causa scientiæ,an ualeat dictum eorum.Et uidetur quod sic,ut hic per Innoc. nam amodo interrogatio est superflua cum sine interrogatione respondent.ff.de interroga.act.l.si sine. item non cogitur respondere cum semel dixerit,ut C de app. ampliorem. §.in refutatoriis.item hic erat quædam superfluitas et inculcatio uerborum,quæ fugienda et amputanda est, ut not.in l. certi condictio. ff. si cert. pet. Præterea mens et ratio statuti sequenda est. ff. de excusatio. tuto. l. scire oportet. §. et si maximè , cuius statuti ratio fuit iudicum calliditatibus obuiare , nam certam rationem reddere tenetur,ad idem ff.de acq.hære.l.illud,in ratione sui.unde paria sunt, siue testator una ratione prohibeat alienari extra familiam, siue duabus, nã utrobiq; causam rationis tunc assignasse dicitur. Alii dicunt cõtra,quia non debet recedi à tradita forma statuti.Sed ista rõ est rudis,quia nõ est omissa forma, sed sub cõpendio uerborũ inclusa.Et expressum dicitur id,quod cõpẽdio uerborũ cõtinetur,et nihil omissum dicitur cũ totũ legi põr , ut l.1.post princ. ff. de his quæ in testa. delentur,et C. de precibus impe.offe.

pe.offe.l. Quid econtra,statuto cauetur , quod credatur testibus contra nobiles,licet non reddant causam boni sui dicti.Pone ergo, deponit testis contra nobilem vel magnatẽ, quod vim fecit,interrogatus testis quomodo scit . Respondit,quia credo, vel quia habet vxorem , vel quia Rex est in Francia. Quæritur an probet ? & videtur quod sic,quia assertiuè deponit.ff.de exceptio.doli,l.2.§.circa. Et ideo statutum debet intelligi,quando causa confert aliquid dicto,puta adminiculum vel præsump.ideo hic variatio nihil facit. Aliud est enim malam causam reddere,& qualitatis,non substãtiæ significare vitium.ff.de dolo.l. eleganter.§.1.& C. ad exhi.l. si res,cum similibus. Bald.

Testes qui variant in actu reiterabili sunt per distinctionem partis ad concordiam reducẽdi,& potius concordandi sunt, quàm reprobandi,ita not. Abbas in c.cum tu,de testibus.idẽ in actu continuabili,nam in eo vnus testis potest referri ad prin.temporis,alter ad finem , & sic poterunt saluari,vt not. in l.insulam,ff.solut.matri.per Iac.de Are.& Bart.in l.2.ff. si cert. peta.

Testes extra prouinciam sunt cogendi,ita not. Abbas in capit. cum olim , de testibus vide in capitul. stat.de rescript.libro. 6. Bald.

Testes ante publicationem sunt reprobandi,non post, ita not. Abb.in c.series,de testi.& practicam huius vide per eum,& de testi.c.ex parte.Bald.

Testes possunt sæpius induci,cum variatur modus agendi, ita nota.in capit.constitutus , de testi.fol. 107. & capit. veniens, cod. titul. fol.105

Testes licet in aliquibus casibus non compellantur,tamen possunt excommunicari impedientes,ita not.in capit. constitutus,de testi.fol.eod.quod not.facit quod not.C.de fur.l.in ciuile. Bald.

Testes duo derogant literis sigillatis,ita not. Abbas in ca.cum à nobis,de testibus . quia viua vox est probatio plena & vera,sigillum plena & præsumpta, sed vera derogat præsumptæ,secundum Pau.de Leaza.

Testes quando possint cogi ad testificandum si se subtrahant, vide Innocen.in capit.1.de testi.cogen.fol.112.numer.2. vide supra omnino in ver.Crimen,in 10.q.& in verbo, Tantum, in 1.quæstio.

Testes in casibus spiritualibus interrogantur de veritate & credulitate sine iuramento,ita not.Innocen.in cap. ad hæc , de testa. folio.165.quod est multum not.idem in syndico,vt ibidem Innocent.

Testes si nõ legitimi numeri dicantur interfuisse actui,de quo instrumentum fuit factum,testis,vnus adhibetur,qui dicit se interfuisse,non probat contra instrumentum , quia vnus est singularis,vide latius in ca.cum Io.Eremita,de fide instrumen.& glo.in ca.in nostra, de testi. & vide omnino supra in verbo. Articuli,in 1. quæstio. vbi sunt aliqua ad istam materiam.Bald.

Testes possunt produci in causa inquisitionis,etiam post aperturam,de testi.c. cum clamor, hoc verum in iudice , in quo non timetur subornatio , quia præsumptio officij excludit præsumptionem doli,arg.l.si multi,de publica.& quia testes sunt semper aperti iudici cum ipsos examinat.secundum Innoc. Reus vero producere non poterit,nisi actor producat, arg.l.petendæ. C.de in integ.resti. Et si inquisitio habet promotorem,quia promotor non dicitur accusare , nec habere ius in processu inquisitionis,ita not. Innocen.in d.capit.cum clamor , de testibus.folio.107.nume.2.vide supra in ver. Casus,in 4.q.

Testes qui non facerent probationem,etiam sunt recipiendi si facerent præsumptionem , ita not.Inn. in c.præsentium. fol. 107.& in c.veniens,de testibus,fo.105.vide per Cy. & Bal. in l.ad probationem.C. de proba.

Testes possunt esse familiares,nisi sint subditi producentis, ita not.Inno.in c.in literis,de testi.fol.106.vide supra in ver.Citatio,in 11.quæstio.

Testes familiares,& producentis subditi,licet non probent,vt dicit Inno.in c.in literis,de testi.fol.eodem. tamen saltim faciunt inditium,tex. est sing. qui non est alibi in l.si quando. C.vnde vi.not.in c.1.de restit.spol.fol.93. & per Bart.in l.2.§. ætas.ff.de excu.tut.quæ omnia tene menti.Bald.

Testes an esse possint ecclesiastici,vide Inn.in capit. cum nuncius, de testi. folio.106. & vide supra in ver. Arbiter , in 2. quæstio.

Testes possunt esse singuli de vniuersitate in causa vniuersitatis,quia reddunt eorum testimonium vt singuli, non vt vniuersitas,ita not.Inno.in ca.insuper,de testi.fol. 105. Hoc verum si ista est causa proprietatis & vtilitatis , vt l. Celsus.ff. quod cuiusque vniuersi. nomine. & l. testatrix.§.1.ff. commu.prædio.

Testes quando non sunt concordes in dictis eorum,vel in causis scientiæ,quid sit tunc fiendum,vide per Inn.in ca.qualiter, de accusa. 202

Testes non recipiuntur contra eum,qui non habet aduersariũ, & creditur literis testimonialibus,ita not.Inno.in c.1. de postul.præla. 16

Testes ijdem si pluries recipiantur ad testimonium, pluries iurare tenentur. Hoc verum quando habent super diuersis factis testificari , sed si iam testificauerint super vno facto , & iterum ad illud factum vocentur,non oportet iterum iurare, ita no.Inn.in c.fraternitatis,de testi.fo.106.nu.1. Vide supra in verbo, Attestationes.in 2.q. Bal. vide per Bart.in l.hæredes palam.§.sed si notam.ff.de testamentis.

Testes in quibus casibus recipiuntur ante li.contest. oblato libello,vel non oblato,vide per Inn.in ca.quoniam,vt li.non contest.fol.86.nu.1.

Testes quando possunt iterum examinari in eadem causa , itẽ quando testes recepti in uno iudicio probant in alio, & quãdo non,uide de istis not.per Inno.in c.ueniens,de testibus. fol.105. nume.4.

Testes debent loqui clarè & intellectiuè,alias si obscurum est dictum suum,non ualebit,ut not. Inno.in c. cum clamor,de testibus.fol.110.& per eundem in c. 1. de summa Trini.& fide Catho, fol.1.

Testes contra vnam personam producti contra aliam non valent,ita not.Inno.in c.constitutus,de testibus. 107

Testes si inter diuersarum partium est per omnia æqualitas,illi præferuntur,qui iuri communi consonant,ita not. Inn.in ca.auditis,de excep.& satis not,dicit hoc tex.in c. licet causam,de proba.& not.in c.licet,& in c.in nostra,de testi.

Testes suos quis potest reprobare,ita not. Inn. in c.licet,de testibus. 106

Testes quando alij , quàm illi,qui sunt scripti in instrumento contradicunt instrumento,quid iuris erit,vide per Inn. in c. cum Ioannes Eremita,de fide instrum.fol.114.nu.2.vide gl. in c.in nostra,de testibus.

Testes pauci affirmantes multis negantibus præferuntur , ita not. Innoc.in capit.quid per nouale,de verbo.significa.fol. 233.nume.3.Et vide quod not.in cap.1.de præscrip.lib. 6. per Ioand. And.

Testes vbi duo sufficiunt,si per tres probaui,nihil prodest parti obijcere contra vnum vel appellare,ita not.Inno.in c. super eo. de appel. 132

Testes singulares probant iurisdi.ita not.Inn.in c.licet ex quadam,de testi.fol.110. Dicit Iaco.de Are.quod testes singulares in specie concordes in genere probant genus,idest genera singulorum,non singula generum,quod valet ad probandum hæresim secundum Iac. facit.ff. de testi.l.ob carmen, in fi.quod tene menti.Bald.

Testes recepti ad rei memoriam non valent , nisi contra eos qui citati sunt,ita not. Inno.in c.significauit , de testib.109

Testes inquisiti non possunt induci in causa accusationis, si aliquid aliud agebatur in prima & aliud in secunda causa,ita not.Inno.in c.cum in tua, extra de testibus. 110

Testes vnius si deponunt vniuersaliter affirmatiuè, quãdo possunt concordari cum testibus , qui particulariter deponunt super incompassibili,vide plenè per Innocen.in capit.licet, de proba. 103

Testes recepti in inquisitione generali , iterum recipiuntur in inquisitione speciali ita not.in c.bonæ,de elec.fol.29.vide supra in ver. Inquisitio , in 4.q.

Testes possunt produci simul ab vtraque parte,ita not.Innoc. in c.proposuit,de cle.excom.mini. 215

Testes non possunt recipi ex partis contumacia in causa restitutionis in integrum lit.non contest. nisi post tres menses, ita no. Inn.in c.accedens,vt li.non contest.fol.86.Host.ibidem tenet contrarium,& tene menti. Vide supra in ver. Iudex,in 100.q.vbi testis repellitur propter grauiorem,&c.

Testes possunt recipi ad cautelam etiam parte non citata , ita not.Host.in c.bonæ , de elect.

Testes quando sunt tales recepti,qui non recipi debuerunt absenti contra quem recepti sunt,datur resti.ita not. Inno.in c. cum causam, de testi. 108

Testes meos possum reprobare ex causa quæ alio procedit, ita no. Inn.in c.cum venerabilis,de excep.fol.121.nu.7.

Testes qui volunt probare memoriã nõ extare,qualiter debẽt deponere,vide per Inn.in c.veniẽs,de verbo.sig.236. Et ista est pro-

Universidad de Deusto
Biblioteca

est probatio multũ differmis ab alijs probationibus veris, secundum eum ibidem, nec est horum testium distinguere, quis reddat bene vel malè, & sufficit, quod testis referat se tempus certum, vt quia dicit tempore talis conflictus, non autem dicat à tali tempore citra, secundum Inn. ibidem. Et sic no. quod sufficit deponere super tempore vel circunstantijs temporis, vt si quidem diceret tale, quid fuit tẽpore mortalitatis, &c. Bal. vide Bart. in l. in summa. §. item Labeo. ff. de aqua plu. arcen.

Protestans contra Testes eorum dictis potest vti ad excludendam probationem aduersarij, non tamen ad intentionẽ protestationis fundandam, vt quia esset sibi ipsi contrarius, ita no. Inn. in c. præsentium, de testi. fol. 107. Et si protestans petit eos pro se examinari, videtur à protestatione destitisse, secundum Inn. ibidem, tene menti, secus si facit interrogatoria contra articulos partis aduersæ, secundum quæ petit eos interrogari, vt ibidem ipse not.

Testium receptio facta contra non citatum non valet, ita not. Abbas de testib. c. in nomine Domini, & l. si quando. C. eo. ti. Bal. gl. vt ibi dicere. quod sit nulla ipso iure receptio testiũ.

Testium apertura non obstat, vbi variatur modus agendi, ita no. Abbas in c. veniens, de testibus.

A Testium productione postquam iam deposuerunt, nõ potest recedi, sed bene à protestatione re integra, ita no. Inn. in c. præsentium, de testibus. 107.

Testium dicta sunt in mitiorem partem interpretanda, ita not. Inn. in c. causam quæ, de tescrip. fol. 7. in dubio autem interpretãda sunt contra producentem, secundum Host. ibidem, & de proba. c. in præsentia.

ex Testium confessione non debet quis puniri, nisi quæsitus modus agendi patitur, secus ex propria confessione, ita no. Inn. in c. per inquisitionem, de elec. 26

Testium concordia non est attenda. nisi in pari numero, ita not. Inn. in c. cum contingat, de offi. dele. fol. 60. num. 1. vide per Bar. & Bal. in l. 2. §. j. ff. si cer. pet.

Testium examinationem potest iudex committere notario in absentia ipsius iudicis, ita not. Inn. in c. cum Bertoldus, de re iud. fol. 118. nu. 4. & no. in c. 2. de iudicijs, vbi casus, & in cle. 1. de offi. deleg. & in c. causam, de testibus. Sed ante commissionem notarius non posset testes examinare, quia istud pertinet ad officium iudicis, vt no. in l. hac consultissima. §. pe. C. de testam. & facit. ff. de excu. tut. l. scire oportet. §. penul. & ibi not. Bald.

Testium contra personas quando licitum est opponere, & quãdo non, item quando vis scire cautelam ne testes reprobentur, item si obijcitur, quod testes non recipiantur, quia sunt criminosi, oportet opponentem exprimere. Et si deponunt pro opponente, non creditur eorum dictis, vide de omnibus istis valde not. per Inn. in c. præterea, de testi. fol. 107. per Arch. & per Io. And. in c. præsentium, de testibus. lib. 6. in nouella.

Testium examinatio si, cui committitur, alteri committere non potest illam examinationem, nisi de partium voluntate, ita no. Inn. in c. causam, de testi. fol. 106. tamen potest adhibere notarium, vt scribat eorum dicta, si ille cui est cõmissa examinatio examinabit, ita not. Innoc. in ca. cum Bertoldus, de re iudicat. fo. 118. nu. 4. facit quod not. in cap. quoniam contra falsam, de prob. vide supra in verbo, Credulitas, in 8. q.

Testium receptio potest fieri nocte, idem in alleg. quæ audiri possunt de nocte, ita not. Inn. in c. consuluit, de offi. delega. fol. 56. nu. 5. Et est ratio, quia non oportet in istis iudicem sedere pro tribunali, secus in diffinitiua & interlocutoria, & in contest. li. quia ista de nocte fieri non possunt, cum in istis oporteat iudicem sedere pro tribunali secundum eundem ibidem, quod not. Tamen gl. in d. c. vult, quod sententia lata de nocte valet & tenet, licet Innoc. teneat contrarium. Cum gl. tenet Io. & Host. item possunt dari pignora & de iussores de nocte, de quo vide bonam glo. in l. more. ff. de ferijs, ita not. Cyn. in l. non minorem. C. de transac. Bal.

Testium ante aperturam potest dari terminus ad opponendũ contra personas testium nominibus exhibitis, ita not. Inn. in c. ad hæc, de resta. 165

Testium receptio in causa inquisitionis valet etiam ante lit. contest. ita not. Inn. in c. veritatis, de dolo & cont. fol. 99. &c.

Testificari quomodo possunt in causa iudex ordinarius vel delegatus, vide per Inn. in c. dilecto, de testi. fo. 109. & vide omnino supra in ver. Arbiter, in 4. q.

Testificari quomodo potest in causa ordinarius vel delegatus, vide per Inno. in c. dilecto, de testi. fol. eod. & vide supra in ver. Arbiter, in 4. q.

Testificari an quis possit de suo actu, vide per Inn. in ca. 1. de arbi. fol. 77. & vide tex. no. in l. deferre. § j. ff. de iure fis. & vide tex. singul. 43. q. 2. c. super prudẽtiam, in ver. cæterum, vbi dicitur quod administrator alicuius ecclesiæ admittitur super contractu, quem vt administrator celebrauit, ita no. Archid. & Ioan. And. in nouella, de test. c. Romana, lib. 6. & alleg. d. c. super, pro casu. Bal. vide Bal. in l. omnib. de testibus.

Testificari non debet sacerdos illud quod scit ex confessione, quia illud scit vt Deus, non vt homo, ita no. Inn. in c. quoniã, de testib. fol. 105. & vide supra in ver. Sacerdos, in 4. q.

Testificauit quis semel contra vnum, vltrius contra eundem testificari non potest, ita no. Inno. in c. ex parte, de accus. fol. 200. vide supra in verbo, Citatio, in 33. quæst.

Testificata didiciisse quando quis dicatur, ita quod testes vlterius producere non possit, vide Inn. in c. vltra tertiam, de testibus. fo. ni. nu. 1. item quarta productio est quarta editio. ff. de testib. l. non ex omnibus: non enim quis tenetur simul specificare omnes testes, nec edere aduersario nomina testiũ, vt dicitur in d. l. licet sit producturus. Et licet sit secus in instrumento, quia in eis non timetur subornatio. Alij dicunt, quod est quarta dilatio sed prima verior est, vide ista per Innocen. in d. capit. vltra tertiam. Bald.

Ad Testificandum recipiuntur socij criminis saltem ad præsumptionem & indicia, ita notat Innocen. in capitulo 1. folio 105. & cap. quoniam. fol. eodem. de testi. vide supra in verbo, Socius, in 1. quæstio.

Testibus publicatis tertia persona non potest producere testes super eisdem capitulis, quia publicatio ei præiudicat sicut sententia, & confessio, quam tertius facit super iure meo, mihi non præiudicat & eam reuoco, ita notat Innoc. in c. cum super de re iudi. 127

Testimonium de auditu fulcitur fama & alijs adminiculis, ita notat Innocen. in capitulo præterea, de appellatio. folio. 132. Et copula carnalis potest per istud testimonium probari. quod not.

Territorium, qualiter autem requiratur possessio castri, & eius territorij, & an per possessionem castri habeatur possessio territorij, vide per Bartol. in l. possideri, in princip. ff. de acquiren. possess.

Temporalia sunt de foro Imperatoris, spiritualia autem sunt de foro Papæ, ita not. Innocen. in capit. accedens, de procu. folio 72. numero 3.

Tempus de quo non est notum iudici, qualiter probetur, vide Inno. in c. quamuis, de verb. signfi. fol. 233. vide supra in ver. Reus, in 2. quæst.

Tempus præsentationis rescripti est considerandum, non tempus datæ, secundum Inno. in c. man. de rescrip. fol. 13. num. 2. vide supra in ver. Appellatio, in 39. q.

Tempus statutum à canone mortua voce interpellat, & habet vim vocis vitæ, ita not. Innocent. in capitulo cum nobis, de electio. 22

Tempus minus requiritur in amissione proprietatis, ita nota. Innocent. in capitulo querelam, de elect. folio 24. & ibi ponit multas quæstiones de spoliatione iurium incorporaliũ, quas vide per eum.

Tempus eligendi vel præsentandi non currit, nisi à die scientiæ vacationis, ita not. Innoc. in cap. ne pro defectu, de elec. folio. 31. numero 2.

Tempus breue siue non competens à l. appellatur illud, quod est ita breue, quod id ad quod conceditur cum dilatione fieri non potest, ita no. Inn. in c. cum veteri, de ele. fol. 34. nu. 5. C. de temp. in in reg. resti. l. pen. & in l. ij. C. de temp. appell.

Tempus non currit ignoranti, ita not. Innoc. in cap. ne pro defectu, de elec. folio 31. nisi in fuum fauorem, per l. genero. ff. de infami. Bald.

Tempus currit impedito quando per suam culpam est impeditus, quia sua culpa non debet ecclesiæ præiudicare in electa notat Host. in c. his à quibus.

Tempus instantiæ quanto breuius tanto debent esse breuiores dilationes, ita not. Inno. in c. de causis, de offi. deleg. fol. 52. item Host. ibi.

Tempus quadrimestre in causa criminali non datur iudicatis, ita no. Inn. in c. quærenti, de offi. dele. fo. 56. nu. 1. etiam si aliqua restitutio incidat secundum eum.

Tempore dato ad probandum auditur postea pars ad probandum articulum, ad cuius probationẽ nõ fuit postea admissa infra terminum propter appe. illegitimam ab aduersario interpositam, ita not. Inn. in c. tam literis, de testi. fol. 107. vide supra in ver. Terminus. in 3. q. & id quod est ibi pone hic.

Tempora quæ sint, quæ subducantur de medio præscriptionẽ. vide

vide Inn. in c. ex transmissa, de præscrip. folio 123. Sed an tempora impedimenti subducãtur de medio tempore præscriptis. Dic tripliciter esse præscriptionem, s. dominii vtilis, vel directi, vel alterius realis, item liberationis seu exceptionis, itẽ instantiæ & vsucapione præscribitur proprietas, idest verum & directum dominium, quia est fauorabilis, & præscriptione 10. vel 20. anno. vtile dominium, quia mixta, & qui habet vtile dominium potest dicere rem suam esse. ff. de rei vend. l. in rem. §. fina. de iureiu. l. si duo patroni. §. 2. Hæc etiam tempore iure seruitutis quæruntur. C. de præscrip. long. tempo. l. fina. Exceptio autem contra actionem personalem præscribitur 30. ann. quæ tamen non est vera liberatio, quia non tollitur naturalis obligatio. Secus in præscriptionibus quæ sui natura currunt nõ respectu odii vel fauoris, quia ibi quæritur vera & plena liberatio, vt in redhibitoria, vel quanto minoris, secundum quosdam instantia præscribitur triennio, ut l. properan. C. de iudi. & nulla instantia durat vltra triennium. item præscribitur liti & instãtiæ appellationis, & resti. in integ. l. in hac, de dolo. Sed circa rem præscriptionem dic, aut est impedimentum circa natiuitatem actionis, & non currit præscriptio. l. in rebus. §. omnes. C. de iure domi. impe. Aut circa intentationem actionis, & tunc aut est impedimentum iuris aut facti. Si iuris, aut est impedimentum leue, & de facili potest amoueri, tunc currit præscriptio. l. sed & si per prætorem. ff. qui. ex cau. maio. Aut est impedimentum, quod sic de facili amoueri non potest, & tunc nasci tur ex delicto, & idem, nam indignus est propter facinus. ff. de mino. l. Papin. exuli. Aut est impedimentum præcisum, & tũc aut confertur in beneficium, & silet interim præscriptio, & fine alterius iniuria debet conferri beneficium. ff. de iudi. l. 2. §. penul. C. de iure delibe. l. fina. §. donec. Aut non confertur in beneficiis, sed propter aliam æquitatem, & tunc præscriptio cæpta continuat uiam suam, sed datur restitutio, vt no. ff. de offi. præsi. l. senatus. Contra, ff. ex quib. cau. ma. l. sed & si per prætorem, §. sed & si feriæ, & §. seq. & l. necnon. §. si quis sæpius, cum simul. Si vero non est cæpta non currit. C. de annali extep. l. 1. in fi. quia ubi nulla mora ibi nulla præscriptio, ut ibi dicitur. Si vero est impedimentum facti & non iuris, semper datur restitutio non ipso iure. ff. de serui. rusti. prædio. l. Atilicinus. Circa vero præscriptionem iuditialem, dic ut no. de mino. l. intra vtile, & C. de in integ. resti. l. pen. in fi.

Termino elapso dato ad deliberandum, compellitur reus præcisè respondere, ita no. Inn. & Abb. in c. pastoralis, de exce. folio 120. facit ff. de iureiu. l. iusiuran. Bal.

Termino finito completa est læsio. Inn. in d. c. corã, de side instr. & ff. de contrahen. emp. l. qui fundum, & ex tunc quadriẽnium currit, secundum eundem ibidem. Ad hoc vide c. 1. de in integ. resti. in clem.

Termini fatales non habent locum in causa nullitatis, sicut nec in prima causa, quia non inducitur de tertio, nisi in causa appe. non in causa nullitatis, quando causa nullitatis per se mouetur, secus si est annexa appellationi, quia non durat plus tacitum quàm principale, secundum Inn. instantia. n. nullitatis bene finitur triennio, tamen denuo potest moueri. idem in causa reductionis ad arbitrium boni viri, quia ista petitio est prima, & prima instantia, quam alia non præcesit, ita sentit Inno. in c. dilecto, de appella. fol. 138. quod no. Bal. & vide supra in ver. Reus, in 2. q.

Termini qui in ipso iudicio sumunt originem, possunt arctari cãcognita, licet sint legales, & nõ prætorii. ita no. Inn. in c. quod ad consulta. de re iudica. fo. 126. & vide gl. in c. indultũ, de reg. iur. lib. 6. & ibi per Dy.

Terminus præfixus ab homine, idest à iudice habetur pro peremptorio, ita notat Innocent. in capitulo, per tuas, de appellatio. 137

Terminus qui præfigitur ad appellandum, seu appellationibus est triplex. Primus, ad iter arripiendum: Secundus, ad se repræsentandum coram Papa: Tertius, ad causam terminandam. Et iste tertius numerus non præfigitur ab homine, sed à iure, ita no. Innocen. in capitu. ex insinuatione, de appel. folio 135. numero 1. Alius terminus est, quod redeat ad prosecutionem, nec imponitur à lege, nec ab homine, secundum Innocen. Vnde non est fatalis, seu desertorius, nisi in tribus casib. vide per Inno. in d. c. ex insinuatione, vide supra in verbo. Appellatio, in 38. quæstio.

Terminus si fuit datus ad producendum testes propter aliquam excep. oppositam, si pars non produxit ipsos testes, vlterius eos producere non potest, ita no. in capitulo prudentiam, de offic. delegã. folio 54. numero 12. Hoc intellige verum si exceptio erat vera, ut quia prodocens erat excommunicatus, secus si erat calumniosa, arg. C. de adulte. l. fin. C. de tempo. in integ. restitutio. l. penul. l. cum quidam, de bono. possess. Nam in primo casu imputet sibi, qui suo ustio approbatus recedit. ff. ex quib. cau. maio. l. sed & si per præto. §. si dum decre. & argu. ff. condi. fur. l. & ideo, argu. contra, quod impedito non currit tempus. ff. de mino. l. intra utile, & de inofficio. testi. l. cum qui. respondetur, qui suo dolo impeditur, imputet sibi. ff. de libe. cau. l. ergo, & c. eis quibus, de elec. Bal. Sed contra videtur de concess. præben. c. quia diuersitatem.

Terminus si est præfixus ab homine in banno, etiam post terminum ipsius banni auditur quis re integra, secus si à iure, ita notat Innocent. in capitulo per venerabilem, qui filii sint legiti. folio 198. & in cap. cum in tua, qui matrimo. accus. post. fol. eo. Et videtur casus in c. si tibi absenti, de præb. lib. 6. & gl. ordi. in c. ordinarii, de offi. ordi. lib. 6. Bannum vero pœnale non ligat fine causa. Sed quid si iudex in assignatione termini adiiciat, pronunciamus te potẽs terminum non auditurum? dic quod nihil operatur, secus si ipso termino tunc pronunciet, secundum Innocen. quod no. multum, & uide l. si eo tempore. C. de distra. pig. Bald. vide supra in ver. Reus, in 2. q. & supra in ver. Testis, in 1. q.

Terminus omnis de sui natura intelligitur esse peremptorius, etiam si non exprimatur in citatione, ita notat Innocent. in capitulo consuluit, de appella. folio 132. & est gl. in c. 1. de excep. in clem.

Terminus obstat, ut post terminum nulla admittatur probatio, ita no. Innocen. in cap. coram, de fide instrumen. casus est ibi in tellegendo secundum ius commune, uide supra in ver. Silentium, in 1. q.

Terminus iuris potest prorogari ex causa, quæ oritur ab ipso iudice, vel propter culpam, de quo per Inn. in c. fi. de excep. folio 122. Facit quod no. in Auct. matri. & aui. §. adhęc, & uide per Cy. in Auct. item si de emp. appella. & C. de adul. l. fi. & ibi per Cy. C. de tempo. in integ. resti. l. petendæ. ff. de excu. tut. l. scire oportet. §. consequens, & l. si cum ipse.

Terminus appellandi non currit à die termini purgationis, sed in terlocutorię, ita no. Inn. in c. quo ad consultationem, de re iud. fol. 126. gl. tamen ibi videtur tenere contrarium, &c.

Terminus datus ad voluntatem partium habetur pro peremptorio & pro conclusione. ita no. Inn. in c. super eo, de appel. folio 132. tamen ille qui iurauit non appellare, poterit non obstante iuramento ex cã supereueniente appellare, secundum eũdem ibi, ad hoc c. fi. Idem in reductione, ut ibidem Inn. & sic eo ipso, quod pars consentit in termino, talis terminus est reputandus pro conclusione causæ, siue in causa, nisi aliud nouum emergat, uide ad hoc ff. de verbo. obliga. l. qui Romæ. §. Augerius. Bald.

Terminus prorogatus à iudice intelligitur prorogatus cum suis accessoriis & penis tam spiritualib. quam tẽporalib. ita no. Inno. inc. præterea, de appel. fol. 132. quod no.

Terminum assignare non potest ille, qui non est iudex, ita notat Inn. in c. cum contingat, de rescrip. 10

Timor, vide supra in verbo, Testis, in 86. quæstio. ibi, iustus timor.

Tyrannus si occupat ciuitatem vel monasterium, & ista de causa recedant canonici pro maiori parte, nec potest sine periculo, vel iusto metu pars forinseca venire ad intrinsecos, & facere electionem in ecclesia in loco solito, tunc intrinseci tenentur ire ad forinsecos, & facere electionem in alio loco congruo & honesto. Si autem forinseci possunt redire cum bona & honesta parte, debent venire ad intrinsecos, & facere electionem in ista parte, debent venire ad intrinsecos, & facere electionem in loco publico, & tuto. si autem maior est intrinseca, tunc si illi loco publico, & tuto. si autem maior est intrinseca, tunc si illi qui foris sunt, timent uim, primi ad electionem & consensum non tenentur ire, nec mittere, si autem timent offensas, circa personam, non circa actum electionis, tenentur mittere procuratorem, alias sibi ipsis imputent. Item in paruis negociis, vbi exigitur absentium vocatio, tunc maior pars quæ est intrinseca omnia potest, quia facit integrum capitulum, secundum Innocen. Quando autem clues vel clerici à tyranno sint depressi, quod nec vbi faciunt capitulũ sciunt, tunc præpositus uel alius ad quem pertinet cõuentus vel conuocatio, debet eos conuocare ad locum securum intrinsecum vel forensem, idest congruum non nimis remotum, si autem nullus sit ad quem pertinet conuocatio, duę partes congregationis habent officium vocandi alios, secundum eum, si autem non est collegium, sed ciuitas, qui debent coadunari, debẽt uocari omnes maiores 14. anno. & sufficit uocare patremfamil. & debent uocari etiã mulieres, sed loco pupillorum debent interesse tutores. & ista est communis electio ciuitatis, nisi aliter habeat se consuetudo, ita ponit Innocen. in cap. cum ex iniuncto, de no. ope. nun. fol. 218. quod no.

Titulum

Universidad de Deusto
Biblioteca

Titulum suæ possess. an cogatur quis dicere in corporalibus, vide Inn. in c. Abbate. de verb. signi. fol. 234. vide supra in ver. allegans, in 2. & 3. q.
Titulum iustum vel longam possessionem oportet, quod habeat, ad hoc ut quis præsumatur habere bonam fidem, ita no. Inno. in c. cum venissent, de in integ. restit. fol. 74. Bal.
Titulum suæ possessionis quando quis cogatur dicere, vide Inn. in c. cum causam, de proba. fol. 104. ad instructionem ordinarii sic, ut no. per glo. de reg. iur. c. 1. lib. 6. Ad instructionem autem aduersarii cogitur quis dicere de possessione, sed non de qualitate possessionis, nisi in petitione hæreditatis, ut l. cogi. C. de peti. hæred. In spiritualibus autem ad exclusionem aduersarii cogitur, ubi intentio aduersarii est fundata. C. de proba. l. siue possidetis.
Titulus non requiritur in præscribenda consuetudine, sed an requiratur bona fides, tex. est in argu. quod sic, ff. de excep. doli. l. 1. vide supra in verbo, Canonicus, in 4. q.
Titulus semper est necessarius in corporalibus reb. ecclesiasticis præscribentis, & etiam bona fides, secus in reb. laicorum, ita dicit Inn. in c. si diligenti, de præscri. fol. 124. quod no.
Tortura, vide supra in verbo, Clerici, in 10 q. quod no. Bal.
Tractatus futuri temporis non spectat ad iudicem odiosum, sed in fauorabilibus sic, ita notat Innocent. in capitulo audi. de procur. 71
Tractatus futuri temporis interdum continetur in libello & in sententia, ita dicit Innocent. in capitu. cum super, de concess. præben. 154
Transactio intelligitur esse de processu iudicii, dicit Inno. in c. 1. de rescri. fol. 4. facit l. tale pactum. §. 1. ff. de pact. vide supra in ver. Abb. in 4. q.
Transactio, quod aliquid præstetur nomine usuriæ quæstionis, non valet, ita no. Inn. in c. grauis, de deposito. fol. 160. vide supra in ver. Crimen, in 3. q.
Transumptum non probat, nisi nota, & cognita parte, ita no. Inn, & Abb. in c. peruenit, de fide inst. fol. 162. idem Inn. ibidem, facit quod no. in l. chirographis. ff. de admi. tut. & in l. 1. quorum bonorum. C. & ff. de bo. pos. l. 3. §. pen.
Tributum, vide supra in ver. Anglici, in 1. q. ibi, reddes ecclesiæ tributum.
Turpitudo, vide supra in ver. Alias, in 1. q. & etiam in 6. q.
Tutor, vide supra in ver. Administrator, in 2. q.
Tutus auctoritate præscriptionis potest rem per rescriptum reti nere cum salua conscientia, ita no. Inn. in c. cum in iure, de iurepatro. Bald.

V

VAcillans, vide supra in verbo, Testis, in 4. q. vide supra testis, in 58. q.
Vacans, vide supra in ver. Beneficio, in 4. & 8. q.
Vadens etiam causa paciscendi, quando uadit indistinctè præstat auxilium, & est in culpa, ita no. Innoc. in c. sicut, de homici. fol. 210. quod est no.
Vagabundus qui desertor est originis & domicilii, vbi debeat citari, vide Inn. in c. si aduersarius, de eo qui mit. in pos. cau. rei seruandæ. folio 100. numero 9. supra in ver. Testis, in 19. quæst. in fi. Bald.
Varians, vide supra in 1. q.
Vasallus non tenetur dominum suum manu militari iuuare, nisi in casibus expressis in usibus feudo. vel in pacto feudi, vel in consuetudine loci, ita no. Innocen. in cap. sicut, de iureiu. folio 117. nu. 2. quod no.
Vasallus alienando feudum priuatur feu. ipso iure, ita no. Inno. in c. 2. de feu, fol. 162. secus si non alienat, sed locat. ff. de leg. 2. l. codicil. §. instituto. ff. locati. l. si quis dominum. §. 1. de pericu. & commo. rei ven. l. necessaria. §. si.
Venditio à sola prælato facta, quod teneat, dicit esse contra ius scriptum, ita dicit Inno. in c. cum causa, de re iudica. folio 126. quod no.
Venditio rei ecclesiæ etiam minus legitimè, valet si placet ecclesiæ, in cuius fauorem non tenet, ita no. Inno. in c. 1. de his, quæ fi. à præla. fol. 157. vel multum expedit sic fieri. nam quod expedit, placere debet. ff. de neg. gest. l. Pompo. de iudi. l. fed & si proponatur, de transl. cum hi, & no. in l. 2. ff. de offic. cius cui mandata est iur. Bal.
Venia, vide supra in ver. Stipulatio, in 1. q.
Verbum, concedo, significat dispensationem, ita no. Inn. in c. quoniam, de offi. ordi. fol. 65.
Verbum præteriti temporis perfecti est canon latæ sententiæ, ita dicit Inn. hoc no. ff. de capi. di. l. amissione.
Verbum, si fuerit, & verbum, præsumpserit, contemptum requirunt, ita dicit Inn. in c. cum medicinalis, de sen. excom. fo. 231. &c. Bald.
Verba sunt largè interpretanda, & continent non solū expressa, sed pertinentia expressa no. Inno. in c. licet, & sic non solum petita in libello, sed alia non expressa adiudicari possunt.
Verba ista, sicut in tali instrumento continetur, non sunt libera, & exempla non probant secundum Inn. in c. fi. de fide instru. fol. 115. in addi. suis, quod no.
Verba sunt necessaria ad matrimoniū quoad iudicium ecclesiæ, ita no. Inn. in c. tua, de spon. fol. 191. C. de præscrip. 30. anno. cum notissimi, in gl. ordi.
Verba sententia diriguntur in communitatem, licet nunquā fuerit in iudicio, ita dicit Abb. in capitu. licet causam, de proba. quod no.
Veritas in spiritualibus & beneficialibus præualet rei iudica. ita notat Innocent. in capitu. constitutus, de rescrip. folio 7. &c. quod no.
Veritas semper est iuuanda, nec in probationib. debet restringi, vt no. Inn. in c. quod ad consultationem, de re iudi. f. 126. C. de appel. l. eos, & C. de temp. appel. l. per hanc.
Vicarius non potest facere alium vicarium, licet sit ordinarius, ex causa probabili & necessaria, ita no. Host. in cap. clericos, de offic. vica.
Vicarius habet iurisdictionem ordinariam, & interponit decreta ordinaria uoluntaria & contentiosa, ita dicit Inn. in c. prædicto clericos. 51
Vicarius perpetuus quis dicatur, vide Inn. & Host. in c. G. perpetuus, de fide instr. fol. 115.
Victor, quæ expensæ debeantur victori, uide per Inn. in c. sæpe, de appel. fol. 134. nu. 2. & uide ibi de taxatione expensarum, uide omnino in verbo, Possessio, in 10. q.
Vincens causam per sententiam, si eam latam confitetur, & asserit iniustè latam, quod probans eam per iustam confessionē, vel assertionem per testes, potest impedire executionem suæ, ita no. Inn. in c. quia plerique, de immu. eccle. f. 189. vbi omnino vide, & est dictum naturale, no. secundum eundem simile in instrumento. C. de non nu. pec. l. in contractibus.
Villa, vide supra in ver. auctoritas, in 3. q. Bal.
Violenta vis, vide supra in ver. Citatio, in 30. q.
Vir si agit contra vxorem petitorio, ipsa econtra agit possessorio recuperan. læ, quia omne ius suum videtur deduxisse, vndecūque & qualecunque silet interim petitorium, ita no. Inno. in c. 2. de cau. pos. & proprie. fol. 91. vide omnino supra in verbo, Sponsalia, in 2. q.
Visitator an habeat iurisdictionem ordinariam, uide in c. singulis, de sta. mona. Bal.
Vsus, in verbo Testis, in 11. q.
Vnio fit tribus modis, vide Inn. in c. 1. & ibi per glo. ordi. ne sede vacan. fol. 156. de diuisione habes in l. 1. C. de metropo. & uide in Auct. ut iudi. sine quoquo. suffra. §. illud, in glo. & ff. de tri. l. procurator. §. si plures. quod no.
Vniuersitas & collegia faciunt statuta sua simul, & uniuersaliter in forma collegii, non seorsum, nec particularis in forma singulorum, ita no. Inn. in alleg. cap. cum omnes, de consti. fol. 2. quod no. Bal.
Vniuersitas si habet rectorem non potest facere statuta sine consensu rectoris, secus si non habet rectorem, ita no. Compost. c. cum omnes, de consti. idem si haberet, sed non ad hoc habitus, vt ff. ad Treb. l. 1. §. fuit quæsitum.
Vniuersitas est nomen iuris & non personarum, ita dicit libro 6. Innocent. in capitu. grauem, de sententia excommunicationis. folio 231. numero 1. vide omnino supra in verbo, Comitatus, in 2. q. Bal.
Vniuersitas qualiter citetur personaliter vel ad domum, no. Host. in c. bonæ, de elec. & ff. de reg. iur. l. non potest, uide supra in uerbo, Consuetudo, in 7. q. quod no. Bal.
Vniuersitas quando possit puniri, & quando non, & an criminaliter possit puniri, dicit quod non, quo ad pœnam capitalem, sed solum qui delinquunt punientur, ita no. Inn. in c. dilectus filius, de simonia. fol. 206. & est ratio, quia capitalis non potest cadere in uniuersitatem: comparet ipsa uniuersitas per procuratorem, vt ibidem dicit Innoc. & uide de causa collationis. in fi. de re mili. & adde quod ipse idem no. in c. grauem, de sen. excommuni. Bald.
Vniuersitas, omnes vniuersitates ex materiali, & in materiali intellectu constat esse: est enim uniuersitas singuli, & sic est quid naturale, & habet corpus, quod videtur & tangitur, & est vniuersitas uniuersi, tunc est nomen, non res naturalis, sed intellectualis, additur. n. quædā significatio singularis, qui ex vniuerso

vniuerso sumitur ex intellectu coaceruante. ff. de vsucap. l. rerum mixtura. sic debet intelligi illud quod dicit, l. sicut, in fi. ff. quod cuiusque vniuer. no. non est aliud quam homines, qui in ea sunt, scilicet cum adito iure intellectu, & addita significatione quæ ex vniuerso sumitur secūdum, & est duplex vniuersitas, scilicet corpore consilium, & corpore paruum, & in ista vniuersitate cadit excommunicatio, sed ciuitas tota est dissimilium tam sapientium, quàm furiosorum, quàm infantium in ista vniuersitate non cadit sententia excommuni. nec etiam aliqua sententia mortis, & similis morti, cadit tamen sententia interdicti, quæ fieri potest pro delicto alieno. ciuiliter autem bene punitur vniuersitas, & cogitur facere collectā, ad quam omnes contribuent etiam innocentes, & soluent creditori, tamen inculpabiles à culpabilibus repetent, ad hoc facit C. de sur. l. apud antiquos. Alii dicunt, quod non debent cogi inculpabiles, cum sit delictum corporum, opi. prima verior est, ita no. Innocen. in c. grauem, de sentent. excommuni. fol. 231. nume. 3. Adde quod no. ff. quod cuiusque vniuersi. l. 1. §. quibus, per glo. in Specu. de centibus, ubi omnino vide. quod no. Bal.
Vniuersitas, maior pars non potest tollere vel facere contra id, quod est concorditer contra omnes de ipsa vniuersitate, vel collegio ordinatum, ita no. Innocen. in c. cum omnes, de constitu. fol. 2. item si ista maior pars vellet aliquid facere iuri communi contrarium, tunc non sufficit consensus maioris partis, sed omnes concorditer habent consentire, ad hoc vide tex. no. qui valde bene facit in Auct. de defenso. ciuitat. §. ulti. in fi. & notat Innocen. in cap. humilis, de maio. & obed. folio 68. numero 1.
Vniuersitates aliquæ sunt, quæ non habent iurisdictionem, & tamen possunt contra se & sua facere statuta, non tamen pœnalia, quia pœnam adiicere non possunt, nisi illæ, quæ habent imperium, ita no. Innocen. in cap. cum accessissent, de consti. fol. 2. episcopi possunt tamen, vbi ius non limitat, pœnam eam adijcere, & honestas prouisiones de nouo facere possunt, quia merum & mixtum imperium habent, in capitulo secundo, de constitutio.
Vniuersitates plures an esse possunt in una ciuitate, vel castro, & quid de essentialibus uniuersitatis, uide per Innoc. in cap. cum ab ecclesiarum, de offi. ordin. fol. 63. vnde dicit ipse, quod una vniuersitas unius ciuitatis non potest se diuidere in plures: ergo si aliqua habet intrinsecos, extrinseci, qui sunt de ciuitate, non faciunt uniuersitates, sed intrinseci qui possident solum & territorium ipsius, & retinent apud se imperium & magistratus, nam hoc ius in habente solum videtur, argu. C. vbi & apud quos. l. fi. & ideo extrinseci non possunt ciuitatem subiicere vel obligare, & maximè ad æmulationem, quæ etiam vera collegia reddit illicita, ut l. 2. C. de fun. limi. &c.
Vocatio per campanam non sufficit, uide Inn. & Host. in c. in causis, de elec. fol. 27.
Vocati ad eligēdum possunt de benignitate exspectari sicut in iudiciis, ita no. Innocent. in capitu. cum nobis, de elec. folio 22. quod no.
Voluntas defuncti non potest in alium usum commutari sine voluntate episcopi, ita no. Abb. in c. vos quidam, de testib. & commutatio debet fieri ex causa rationabili, sed sine causa non pōt vsus siue uoluntas testatoris mutari, nisi per Papam, vt in ca. quia contingit, de relig. domi. in clem.
Votum non solenne, non intelligitur ratificari, & uxor semper intelligitur esse in timore viri, ita no. Inn. in c. relatū, quod met. cau. fol. 73. nu. 2. item nimia reuerentia æquiparatur timori, gl. est & valde no. quæ fortè non est alibi, ff. quarum rerum actio non datur. l. 1. §. quæ bon.
Vocatus non mutat suam naturam, dicit Inn. in c. 1. de relig. domi. folio 179. vide supra in ver. edicto, in 1. q. in fi. vbi habes, quod votum factum potest in melius commutari, sicut iuramentum, Bal.
Vox communis de fama præfertur dictis aliquorum etiam affirmatiuis, ita no. Inn. in c. inquisitionem, de accus. folio 203. numero 5.
Vox clerici an augeat numerum, uide per Host. in ca. ecclesia, de electionibus, vide supra in ver. Professi. in 2. q. vide supra in ver. Clericus, in 11. q.
Vsufructus relictus monacho an quæratur sibi vel monasterio, vide per Inn. in c. in præsentia, de probatio. fol. 103. nume. 6. & per Abbatem in c. cum ad monasterium, de statu mona. Quod si monachus est in studio, an acquiritur sibi ibidem per Abbatem vide quid si dicitur in instrumento, quod monachus non possit ab Abbate suo molestari in illo vsufructu, de hoc vide gl. ordi. ad Trebel. l. Lucius. §. tres hæredes.
Vsura est prohibita, vide Inn. in c. 1. de vsu. fol. 213. vide omnino supra in verbo, Punitur, in 3. q.
Vsura petitur tribus modis, vt fors, & tunc non est prohibita, secundum omnes instinctus iur. sic secundum quosdam. vel dic in nulla prohibitiua. ff. pro socio. l. socium. C. de summa Trini. l. 1. de in litem iuran. l. nummis, ut puta vsura tunc est prohibita, vide per Inno. in c. plures, de vsuris, ibidem. vel dic, quod ut interesse damni emergētis est permissa, nō lucro cessante, no. ff. de eo quod cer. loco. l. 3. in fi. gl. ordi.
Vsuræ, an possunt peti loco interesse vide per Inno. in c. sacro. de sen. excom. 229. nu. 10. Bal.
Vsus non est interdicendus possessori, sed arma sunt sibi prohibēda, ita no. Inn. in c. cum venissent, de in integ. restitu. folio 74. quod no.
Vxor præsumitur quæ vxor publicè nocatur, & ita publicè tenetur & tractatur quoad plenam & legitimam præsumptionem, vbi de matrimonio non est quæstio inter coniuges altero corū negante matrimoniū, ita dicit Inn. in c. ex parte, de restit. spol. fol. 96. nu. 3. etiam uide per Iac. in l. 1. ff. de peoba. uide supra in verbo, simul, in 54. q.
Vxor quicquid ex operib. acquirit, viro acquirit, secus in prælato, qui acquirit sibi non ecclesiæ, dicit Inn. in c. cum in officiis, de testa. fol. 164. & ibidem vide per eum, de donationibus Abbatum & aliorum prælatorum.
Vxor propter vitium sodomiticum non potest repudiare uirum, ita no. Inno. in c. 2. de adulte. fol. 212. quod tene menti, uide in verbo, Bona, in 1. q.

X

Christus quare dimisit nobis suum vicarium? respōdeo, fuit, quia perpetuo nos dilexit, & ideo sine capite noluit nos dimittere, ita dicit Inn. in c. ad Apostolicæ, de re iudi. fol. 130. arg. ff. de adop. l. si tibi filii. Bal.

Y

Ypotheca, vide supra in verbo, Testis, in 20. q. prope finem. Baldus de Perusio.

FINIS.

Margarita Baldi opus mediusfidius Margaritis refertum, per D. Lucium Paulum Rosellum, ad Innocentiana commentaria loco Indicis, per numeros foliorum & capitulorum accommodata, quo Indice in tota Iurisconsultorum suppellectile nullum vtilius inueniri posse, asserunt doctissimi quiq; Iurisconsulti: Optatum autem dijs bene iuuantibus accepit finem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

REGISTRVM.

a b c d c.

Omnes sunt Quaterniones, præter e Quinternio.

AVGVSTAE TAVRINORVM,
Apud hæredes Nicolai Beuilaquæ. 1581.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca